

vera tantum à vera ab sunt deitate, vt deitati ipsi maxime sine aduerſi. Vnde per Prophetam de illis dicitur, *Quos Deus genuit à damoniâ. Simulacra gentium argentum & aurum, inquit idem Propheta: ac bene adjicit: Opera manuum hominum. Aurum namque habent, sed humana arte fabricatum, & falsificatum. Sola Christi diuinitas aurum est optimum, cui nihil sit scoriæ, cui nihil deſit, nihil etiam addi queat.*

perfectiones Christi qua- les.

Et quia ex effectibus facile dignoscitur, qualis eorum sit causa; & ex comis ramisque intelligitur, qualis demum sit vniuscuiusque arboris radix, propterea bene adjicit B. Virgo: *Coma eius sicut elata palmarum, seu. ut tumuli, atque colliculi, nigra quasi coruus: Quæ enim ex Christi capite & diuinitate prodire perfectiones instar densorum capillorû, qui ob ingentem vigorem & crispi sint, & nigri: nec non & instar elatarum palmarum innumeræ sunt, celsissimæ, omni que ex parte perfectæ, siue gratias consideres, siue virtutes spectes, siue demum scientias speculeris. Quæ perfectiones recte & cincinnis ijs comparantur, qui instar plurimû colliculorum caput exornant, iuxta lectionem Hebraicam: Ipsa namque eandem quodammodo, ex qua prodire, exornantur diuinitatem, singulæ quasi colliculum quemdam illi quodammodo superaddentes. Nigra autem eadem asseruntur vt coruus, absque vlla canitie aspersione: quia in suo perfecto statu, incomprehensibilique vigore, & flore perſistere in Christo, ita vt propterea Apostolus dixerit: *a Iesus Christus heri, & hodie, ipse & in secula: idem semper existens, nunquam veterascens, b cuius anni non desunt.**

a Heb. 13. 8.

b Heb. 1. 12.

Conſilia, & cogitationes Dei qualia.

Quamquam per eiusdem capitis Christi comas congruenter intelligere possumus & Dei cogitationes, & conſilia, quæ ob id elatis, seu comis palmarum comparantur, quod instar ramorum palmarum, etſi deorsum vergere videantur ad terras; celsæ tamen sunt, atque cœlum versus instar tumulorum erectæ: *Nigra vero ob id dicantur, & quasi coruus: quia difficillimæ sint ad peruestigandam, iuxta illud Apostoli: c O altitudo diuinarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius! Cuius incomprehensibilitatis symbolum tenebræ sunt, atque nigror, vt probat Dionysius lib. de cœlesti hierarchia ex illo Psalm. d Posuit tenebras latibulum suum.*

c Rom. 11. 13.

d Psal. 17. 12.

Verf. XI. cap. V. *Caput eius aurum optimum: coma capitis eius sicut elata palmarum, nigra quasi coruus.*

Appendix Expositionum, Ex Antiquis Patribus collecta.

8 **P**araphrasis Chaldaica: Lex eius desiderabilior est auro obrizo, & interpretatio verborum, quæ in ea sunt coaceruata, & eloquia, & præcepta custodientibus ea, sunt alba sicut nix: his autem, qui non custodiunt ea, sunt nigra sicut alæ corui.

Tres sunt huius sententiæ partes: Prima, *Caput eius aurum optimum*: Secunda, *Coma capitis eius sicut elata palmarum*: Tertia, *Nigra quasi coruus*.

Primæ partis communior Patrum sensus est, vt ex Apost. e per Christi caput intelligatur Deus. Porro caput istud aurum optimum dici censent Gregorius Papa tum exposit. in Cant. tum lib. 34. Moral. cap. 13. Philo Carpathius, Iustus Osgelitanus, Cassiodorus, & Beda: quia sicut in metallis nihil est auro simile; sic in creaturis nihil sit Creatori simile: quia Dei bonitas omnium rerum bonitatem transcendit. Quia caput Christi Deus, nihil vero in metallis est auro fulgentius, sponsi caput aurum dicitur, ait Gregorius Papa loco citato Moralium; quia eius humanitas ex diuinitatis suæ nobis claritate principatur.

e 1. Cor. 11. 13. Caput Christi Deus quomodo aurum.

Cum hoc namque primo sensu coniungendus & is, quo per Christi caput intelligitur illius diuinitas,

A prout loquuntur Theodoritus, Aponius, Anselmus, Rupertus Abbas, Richardus, & Hugo de S. Victore homil. 12. in eccles. Caput eius, inquit Aponius, id est, fulgor Deitatis: quia sicut caput præ ceteris membris diligitur; sic præ ceteris diligendus est Deus: Et sicuti propter aurum mors ipsa non timetur; sic nec propter Dei timorem aliquid pati timendum: Sicuti aurum quanto in subtiliores laminas fuerit productum, eo splendidius redditur: ita & Deitatis potentia, quanto amplius de eius scrutari voluerimus maiestate, tanto in immensius pelagus dilatatur: Et quemadmodum auri materia, quo duxeris, sua mollitie sequitur; ita maiestatis immutabilis bonitas quantumcunque ab impijs irridetur, non frangitur.

Diuinitas in Christo quomodo aurum optimum.

B Et Anselmus, Caput id est, diuinitas Christi aurum optimum; quia diuina sapientia optima est, per quam omnia optime fecit.

Caput eius, inquit Rupertus, diuinitas eius; quia caput est, & principium, iuxta id: *f Ego principium, qui f lo. 8. 8. & loquor vobis.*

Et Richardus de Sancto Victore: Ideo dilectus meus, quia hoc caput eius hoc principale eius.

C Gregorius Nyſſenus hom. 14. existimans hoc loco commendari, & quodammodo pingi Christum, non vt est incomprehensibilis in diuinitate, sed vt pro hominibus carnem sumpsit, atque in mystico corpore suo Ecclesia, per ipsius Ecclesiæ caput intelligit eundem Christum, vt homo est, in quo habitauit omnis plenitudo Deitatis corporaliter, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius: Vnde & congruentissime hic dicitur aurum purum, & alienum ab omni vitiostratis mixtura. Eadem habet & Pſellus apud Theodoritum, Ambrosius Serm. 20. in Psal. 118. exposit. litteræ Refc. Misticum, inquit, caput Christus est; quia omnia in ipso constant, & ipse est caput corporis Ecclesiæ: Hoc caput qui amiserit, viuendi vsum habere non poterit. Hoc solo distamus à bestijs ad imaginem Dei, & similitudinem virtutum vigore formati, &c.

9 Christi Eccl. caput est aurum optimum ob summam puritatem.

D Idemque Ambrosius in Serm. 15. item in Psal. 118. exposit. litteræ Samech, explicans, quomodo hoc caput dictum sit aurum, legit autem: *Caput eius aurum Cephas*, & in eius lectionis confirmationem asserit lectionem Aquilæ, dicens: Vnde & Aquila Petrum (forte petram) aurum dixit. Et Symmachus lapidem aureum; subditque: Corpus Christi Ecclesia est, huius caput aurum, id est, sapientia pretiosa sanctorum est, hoc est, viri iusti, atque prudentes: admodum obscure loquens, præsertim cum prius dixisset, Christum esse caput suæ plebis, atque adeo de ipso dictum: *Caput eius aurum Cephas*. Crediderim autem, Ambrosij mentem hanc esse vt dicere velit, Christum quidem in his verbis commendatum, seu potius Ecclesiam in Christo capite suo commendatam, sed vt Christus ipse est in viris sanctis per veram sapientiam, quæ aurum frequenter dicitur in sacris litteris. Quem sensum clarius attulit Paulinus in epistola quarta ad Seuerum, vbi hæc habet. De quo (scilicet Christo) dicitur, *Caput eius vt aurum purum* id est purum: hoc enim aurum forma sanctorum est, qui in capite corporis vt lumina micant, & sunt aurum ignium Deo: quia videlicet eos per examina passionum in huius mundi fornace conflatos inuenit, vt scriptum est *a, dignos se*, & in his sacram

Christus ita in nobis seruandus, sicut seruamus corporis caput.

10 Christus caput est aurum Eccl. sicut in viris sanctis.

E imaginis suæ percussit monetam, imprimens cordibus, & linguis eorum veritatis suæ verbum, eosdemque ipsos statuens nummularios, vt secundum suam formam probabiles Domino cuderent nummos, & abolita de nobis figura Cæsaris, viuum Regis æterni numisma signarent, vt spiritu redemptionis inſcripti, ceruice iam iugo libera, & salutis titulo præmunita fronte caneremus: *b Signatum est super nos lumen vultus tui*. Summa igitur ope enitatur ita nos comparare, vt diuini capitis, quod nobis per gratiam Dei Christus est, crines, & aurum esse mereamur. Quibus postremis verbis persuademur, Paulinum id, quod dicitur caput sponsæ aurum, ad aureos referre crines,

Iusti quam recte dicitur aurum optimum.

a Sap. 3. 5.

b Psal. 4. 7.

Sff ij sicque

Faint, illegible text covering the majority of the page, appearing to be bleed-through from the reverse side.

nominavit, vt tantummodo colorem notar et.

Ad abditum pariter mysteriorum, quæ per cœlestes spiritus Dei comas exercentur, hæc ipsa refert

Aponius. Tres Patr.

Et Tres Patres, ob id Dei attributa, quæ comas Dei esse dixere, nigra dici asserunt; quod ipsorum contemplatio imperuestigabilis mentis oculos roborat, quæ ac color niger corporeos confirmat. Et demum Rupertus Abbas hæc refert ad occultum sacrarum Scripturarum sensum.

Ruper. Abb.

Verf. XII. cap. V. Oculi eius sicut columba super riuulos aquarum, quæ lacte sunt lotæ, & resident iuxta fluentia plenissima.

EXPOSITIO I.

Iuxta sonum litteræ.

Laudatura sponsa dilecti sui oculos, congruentissimo & naturæ, & nobilitatis ordine post encomiū capitis, encomium subijcit illorum, qui in capite ipso, atque in toto corpore membris reliquis excellunt vniuersis. Eandem vero in eos confert laudem, quam ab ipsomet didicerat sponso in similibus pulcherrimorum oculorum encomio, ex puritate nimirum, atque simplicitate per comparationem ad columbas, quæ eiusdem puritatis symbolum sunt, eiusdemque simplicitatis: hanc namque ipsam comparationem ab illo vsurpatam bis notat, a tum in cap. i. b tum in cap. 4. vt ex Originalibus constat Hebræis, ac Græcis, in quibus pro eo, quod in Vulgata habetur, Oculi tui columbarum, legitur, Oculi tui columbæ, in recto: Quomodo in hac sententia, quam præ manibus habemus, etiam à nostro Interprete seruatum videmus: Nam quod vox Columbae haud sit genitiui singularis, sed reiecti pluralis, manifeste subiectum indicat relationem, Quæ lacte sunt lotæ, &c.

a Can. 8. 15 b Cant. 4. 1.

Primus sensus.

Porro Vulgatæ huius Lectionis nostræ, quæ omnino consentit cum versione Sept. facillimus est eorum, quæ hic dicuntur, sensus. Quam enim, vt dixi, sponsa oculorum suorum à sponso acceperat puritatis laudem, eandem in illius refundit oculos; at cum epithasi non modica purissimas, atque pulcherrimas describens columbas. Quapropter haud operæ pretium est, vt detineamur in explicanda comparatione simplici oculorum ad columbas; quæ enim circa illa dicenda forent, videri possunt supra in exposit. prima eorum verborum, c Oculi tui columbarum. Id tantum explicandum superest, quod hoc loco adiectum reperitur, tribus constans partibus: Prima, Super riuulos aquarum; secunda, quæ lacte sunt lotæ; & tertia, Et resident iuxta fluentia plenissima. Verum tamen si tres sint huius adiecti partes, vnum tamen, idemque expriment vniuersæ; columbas nimirum, quæ in oculorum laudem assumptæ sunt, & puras esse maxime, & maxime spectabiles. Puritatem siquidem illarum indicat, quod dicuntur, Super riuulos aquarum, non super putridas, & consistentes lacunarum aquas: sed super, & iuxta limpidissimas aquas fluentes, quibus immerguntur, & abluuntur. Puritatem item significat, augetque, quod subditur, Quæ lacte sunt lotæ, peregrina eximij candoris periphrasi, haud minus sane congrua, quam altera illa vsurpata à Dauid in Psal. 67. d Pennæ columbæ de argentatæ. Puritatem denique amplificat, quod vltimo adijcit, Et resident iuxta fluentia plenissima: Idcirco namque hæc adijciuntur, vt significetur, columbas, in similitudinem assumptas, nedum esse ex natura sua candidissimas, fluentibusque aliquando lauari aquis: sed tali quoque præditas esse candore, qui & nitidif-

c Can. 1. 15

Lacte lotam esse, est periphrasis eximij candoris.

d Ps. 67. 14

simus sit, & detur pari vllatenus nequeat, cum resideant iuxta fluentia plenissima; adeoque & demergantur, abluanturque frequentissime, & ex fluentorum reflexione eximio splendente nitore. Quod ergo iuxta Vulgatam hic dicitur, tale est.

Oculi eius purissimi sunt, maximeque spectabiles, similes sane columbis haud quibuscumque, sed ijs, quæ nitidissimo præditæ sunt candore, absque macula vlla; cum iuxta riuulos aquarum quæ fluentia plenissima resideant quibus momento quolibet abluuntur.

Paraphrasis.

Hebræi, & plerique etiam ex nostris sponsi oculos haud columbis simpliciter comparatos autumant, sed columbarum oculis: rationeque admodum diuersa explicant istud oculorum encomium. Pro quorum intellectione sciendum, ab Hebræorum Doctores duo, quæ hic habentur verba, Lotæ sunt, &, Resident, Hebræice in participio Lotæ, & residentes, neutiquam ad columbas referri, at ad oculos: וְיָגַיִן enim vox, quæ oculum apud ipsos significat, generis est communis tam masculini, quam feminini. Insuper vocem alteram מִלֵּיִם milletih & plenitudinem significare, vt intellexerunt Septuag., quoque Interprete, & ipsum, quod comparatum est, impleri; nempe inclusionem illam, & concavitatem, in qua includuntur gemmæ, Palatæ à Latinis nuncupatam: Vnde Exod. 18. dicuntur lapides plenitudinum, & plenitudo lapidis. Porro ex huius vocis ambiguitate factum est, vt diuersimode locus iste exponatur ab Hebræis ipsis. Quidam enim pro plenitudine aquarum illam accipientes, prout & in lectione nostra, ita hæc explicant.

B

Oculi eius, qui loti sunt lacte, quia candidissimi, & maxime sinceri, quive siti sunt iuxta plenitudinem aquarum: quia largiter rigantur humore crystallino, sunt similes oculis columbarum, pulchritudine videlicet, simplicitate, ac puritate. Ita iuxta secundum hunc sensum sponsi oculi celebrantur à colore, & ex debita humorum compositione, ex qua celebratos & sponsæ oculos videbimus in cap. 7. vbi dicitur: a Oculi tui sicut piscina in Hesebon, quæ, &c.

Oculus Hebraica lingua est generis communis. Plenitudo dupliciter sumitur apud Hebr.

C

Alij, & est communior Rabbiorum opinio, in altero significato plenitudinis vocem fumentes pro fouea, concavitatem, & palatæ, in qua includuntur gemmæ, alia ratione in hunc modum eadem exponunt, ac si dicitur.

Secundus sensus.

Paraphrasis.

D

Oculi eius, qui loti sunt lacte, quia candidissimi sunt, & purissimi quive nec nimis procurunt, nec nimis profundantur, sed sunt sicut gemmæ positæ in suo orbe, & plenitudine, similes existunt oculis columbarum residentium ad riuos aquarum. Sic iuxta tertium sensum istum, triplex in sponsi oculos confertur in hac sententia laus puritatis, debiti proportionatque situs, & coloris.

Tertius sensus.

Paraphrasis.

E

Notat autem Genebrardus, dum sponsi oculos commendatos videmus ab eximio candore iuxta ambos hos sensus, haud esse censendum, ita ipsos laudari ex candore, ac si oculi albi essent pulcherrimi; cum contrarium potius experientia doceatur. Verum ita id intelligendum, vt, cum duæ sint oculi partes, vna candida, nigra altera, illeque sit longe pulcherrimus, qui quamque partem suo colore insigniter tinctam habet, laudando vnâ partem à candore lacteo, tacite & alterius quoque partis indicare laudem à nigrore.

Lacte lotam esse, est periphrasis eximij candoris.

Legionensis per eandem vocem Hebraicam, quam plenitudinem significare diximus, & locum qui comparatus est, impleri, hoc loco nidum designari posse existimat, in quo residere dicantur columbae candidæ iuxta riuulos aquarum: supponens, columbas ipsas in nido cubantes pulchriores apparere solere, quod probat ex eo, quod supra in capite secundo dictum à Sponso est: b Columba mea in foraminibus petrae, in cauerna maceræ, ostende mihi faciem tuam: Quæ quam dicantur recte, videant alij.

b Can. 2. 14.

Verf. XII. cap. V. Oculi eius sicut columba super riuulos aquarum, quæ lacte sunt lotæ, & resident, &c.

EXPOSITIO II.

De prima Sponfa, quæ est Ecclesia Sancta.

3 Primus sensus. Prælati sancti sunt oculi Christi. Heb. 13. 11

Prælati quæ simplicitas sit necessaria. Mat. 10. 16.

Prælati sanctis vitæ & doctrinæ puritas necessaria.

Oculos mystici corporis Christi sanctos esse Ecclesiæ Prælatos, ex vna B. Pauli Apostoli sententia probare sat sit: adhortans quippe ille fideles ad obedientiam ijs præstandam, hæc habet in epist. ad Hebræos: c Obedite Præpositis vestris, & subiaccere eis: ipsi enim peruigilant, quasi rationem reddaturi pro animabus vestris. Hos ergo, quos in se commendabiles aduertit Ecclesia non vt suos, sed vt Christi dilecti, & capitis proprii oculos celebrans, vnica columbarum similitudine, & simplicitate illos euehit, ex puritate, atque ex nitore. Simplicitatem in primis eis necessariam significauit ipsemet Christus, cum ad Apostolos dixit: d Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum: & declarans, quæ in ipsis deberet esse simplicitas subiecit illico: Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ: simplicitatem nimirum indicans prudentem, ac vigilantem. Hanc sane primum in sanctis Prælati commendans sponfa, & metaphora illos exprimit oculorum, qui prudentiæ sunt hieroglyphicum, & similitudine celebrat columbarum, quæ sunt hieroglyphicum simplicitatis. Quin & columbis ita eosdem similes asserit, quatenus super aquarum riuulos confiderantur; quo simplicitati ipsi prudentia, & perspicasitas adiuncta significatur talium oculorum, quippe qui ita cuiusque aduersariorum prospiciunt insultui, sicut columbæ iuxta riuulos aquarum, insultui prospiciunt aduolantis accipitris, quem per exhibitâ in aquis vmbra vident à longe. Purissimos vero eosdem asserit oculos, quatenus illos columbis ijs similes, inquit, quæ lacte sunt lotæ: eandem nimirum, quam paruulis potum dant puritatis lactisve doctrinam, in semetipsis eorumdem repræsentantes aspectui, ita vt nedum verbis illam prædicent, sed & vita, & moribus præ se ferant. Porro nitor sanctorum Prælatorum, vnde exoritur magis, quam cum eorû candor reflexu percutitur sacrarum literarum? Idcirco columbis, quæ & resident iuxta fluentia plenissima, similes dicuntur.

Verf. XII. cap. V. Oculi eius sicut columba super riuulos aquarum, quæ lacte sunt lotæ, & resident, &c.

EXPOSITIO III.

De secunda Sponfa, quæ est Anima Iusti.

4 Secundus sensus. Prouidentia diuinâ quid reddat amabiliorem.

2. Reg. 14. 14.

Eccl. 11. 2.

Diuinam prouidentiam, qua tamquã oculis Deus prospicit vniuersis, triplici ex capite commendat anima pia in hoc oculorum encomio, si iuxta secundum sensum illud intelligamus. Primum, ex eo, quod prouidentiam ipsam amabilem reddit magis, magisque spectabilem per similitudinem ad eas columbas, quæ sunt super riuulos aquarum, adeoque & pulchriores sunt, & amabiliore. Enimuero nihil est, quod Dei prouidentiam reddat amabiliorem, quam quod super miferos sit, & mortales homines, quos & alias quoque in sacris litteris sub decurrentium aquarum metaphora designatos habemus, vt prudens vidua illa significauit in 2. lib. Reg. dicens: a Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non reuertuntur. Et Salomon quoque in libro Ecclesiastes idipsum indicasse visus est secundum aliquos, vbi dixit: b Mitte panem tuum super transuentes aquas: ad eleemosynam proximis

A erogandam adhortans. Quia vero per hoc, quod amabiliore ipsam reddit, deturpationis aliqua exoriri suspicio potuisset in ea, quæ modo celebratur diuina prouidentia, merito & eximij commendatur candoris, cum dicitur ipsa esse oculi, & oculi, qui lacte sunt loti, id est candidissimi. Sane enim, si oculorum candor nullatenus deturperetur per id, quod coniecti sint in foedissimas, & vilissimas quasque res, quam ratione concipere poterit quis, vt candidissimi diuinæ prouidentia oculi deturperentur tantillum, tametsi in vilissimas intenti sint hominum miserias? Addit denique tertio pia anima, eandem Dei prouidentiam esse oculos, qui resideant iuxta plenitudinem aquarum, quæ humore redundent crystallino, illud per hæc in ea euehens, quo illustratur quam maxime: Nihil enim est, quo diuinæ prouidentia splendor magis effulgeat, quam quod per ipsam largius in mortales, miferosque homines, & in peccatores cælestes effundantur gratia, quæ profecto illæ sunt aquæ viuæ, c Quæ impetu fluunt de Libano, per quas diuina prouidentia in luce miserationum suarum respicit nos.

Prouidentia Dei non deturpatur vilitate rerum.

Prouidentia Dei illustratur ex gratiarum effusione.

Can. 4. 15.

Verf. XII. cap. V. Oculi eius sicut columba super riuulos aquarum, quæ lacte sunt lotæ, & resident, &c.

EXPOSITIO IV.

De tertia Sponfa, quæ est B. Virgo Maria.

Laudato Christo ex diuinitate, & perfectionibus, laudato modo eundem B. Virgo ex Spiritu sancti donis, quibus præ creaturis vniuersis maxime extitit illustris; appellat ea oculos ipsius, quomodo & Zacharias Propheta, cum dixit: d Super lapidem unum septem oculi. Sicut columbas plures eos dicit ob eandem rationem, qua vnum Spiritum sanctum ob plura munerera, plures dicit & oculos: sicut columbas vero super riuulos aquarum: quia tunc potissimum in illo manifestatum id est oculorum ac munerum Spiritus sancti decus, e cum ad Iordanem super ipsum, aquarum riuulis baptizatum, sub columbæ specie descendisse visa est omnis plenitudo eiusdem Spiritus sancti. Præclare autem oculi isti, & munerera Spiritus sancti, vt sunt septem oculi Christi lapidis probati, & electi, iuxta tertium sensum candidi dicuntur, & quasi gemmæ quædam in propria pala, aureaque inclusione. Enimuero tametsi in quolibet Sancto per charitatem inhabitet Spiritus sanctus, vt ait Apostolus, fin Christo tamen solo tamquam in proprio, ac ex omni parte proportionato habitaculo resedit: quia Christus est ille Patris filius dilectus, in quo is bene sibi complacuit, prout Pater ipse cælestis tunc contestatus est, cum in columbæ specie idem descendit Spiritus. Hancque arbitror extitisse rationem, cur B. Virgo eos ipsos dilecti sui oculos, ea ipsa dona Spiritus sancti, tunc potissimum temporis lacte lotos, & candidissimos pronuntiauit, cum ad aquarum riuulos in specie columbæ super baptizatum Christum Spiritus ipse descendit, vt videlicet, summam eorum munerum indicaret puritatem: Neque enim in quocumque Sanctorum ita in omnimoda sui puritate, & perfectione reperta vnquã fuere, quomodo in Christo, qui est rubicundus esset vt homo: Simul tamen candidus extitit vt agnus sine macula, candorque erat lucis æternæ vt filius Dei, prout B. Virgini significauit & Angelus, cum dixit: g Quod ex te nascetur Sanctum, vocabitur filius Dei. Dona Spiritus sancti, vt & Spiritus ipse, candidissima ex se sunt, atque purissima: quia tamen vasa, & potentia creaturarum, quibus infunduntur, impuritatis aliquid habent semper admixtū, inde

Spiritus sancti dona quædo potissimum, & aperte Christis exhibitâ. Zach. 3. 9

Mat. 3. 16

Spiritus sanctus in Christo resedit, vt in proprio habitaculo.

Rom. 8. 11

Spiritus sancti dona in omnimoda puritate fuerunt tantum in Christo.

Luc. 1. 13

Per baptis-
mum Christo
nihil ablutum
fuit impuri-
tatis.

inde fit, vt propter illud potentiarum impuritatis A
haud dici queant omnino candida. Porro ne quis ex
eo, quod Spiritus sanctus, iuxta riuulos aquarum de-
scendit super Christum, baptismi aquis ablutum, in
eam deueniret suspitionem, vt exablutione, baptis-
moque illo impuritatem aliquam eidem Christo ablu-
tum censeret; bene omnimodam puritatem, quam
ex eo, qui nullum vmquam in se habuit impuritatis
vestigium, dona ipsa contraxere. Istiusmodi aprissima
candoris periphrafi, *Lacte loti*, expressit eius mater, &
sponsa, indicans, tantum abfuisse, vt per baptismum
præxistens aliquid ablutum in Christo sit impurita-
tis, vt ex ipso tamquam ex candidissimo lacte dona
Spiritus sancti, quæ super illum descendere, sensu iâ
explicato, candorem contraxisse visa sint summum;
adeo vt propterea, *Oculi eius loti lacte*, merito diceren-
tur. Probatum est autem alias ex Augustino, quomo-
do idemmet Christus lac dictus sit, lacque extiterit,
lac pro nobis paruulis factus, qui ab æterno panis
erat in caelis.

Verf. XII. cap. V. *Oculi eius sicut col-
umba super riuulos aquarum, qua
lacte sunt lota, &c.*

Appendix Expositionum, Ex Antiquis
Patribus collecta.

6 **P** Araphrasis Chaldaica: Oculi eius contemplatur
semper Ierusalem, vt benefaciat ei, & benedicat
ei à principio anni vsque ad finem eius, sicut colum-
bæ, quæ stant, & aspiciunt ad exitum aquarum pro-
pter meritum eorum, qui habitant in concilio, qui
laborât in lege, & illuminant iudicium, vt sit lene sicut
lac, & habitant in domo doctrinæ, & discrepant
in iudicio, donec confument, vt iustificent, & vt con-
demnent.

Doctores &
Predicatores
sunt oculi
Christi.
Ambros.
Greg. Nyss.
Cassiodor.
Greg. Pap.
Philo Carp.
Predicatores
puri esse de-
bent.

Predicatores
Spiritus san-
cti donis in-
signiti sunt.

Baptismi
ablutio quo-
modo ablutio
lactis.
Greg. PP.

Aponius.

Ambros.

a Cant. 8. 5.
sec. Sept.

Communiore veterum patrum sensu oculi Christi,
qui hic commendantur, sunt sancti Doctores, qui in
illius mystico Ecclesiæ corpore oculorū munus ex-
ercent, fidelium plebem dirigentes, eidemq; rectam
viam ostendentes. Ita Ambrosius, Gregorius Nyssen-
us, Cassiodorus, Gregorius Papa, Philo Carpa-
thius, Aponius, Iustus Orgelitanus, Beda, & alij: tam-
etsi hi omnes nequaquam in singulorum, quæ hic
dicuntur, conueniant explicatione. Quod enim dicantur,
sicut columbæ, aliqui censent referendum ad
columbinam illorum simplicitatem, & puritatem. Ita
Cassiodorus, Gregorius Papa, Philo Carpathius, E
Beda. Ad dona Spiritus sancti, quibus insigniti ij
sunt, refertur id ipsum à Philone Carpathio, & Iusto
Orgelitano.

Porro, super riuulos aquarum esse dicuntur propter
assiduum sacrarum litterarum studium, cui sunt ad-
dicti, vt recta doceant, prout bene asserunt Cassiodo-
rus, Gregorius Papa, Philo, &c. Quia populos riuus
sacrarum litterarum imbuunt, ait Iustus Orgelita-
nus.

Lacte loti asseruntur propter baptismi ablutionem
atque baptismalem candorem, quem in se conferua-
re nituntur, vt est prædictorum omnium consensus.
Id, quod ita explicat Gregorius Papa, Quia lacte Cre-
atricis sapientiæ tamquam lacte matris à peccatis per
baptismum sunt mundati. Aponius vero; quia sunt
loti sanguine Christi: lac enim sanguis est. Et si lac par-
uulis alimoniam exhibet, sanguis quoque Christi vi-
tam tribuit sempiternam, dum à peccato nos abluat.
Sed melius Ambros. Serm. 16. in Pf. 118. verf. 3. Bapti-
zar, ait, in lacte Dominus, id est, in sinceritate. Et isti
sunt, qui vere baptizantur in lacte, qui sine dolo cred-
unt, & puram fidem deferunt, immaculatam in-
duunt gratiam; ideo candida sponsa ascendit ad Chri-
stum; quia in lacte baptizata est; a Quæ est ista, quæ
ascendit dealbata?

Quod denique iidem Doctores, & Predicatores
dicuntur, *Residere iuxta fluentia plenissima*; ob id dictum
putant fere omnes citati Patres: quia illi in sacrarum
Scripturarum limpidissimis aquis aspicientes, vni-
uersis dæmonis insidiis præcauent: vt sit allusio ad
consuetudinem columbarum, quæ idcirco iuxta fluen-
ta resident, vt exinde accipitis vmbra à longe in
aquis representatam intuentes, illius effugiant vn-
gues rapacissimos.

Gregorius Nyssen. hom. 13. per Christi oculos pri-
mum sanctos intelligit Prophetas, qui & Videntes
appellantur in sacris litteris. Cui consentit & Pfellus
apud Theodoritum. Addit tamen Nyssenus, etiâ Pre-
latos oculos Christi, & Ecclesiæ esse, qui instar oculo-
rum in Ecclesiâ superintendunt.

Hi (inquit) omnem vitiositatis lippitudinem aqua
ablueri debent: aqua autem non vna est, sed plures
sunt aquarū riuus: Quot enim virtutes sunt, tot & lu-
strales aquæ: temperantia lustrat intemperantiâ, hu-
militas superbiam, &c. Si autem oculi ad aquarum
copias sunt loti, qui ob simplicitatem, & puritatem
columbæ comparantur. *Lacte loti dicuntur*; quia in lacte
nulla videtur imago, nulla apparet vmbra: & in hisce
oculis nihil erroneum, sed ipsa rei veritas absque vmbra-
tili aliquo simulacro representatur. Sedentes
sunt iuxta copias aquarum, ob perpetuam attentionem
in discendis rebus diuinis: tametsi per id & modus
pariter indicetur, quo pulchritudinem oculorum cõ-
sequi possimus: nimirum semper ad aquarum copias
sedendo, non ad flumina Babylonis: & ea quæ Dei,
non mundi sunt, quaerendo.

Adiicit demum idem Nyssenus, tam Prelatos ipsos
quam & Doctores dictos Christi & Ecclesiæ oculos:
quia esse debent vt oculi, quasi superciliorum vallo
diuinis muniti dogmatibus, qui humilitate sua quasi
palpebris quibusdam puritatem tegant, & splendorem
vitæ suæ, ne trabs malæ opinionis impediatur
visum.

Contemplatiuos per Christi, & Ecclesiæ oculos
accipit Richardus de Sancto Victore: quia superna,
& spiritualia cordis intuitu speculantur. Hos dictos
putat columbas propter puritatem, *super riuulos aquarum*
propter meditationem scripturarum, in quibus
infernalis accipitris vmbra vident, & fugiunt, vt ex-
plicatum est supra. Hos oculos, hasve columbas *super
riuulos aquarum, & lacte lotas, iuxta fluentia plenissima*
residentes didas, ait: quia per scripturam illuminati, &
operatione, atque dulcedine gratiæ mundati à pecca-
tis, & vitiosis affectibus, quietem mentis, & puritatẽ
cordis consecuti sunt: sessio quippe iuxta fluentia, re-
quiem significat: lotio vero lactis, significat dulcedi-
nem matris gratiæ mundantis.

Ambrosio Serm. 15. in Pfal. 118. expositione littere
Samech, isti oculi sunt viri spiritualibus ornati sensu-
bus, qui ad videnda mysteria sunt acuti, & parati ad
penetranda scripturæ secreta diuinæ, rationabili lacte
fulgentes, in quibus non sit aliqua doli maculosa con-
fusio, sed simplicis affectus pura, & immaculata sin-
ceritas; ideo in aquarum abundantia loti. Anselmo
quoque oculi iidem sunt, qui subtili intuitu penetrat
scripturam: Riuus vero sunt doctrinæ Sanctorum Pa-
trum: *fluenta plenissima* doctrina Euangelica: *lacte loti*
dicuntur; quia mundati sunt suauis doctrinæ, & dilec-
tione Spiritus sancti.

Per Christi oculos sicut columbas dictos, Spiritus
sancti charismata, & dona intelligit Theodoritus,
Tres Patres, Philo Carpathius, Cassiodorus, & Ru-
pertus Abbas, quod colligit Cassiodorus ex eo Apo-
calypsis: *Vidi agnum habentem oculos septem, qui sunt sep-
tem Spiritus Dei, qui desurrunt super omnem terram.* Porro
hos oculos Theodoritus dictos ait, sicut columbas *super
plenitudines aquarum*: quia assidue ad baptismi lar-
gitionem aspiciunt, expectantes eos, qui salui fiunt,
& salutem omnium expectentes super plenitudines
aquarum: Columbas vero in lacte lotas, & confidentes
super plenitudines aquarum; quia alios lacte nutriunt,
Sff iij qui

7
Greg. Nyss.
Pfellus.
Prophete
oculi Eccle-
sias.
Prælati sunt
oculi Eccle-
sias, & qua-
les esse de-
beant.

8
Prælati &
Predicatores
bene oculi
sunt dicti.

8
Richard.
Contempla-
tiui sunt
oculi Christi,
quales esse
debeant.

Ambros.
Scripturas
saras pene-
trantes sunt
oculi Christi

Anselmus.

9
Spiritus san-
cti charisma-
ta sunt oculi
Christi.
Theodor.
Tres Patres.
Philo Carp.
Cassiodor.
Beda.
Rup. Abb.
b Apoc. 5. 6
Theodor.

qui eo indigent cibo: alioſve, qui in peccato inueterati sunt, renouant, confidentes super plenitudines aquarum, & eas sanctificantes. Nec immerito, ait Theodoritus, plenitudines aquarum dixit: quoniam qui perfectam non habent fidem, quique haud sincera fide accedunt, eos non suscipit.

Tres Patres.

Secundum Tres Patres apud eundem Theodoritum, Spiritus sancti affectiones oculi Domini vocantur; quia per ipsas Deus homines inspicere consuevit; Vt columbae quaedam ad plenos aquarum alueos incitantur, nempe ad virtutes, quae diuinorum mandatorum de caelo descendunt sunt receptacula. Dicit vero eadem sunt sicut columbae, &c. quia pura, ac penitus mundae sunt residentibus in animabus, quas ipsae vt purgatas, & illustratas, atque perfectas per gratiam repleuerunt.

Cassiodorus, Beda.

Clarius Cassiodorus, & Beda, columbis super riuulos aquarum comparari, inquit, charismata Spiritus sancti; quia Spiritus sanctus puris & sinceris mentibus delectatur, non super stagna, & paludes. Lacte vero lora: quia Spiritus sanctus lactis nomine, id est, Dei gratia intelligitur, qua ita Ecclesia nutritur, vt lacte nutriuntur paruuli.

IO

Rup. Abb. Scripturae sacrae quibus nigrae, & quibus candidae, ac lucidae.

Rupertus Abbas fumi per Christi oculos eadem charismata. Conferens autem haec, quae de oculis hic dicuntur, cum ijs, quae immediate praecesserunt, Comae eius nigrae quasi coruus, colligit, Scripturas esse quidem nigras quasi coruos non habentibus haec Spiritus sancti charismata: quia obscurae, & truces illis sunt: At habentibus gratiam spirituale esse candidas, & lucidas sicut oculos columbae mansuetas, & lacteas. Ex quo infert, oculos Christi, id est, gratiae sancti Spiritus in eo manentis, fuisse sicut columbas, &c. quia intenderent scripturis Prophetarum, omnesque inspicere Scripturas sacras, Sacramentorum caelestium plenissimas, iuxta illud Psal. a Sed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Nihil enim fecit Christus, aut docuit absque scripturarum auctoritate.

Philo Carpath. Spiritus super Christum resedit vt super fluua plenissima.

Notat Philo Carpath. bene hos oculos dictos columbae residentis super fluua plenissima, quia ipse Spiritus sanctus residet super Christum, qui est fluua plenissima, cum in ipso inhabitauit omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.

Hugo Vist. Christus gratis nos illuminat, & gratis muneribus ornat.

Secundum Hug. de S. Vist. expof. in r. Abdiae Proph. oculi Christi super riuulos aquarum, &c. quia & per iudicij veritatem gratis illuminat, & per misericordiae benignitatem gratis muneribus ornat: Aequa sunt dona caelestis sapientiae: Riuli sunt donorum varietates: Columba est dantis gratia.

Verf. XIII. cap. V. Genae illius sicut areola aromatum consita a pigmentarijs.

EXPOSITIO I. Iuxta sonum litterae.

Antequam planum, facilemque huius genarum encomij sensum explicemus, nostri Interpretis declaranda ratio est, qua Hebraicam lectionem ita transtulit, quae alioquin toto caelo discrepare ab illo videtur, praesertim cum nec per Septuag. interpretu excusari queat versionem, quae est ab eius diuersa versione. Diuersitas certe magna est inter lectiones omnes: recte nihilominus tam noster, quam Sept. Interpretes ambiguam, quae in textu Hebraico est, sententiam verterunt. Pro quorum intelligentia notandum, in Hebraeo triplicem in hac sententia reperiri vocem ambiguam. Prima est מִגְדֵּלוֹת chaherugoth, quae est proprie lineam, seu sulcum designat, quo & distinguuntur, & irrigantur areae in horto; frequentius tamen pro areis ipsis, seu areolis usurpata reperitur in sacris literis, & pro loco, in quo consi-

tae sint plantationes. Ideoque R. Abraham Aben Esdra super hunc versum, quamdam loci partem in horto illam significare, ait. Pro cuius confirmatione significationis alterum afferre sat sit locum ex hoc ipso Cantico in principio capitis sexti, vbi dicitur: b Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatum: eademmet Hebraica voce, quam Sept. sicut in praefenti sententia phialas vt aequalis, phialas aromatis vertere. Cur autem vtrobique sic eam verterint vocem, quidve nomine phialarum doctissimi Seniores illi intellexerint, haud ita facile est conijcere: Nam quod communiter dici solet, per phialas eos intellexisse pixides, & vasa illa ad phialarum formam efficta, in quibus aromata seruari solita, purpurisso, alijſve coloribus decora; per pulchre sane dicitur: nescio autem, an ita solide. cum nullum repererim, qui probabilem aliquam afferat rationem, cur dictam vocem Hebraicam tam in diuerso verterint sensu, qui peritissimi significationis cuiuslibet erant vocum Hebraicarum. Excogitavi quidem ipse aliquando talem versionis huiusmodi rationem, vt Septuag. dictam vocem in significato sulci fumentes, simulque aromatis vocabulum non pro aromatis plantationibus, vt sumitur a nostro Interprete, sed pro liquore ipso aromatico accipientes, sulco istiusmodi liquoris metaphoricè sumpto id significari censuerint, quo is continetur, funditurque, & ideo in plurali verterent, Phialas aromatis, sive hyperbolicam vocem fulcorum congruentiori expresserint vocabulo phialarum. Verum tamen in hac ratione, quae primo aspectu videtur probabilis, haudquaquam figere potui pedem, dimotus ab ipsismet Septuag. Interpretibus per id, quod pro ijs, quae in Vulgata habentur, Consita a pigmentarijs, ipsi legunt φῶσται μυρωδωτά, Germinantes vnguenta, seu species vnguentorum: in quibus verbis manifeste indicant & id, quod prius positum est aromatum, aut aromatis vocabulum, non pro liquore, vt conijciebam, at pro plantationibus fumentium, prout communi accipitur consensu & Hebraeorum, & Latinorum. Adde, quod si participium Germinantes, non ad vocem Genae, sed ad vocem Phialae referatur, prout referendum esse patet ex nostra Vulgata, quae pro Germinantes, habet Consita, operae pretium est, vt alium quaramus phialarum significatum, quo per ipsas aliquid designetur, quod hortense sit, ac germinans. Idcirco habito respectu ad vocem Hebraicam, quam lineam, sulcum, areolam, & designatam partem in horto significare diximus, phialarum aromatis vocabulo illam eos crediderim intellexisse horti partem, in qua vel vt in areolis, vel vt in designatis lineis aromaticae essent plantationes, quae topiario opere tam belle essent in phialarum formam contextae, vt non immerito phialas eas sponsae appellare licuerit, tum in hoc versu illis comparans dilecti sui genas aptissima ratione, quam infra explicabo: tum in principio capitis sexti, vbi dicit, dilectum suum descendisse in hortum, ac praesertim ad eam se contulisse loci partem, vbi insigni artificio praedictae essent phialae aromatis. Moris enim esse obseruamus, vt in Principum, & pulchrioribus quibusque hortis secretiores quaedam seruentur areolae, in quibus est nobilioribus herbarum, fruticum, aut arborum plantationibus topiario opere varia contextae reperiantur figurae vel animalium, vel phialarum, vel nauium aut etiam turrium. Vnde & apud Hebraeorum Doctores, prout referunt plerique, & probant recentiorum quidam, similibus turrii figuris topiario opere contextis ex aromaticis item plantationibus sponfi genas hoc loco comparatas, asseruere, Hebraicam vocem aliam מִגְדֵּלוֹת migdeloth in significato turrii accipientes: ac si dicatur: Genae eius sicut sulcus aromatis, turres vnguentorum, seu aromatum, vt praedictis quoque turribus sponfi genae his comparantur vltra comparationem ad sulcos, seu areolas item aromatum.

R. Abraham. Cant. 6. x. Phiale aromatis quid significant apud Sept.

B

C

D

E

F

Quamuis autem, cum dicta vox migdeloth valde ambigua sit, in causa & ipsa extiterit non minus, quam

Faint, illegible text on the left side of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

Vol. II. No. 1. 1881.

1881. 1881. 1881.

Large block of faint, illegible text on the left side of the page.

Faint, illegible text on the right side of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

Vol. II. No. 1. 1881.

1881. 1881. 1881.

Large block of faint, illegible text on the right side of the page.

1881. 1881. 1881.

1881. 1881. 1881.

c Zach. 9. 17.

c quod Propheta germinare afferit Virgines : & turribus pariter similes se exhibentes, quibus iam non contra Deum dimicent, sed Deum ipsum potius oblectent: turribus, inquam, topiario opere in areolis aromatum ex aromaticis plantationibus contextis ornamento multiplicium virtutum, tamquam ramusculis perpulchris aromatiferis decoræ. Quid dicam de suavi, quem redolent, odore bonæ famæ, & oblatæ rationabilis hostiæ seruitutis ipsarum? aromatum sane omnium, quæ in areolis proferuntur, excedunt fragrantiam. Quin & in pudore iuncto cū puritate eximia, quibus tamquam perpulchro colore purpureo mixto cum albo in externa fulgent conuersatione, flores sane purpureos, & candidos referunt, qui in areolis, ac in plantationibus aromaticis topiario opere confiti sunt à pigmentarijs.

Verf. XIII. cap. V. Genæ illius sicut areolæ aromatum confitæ à pigmentarijs.

EXPOSITIO III.

De secunda sponsa, quæ est Anima Iusti.

4 Misericordia & iustitia quomodo duæ genæ Dei. d Ps. 24. 10.

D Vas in metaphorico Dei corpore genas, duas congruenter intelligimus eiusdem Dei virtutes, quibus ille potissimum faciei, & conuersationis suæ exhibet specimen: has aperire proponit David in Psal. 24. dicens: *d vniuersa via Domini*, quibus scilicet & in cælo, & sub terra cœlum cœuersatur apud homines, *Misericordia, & veritas*: veritatis vocabulo iustitiam designans, prout moris sui est, quando misericordiam illam vel annectit, vel opponit. Et apertius in Psal. 88. cum ait: *e Misericordia, & veritas præcedent faciem tuam*: quasi nimirum prænuntij faciei conuersationis tuæ, æque ac pulchræ in humano corpore genæ nuntij sunt optimi pulchritudinis faciei hominis. Haud igitur mirandum, si sponsa, piaque anima, quæ ob insignem faciei Dei decorem charitate in illum successa est, tam sit sedula in duabus hisce virtutibus eius celebrandis, quas eam assidue contemplari delectat. Euexit eas ambas iam sub duplicis coloris cædidi, & rubri metaphora in principio panegyricæ huius orationis suæ, cum dixit: *f Dilectus meus candidus, & rubicundus*: vt videre est ibi in exposit. de Anima: sub hac modo metaphora pulcherrimarum genarum viri earumdem iterat encomia comparans illas areolis aromatum, sedulo artificio, topiarioque opere confitis in formas phialarum, aut turrium à peritissimis pigmentarijs. Areolæ porro aromatum sunt misericordia, & iustitia, & genæ à parte inferiori planæ, & æquales: quatenus apud nos in terris æqualiter procedere videntur: sicve mirabiles ex se producere effectus, vt & viri genæ barbam, & areolæ germina proferunt aromaticarum plantationum. Ac sicut dicarum areolarum pulchritudinem auget commixtus plurium florum color, pulchritudinemque genarum color item candidus rubro commixtus: Ita ambarum Dei harum virtutum id mirum in modum auget decorem, quod semper misericordiam, quam per candorem designari vidimus supra, commixta est iustitia designata per ruborem; & iustitiæ è vestigio semper admixta est misericordia, iuxta illud Psalmi: *g Iudicia Domini*, quæ scilicet in creaturas siue per misericordiam exercet, siue per iustitiam, *vera, iustificata*, id est, iusta pulchraque, ei decora exhibentur, *in semetipsis*, inuicem scilicet cœmixtis. Bene autem vt genæ à parte superiori & eleuatae sunt, & rotundæ; Ita misericordiam, iustitiamque Dei elatas dixeris, & rotundas, vt rotunditas difficultatem sonat, seu etiam vt sonat perfectionem, si iudicia Dei è superiori consideres parte, vt à diuino proueniunt consilio. Quam difficultia namque comprehensu illa sint, quamve ab huma-

Misericordia & iustitia Dei quomodo sint similes areolis aromatum.

Misericordia & iustitia Dei sibi inuicem commixta.

g Ps. 28. 10

A no sensu excelsa, ingenti illa exclamacione est erudit Apostolus, cum dixit: *h O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius!* Atque ob summam eorumdè perfectionem, voluntatem Domini, qua ea exhibet a bonam dicit Apostolus, beneplacentem, & perfectam. Præclara autem duo singularum harum virtutum effecta, seu proprietates eximia duabus designantur figuris, quas in areolis aromatum pigmentarios contexere, indicant Hebraicus, Græculusque textus, phialarum, & turrium; cum per iustitiam quasi è valida turri contra impios, & aduersarios suos dimicare soleat is ipse, qui alioquin misericordissimus est, & per misericordiam è vestigio quasi in phialis neare cōsolationū suarum suos potare soleat electos.

h Ra. 11. 2.

a Ro 12. 2. Misericordia, & iustitia effectus qualesc.

Quod si areolæ aromatum suauissimum fragrant odorem, & sponsi genæ instar earumdem areolarum fragrare significantur, quis dubitet, & hanc quoque fragrantiam laudem in has duas Dei virtutes piam animam contulisse, genas illas dicens aromatum areolis similes? Odorantur sane suauissimum earum odorè, quotquot illarum effectuum memores sunt: Vnde pia anima in Psal. 70. adeo vnus iustitiæ delectatur fragrantia, vt magna cum emphasi ea protulerit verba: *b Memorabor iudiciorum filius*. Eademque, apud Isaiam, ille cœta prægrandi misericordiam Dei odore, audacter ait: *c Misericordiarum Domini recordabor*. Explicatū est autem varijsque exemplis probatum supra in prima exposit. illorum verborum capitis primi: *d Memores vberum tuorum super vinum*: Hebraica phrasi vno eodemque verbo significari, & memorem esse, seu recordari, & odorare, ac si idem hæc duo essent.

Misericordiam, & iustitiam Dei quanta fragrantia

b Ps. 70. 16

c Isa. 63. 7.

d Cant. 1. 4

Verf. XIII. cap. V. Genæ illius sicut areolæ aromatum confitæ à pigmentarijs.

EXPOSITIO IIII.

De tertia sponsa, quæ est Beata Virgo Maria.

P Er Christi genas designatur honestas, modestia vitæ, mansuetudo, seueritas, ac suauitas consuetudinis, & conuersationis: hæc enim omnia apparet in genis. Istum itaque conuersationis habitum celebrat hoc loco B. Virgo sub hac genarum metaphora, comparans illas areolis aromatum. Sicut enim aromatum areolæ optime dispositæ, & ordinatæ intuentium oblectant aspectum, eisdemque suum imperitiunt odorem: Ita Christi mansuetudo, modestia, ingenuitas, & reliqui sanctissimæ eius conuersationis habitus, absentes quidem fama, præsentem vero te ipsa delectabant, alliciebantque. Et sicut in areolis aromatum multi, varijsque, & diuersi coloris flores in vnâ pulchri speciem conspirant: sic multitudo illa, & diuersitas variarum virtutum, quæ in Christi elucebant conuersatione, admirabilem sane illam eius efficiebat pulchritudinem, propter quam in Psalmo epithalamij dictus is est, *e Speciosus forma præ filijs hominum*. Quid illa demissius in inferiori genarum parte, dū conuersaretur cum hominibus, cum ipsemet dixerit: *f Discite à me, quia mitis sum & humilis corde?* Quid in summa earumdem parte, dum idem cum Patre conuersaretur eleuatus, g quando solus ascendebat in montem pernoctans in oratione Dei? Nonne turrem quam erectam præ se ferebat: qua contra celsissimū Patrem ipsum suum pro nobis bello dimicaret orationis? Quid genis eius rotundus, & conuersatione illius perfectus? de ea per Isaiam dicitur: *h Non clamabit, neque accipiet per sonam, neque audietur vox eius foris: calamus quasi satum non conteret, & linum sumigans non exstinguet. In veritate educet iudicium: Non erit tristis, neque turbulentus, donec ponet in terra iudicium, & legem eius insula exspectabunt.*

5 Conuersatio Christi quomodo sicut areolæ aromatum.

e Ps. 44. 3.

f Matt. 11. 19.

g Luc. 6. 12

h Isa. 42. 2

Verf.

Verf. XIII. cap. V. *Genae illius sicut areolae aromatum confitae a pigmentarijs.*

Appendix Expositionum, Ex antiquis Patribus collecta.

P Araphrasia Chaldaica: Duae tabulae lapideae, quas dedit populo suo, scriptae erant decem lineis, similibus lineis horti aromatum, quae germinant acutissimos sensus, & suaves, sicut horti germinat aromata.

Cum multiplex istius genarum sponsi encomij apud veteres Patres reperitur intellectus, ut multiplices illorum sensus in aliquam redigamus seriem, ac methodum, in duos illos distribuere possumus ordines: Aliqui enim genas mystici corporis Christi, id est, Ecclesiae celebratas arbitrantur: alij non tam Ecclesiastici corporis, quam ipsiusmet Christi genas accipiunt, metaphorice tamen.

Primi ordinis quatuor reperio sensus: Primum, qui & communior est, ut genae Christi sint sancti Martyres, qui, ut ait Gregorius Papa, & Richardus de Sancto Victore, sanguine suo Christi faciem rubram, decoramque reddunt, illius fidei pulchritudinem manifestam exhibentes, dum pro ea sanguinem fuderunt: Vel ut ait Philo Carpathius qui sunt maxillae, quibus dentes Evangelicae doctrinae sunt affixi, saluberrima pabula sedulo mandentes: *Sicut areolae aromatum* hi dicuntur propter fragrantiam: sed areolae *confitae* dicuntur a pigmentarijs: quia Martyres a praecedentibus Praedicatoribus ad martyrium roborati sunt: ab his vero, qui sequuntur, exemplorum pigmenta fumentur, ut bene inquit Gregorius Papa, & Richardus.

Secundo per Christi genas sanctos Ecclesiae Doctores intelligunt Gregorius Nyssenus, Pselus, & Anselmus. Nyssenus ipsorum Doctorum necessitate ex hoc loco colligit; cum maxillae sint necessariae, ut cibus conteratur, qui denuo ablati sunt, & quasi paruuli adhuc fluctuant, ne contingat, quod ingemiscit Ieremias, dicens: *i Paruuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis.* Idem dicuntur *phialae*, &c. secundum eundem Nyssenum: quia doctrina ab illis comminuta debet esse dilucida, aperta, conspicua, nihil profunditatis continens, ita ut etiam pueri illos intelligant. Secundum Anselmum sunt *sicut areolae*, id est, terra bene culta, & plantata a Deo, a qua producuntur flores, & odores aromatum, id est, orationis, & operis: Et hi sunt a pigmentarijs, id est, Apostolis, & prophetis instructi: pigmentarijs quidem, quia terunt omnia, & ad humilitatem reducunt.

Ad hunc sensum reduci possunt, & quae dicuntur a Theodorito, per genas, ut sunt instrumenta sermonis, significari doctrinam: Has vero Christi genas dici *phialas aromatis ferentes pigmentaria*, iuxta versionem Septuag. *phialas quidem aromatis propter doctrinae suauitatem, pigmentaria vero ferentes*; quoniam inde docendi argumenta desumunt Doctores Ecclesiae, qui tamquam pigmentarij praedicationis unguentum conficiunt utilitatis.

Tertio secundum Philonem Carpathium genae Christi sunt sancti viri virtutum aromatis redolentes.

Et quarto secundum Iustum Orgelitanum sunt Ecclesiae, quae per Apostolos crediderunt, confitae a pijs Praedicatoribus; quaeque pium odorem ex sancta spirant conuersatione.

Ad secundum pariter ordinem quatuor referre possumus sensus alios: quorum primus est Hieronymi, qui in fine comment. in Zachariam, sermonem Christi accipiens, ait: *Laudat sponsa in Cantico Canticorum sponsum suum, Maxilla eius phialae aromatum.* In maxillis sermo accipitur, qui prolatus a Domino

A varia unguenta depromit. & tanta erit boni odoris fragrantia, ut faciat sibi Dominus flagellum de scripturarum textuum testimonijs, & eiciat de templo vendentes, & ementes, & dicat ad eos: *a Scriptum est, Domus Patris mei domus orationis vocabitur cunctis gentibus: vos autem fecistis eam domum negotiationis.*

Secundus, qui & communior, Cassiodori, Bedae, atque Ruperti Abbatis, secundum quos sub genarum metaphora celebrantur exterior habitus, & forma conuersationis Christi, illius nempe modestia, pietas, & sinceritas. *Sapientia enim hominis* (ut ait Sapiens) *lucet in vultu eius.* Dicuntur haec *genae sicut areolae aromatum confitae*, &c. quia ea spectare, erat, quasi pulcherrimas areolas cernere ob aspectus gratiam, & fama, atque virtute delectabant, trahebantque vnuerfos. Haec *areolae confitae a pigmentarijs* dicuntur inquit Cassiodorus, pigmentarij sunt Prophetae, vel Apostoli, quorum alteri haec omnia futura, alteri iam facta descripserunt.

Ad hunc sensum referri possunt, & quae dicuntur ab Aponio, cui *genae pulchrae* significant Sanctitatem internam, & externam: ad hoc quippe ut pulchrae sint genae, operae pretium est, ut & internus sanguis sit in optima dispositione; & qui intus seruat integritatem, foras rutilet exemplo.

Ex Philone Carpathio, *genae Christi sicut phialae*, &c. sunt sacrae Scripturae, quae unguentum suauissimum spirant ad omnem animi languorem sanandum.

Et demum *genae sicut phialae aromatis ferentes pigmentaria*, apud tres Patres, sunt diuinae prouidentiae rationes, quae tanquam genae actionibus quodammodo mouentur, & saluiter virtutum mores docent: & per hos spiritualiter nutriunt, molentes quodammodo id, quod in Deo secundum essentiam intelligi non potest, dum horum actione ipsum explanant, sancto completae sunt spiritu quasi odoriferae quaedam phialae variorum inlitar unguentorum varios illos spirituales mores ferentes.

Verf. XIII. cap. V. *Labia eius lilia distillantia myrrham primam.*

EXPOSITIO I.

Iuxta sonum litterae.

C Vm in lilijs candor eluceat, qui labijs tamen deformitatis inurit notam, ad Hebraicae vocis analogitatem confugientes aliqui, Hebraeorum quae doctorum sequentes vestigia, haud lilijs comparari ea, inquit; sed rosis purpureis, quod frequentissimum est & apud Poetas profanos. Verum iam supra in 1. expos. 1. verf. cap. 2. in quo dicitur: *b Ego flos campi, & liliam conuallium*: ostensum est, Hebraicam vocem *ליליא* scio sciannah haud rosam, sed liliu proprie significare. Quapropter melius, si color in sponsi labijs hic celebrari censeatur, dictum id existimandum est, quod fere communiter post Legionensem a recentioribus asseritur, laudari labia sponsi est colore simul, atque ex odore: colore quidem purpureo, propt & sponsus sponse item labia ex eodem colore celebravit in cap. 4. vbi dixit: *c Sicut vitia coccinea labia tua*, liliorum vero comparatione explicatum apte congruentem pulchris labijs colorem, rubrorum tamen, qualia & a Dioscoride lib. 3. cap. 99. & a Plin. lib. 22 cap. 5. in Syria reperiri dicuntur perpulchra; ex odore vero eadem per id commendari, quod myrrham primam ac probatissimam distillent, habito respectu ad halitum, animam, & spiritum suauissimum, quem per ipsa labia spiraret dilectus.

Nihilominus sensus iste, sicut quoad primam partem mihi probatur, ita quoad partem secundam ob ratio-

Martyres sunt genae Christi. Greg. PP. Rich. Vict.

Philo Carp.

Ecclesiae Doctores genae Christi. Greg. Nyss. Pselus. Anselm. Nyssenus. i Iren. 4. 4.

Anselmus.

Theodor. Genae significant doctrinam.

Philo Carp. In i sunt genae Christi. Iust. Orgel.

7 Hieron. sermo Christi in maxilla eius.

Cassiodor. Beda. Rup. Abb. Conuer. atio externa Christi significat per pulchras illius genas. Eccl. 8. 1.

Sponsus. Sanctitas interna & externa signata per genas pulchras.

Philo Carp. Scripturae sacrae sunt genae Christi. Tres Patres.

Cant. 2. 1.

Legionensis.

C Can 4. 3. Quibus lilijs comparentur labia sponsae.

Primus sensus. ratio.

rationem, quam paulo post subjiciam, haud omnino meum sedat animum. Vidi ego Romæ, habuique in manibus, & diligenter consideravi intra viridarium cœnobij nostri sancti Siluestri môtis Quirinalis d Lilia perpulchra, sex folijs constantia in cincinnorum formam retortis, quibus certe folijs, si coniecturæ dandus esset locus, optime comparata crediderim pulcherrima quæque labia: siquidem ardenti purpureoque colore, ac pericundo insuper nitore, & forma quoque labiorum similitudinem ad vicum exprimerent videntur: Verum certe est, quod nec folia, nec lilia ista vllum è se emittunt odorem; & ideo crediderim, sponsam dictæ comparationi ea adiecisse verba: *Distillantia myrrham primam*: ne imperfectio aliqua in ipsis sponsi labijs esse crederetur à quoquam, sicut imperfectio maxima in dictis est lilijs sicut & in quolibet alio flore, qui inodorus est, vt quod dicitur, iuxta primum hunc sensum, tale sit.

d Agit de hoc flore, describitque illum Carol. Clusius, lib. 2. hystor. plantarum cap. 3. vocatque eum lilium rubrum, sive mimiatur Byzantinum.

Paraphras.

Labia illius pulcherrimis sane ijs similia sunt lilijs, quorum folia & purpureo, nitidoque colore, & parui semicirculi forma gratiosissima quæque æmulari videntur labia. Quod si quid imperfectionis ijs inest lilijs; cum suavis expertia sint odoris; nil certe sponsi labijs deest, quod ad eorum requiratur decorem, atque perfectionem. Sic quod hic de distillatione myrrhæ primæ in labijs dicitur, non de illorum odore, proprie, sed metaphorice dictum sumendum est, vt persistatur in sumpta prædictorum liliorum metaphora, prout explicatum est. Quod autem mihi persuadet, vt haudquaquam de proprio labiorum odore id intelligam, quodvè à communiori recentiorum sententia me abstrahit, ita vt omnino non probem, suauem commendari animam, & spiritum, quem ipsa dilecti labia spirarent, illud potissimum est, quod haud decere videatur, pudicissimam puellam talia puellis alijs afferre signa, ad dilectum suum internoscendum, quæ haud oculis, sed approximatione duntaxat, & osculo percipi possent.

9
Secundus sensus.

Non displiceret tamen mihi de osculo hæc interpretari, & per fragrantissimæ distillatæ myrrhæ suauitatem, suauitatem maximam designari, quam ipsamet, quæ loquitur sponsa, ex dilecti sui perciperet osculis, quæ in principio huius Cantici coram adstantibus item puellis tantopere desiderasse se significauit, vt eorum suauitatem & vino prætulerit, & vnguentis optimis, dicens: *a Osculetur me osculo oris sui: quia meliora sunt vbera tua*, suauitas nimirum amorum tuorum, *vino, fragrantia vnguentis optimis*. Tuncue, quæ hic dicuntur, amoris vi erga dilectum suum dicta censenda sunt à sponsa, quæ ex commemoratione speciosissimarum genarum illius in medio panegyricæ orationis suæ, quæ illi sociabus delineabat per membra singula, vt speciosissimum præ dilectis omnibus, recordata ingentis, quam ex impressis per eius labia osculis percipere solita esset, suauitatis, in hæc proruperit: *Labia eius lilia distillantia myrrham primam*: quomodo & ipse pariter dilectus supra in capite quarto dulcedine faui, ac mellis, nec non & lactis altera gustus metaphora eandem, quam ex sponsæ osculo percipiebat, expressit suauitatem, dicens: *b Fauns distillantia labia eius: Mel & lac sub lingua eius*: vt videre est ibi in exposit. prima sensu secundo.

a Cant. 1. 12.

b Cant. 4. 11

Paraphras.

Porro iuxta hunc sensum, quæ in similitudinem assumuntur lilia haud rubra, sed quæ candidissima reperiuntur, intelligenda erunt; vt quæ in sacris litteris sunt proprium puritatis hieroglyphicum: Ac si dicatur,

Labia eius, quæ purissima alioquin sunt, *myrrham mihi primam*, & optimam distillant, summamque purissimæ mihi exhibent suauitatem, cum ori meo imprimuntur.

Tertius sensus.

Sed melius fumentes lilia more, qui in scripturis est consuetus, pro lilijs candore, specie, & odore insignibus, ad encomium purissimæ, gratiosissimæ, ac suauissimæ locutionis hæc referemus: quod & distillandi verbum subindicat, dum subjicitur: *Distillantia*

myrrham primam. Et congruentius honestissima sponsa, decentiusue in descriptione dilecti sui, quæ ceteris facit puellis interrogatibus ipsam de illius qualitatibus, præclaras eius loquelæ exponet laudes, quas ab illis percipi posse cognouerat, quippe quæ frequentius loquentem illum & audierant, & audituræ forent, vel ex suauis halitu, vel ex ipsa osculi suauitate.

Adde, quod in hoc dilectum ipsum suum habet magistrum, qui capite quarto in singulari illa, quam contexit, panegyrica membrorum, laudumque eius oratione, à suauitate potissimum loquelæ ipsam euexit, iuxta communem expositorum sensum verbis illis, *c Fauns distillantia labia tua. sponsa: Mel & lac sub lingua tua*: vt videre est in primo sensu, allato ibi in expositione prima, & eodem capite quarto, secundum grauisimorum doctorum sententiam, vbi dixit: *d Sic ut vitra coccinea*, seu iuxta lectionem Hebraicam, *Sicut filum*, aut sicut *funiculus coccineus labia tua*, & *eloquium tuum dulce*.

Iuxta hunc igitur sensum, qui communis est Sanctorum Patrum, quem & ipse omnium maxime probabilem censeo, celebrat sponsa primum loquentia dilecti sui labia è decenti pulchritudine, & ex gratia quadam, quæ in ipsis elucet ob insignem qui in ipsis spectatur, puritatis decorem: pulchritudinem, gratiamque istam ac puritatem eximiam similitudine exprimens liliorum, quæ & forma symbolum sunt pulchritudinis, & candore signant puritatem, & odore suauitatem indicant gratia.

Porro per id, quod adjicit, *Distillantia myrrham primam*, verba ipsa commendat, quæ ex hisce profluunt labijs: Laudat autem illa ex triplici capite suauitatis, stabilitatis, seu permanentis fructus, & æstimationis, seu pretiositatis: Suauitatis per metaphoram odoris, quem fragrantissimum indicari per myrrham obseruauimus sæpe in hisce nostris commentarijs. Stabilitatis, & fructus, per id quod distillare dicuntur nedum odoris fragrantiam, quæ illico euanescit in aère (neque enim ex eo genere sunt verborum, quæ inaniter funduntur in ventum,) sed & fructus myrrhæ: quia & in longiora seruantur tēpora, & multis inseruiunt commodis, æque ac ipsius myrrhæ fructus: Æstimationis denique & pretiositatis, dum ea haud myrrhæ cuiuslibet distillationi afferit similia, sed distillationi myrrhæ primæ, & quæ inter myrrhæ genera pretiosissima sit, primum obtinens locum: Bene autem distillanti myrrhæ isti pretiosissima illa comparat, vt indicet, singula eorum ita è loquentibus sponsi labijs profluere, vt plane colligenda, seduloque in pectoris vase seruanda sint, æque ac distillans myrrhæ primæ gutta caute, diligenterque colligitur, & in pyxidibus, vel alligamentis seruari consuevit. Vnde & nouum eruere possumus sensum eorum, quæ ab eadem sponsa dicta fuere in principio huius Canticæ iuxta lectionem Originalium Hebræ. & Septuag. *e Al-*

ligamentum guttæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur: vbi Vulgata legit: *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi*, &c. Vt per ea tale quid sibi voluerit: Verborum, quibus dilectus meus adeo me celebravit, tantam habui rationem, vt quasi myrrhæ probatissimæ guttas ea collecta conferuam, meoque, vt in optimo vase, condam pectore, adeo vt propterea dilectum ipsum meum inter vbera mea, medio nimirum in pectore meo, persistentem veluti alligamentum guttæ habitura sim iugiter: haud permisura, vt charitatis plenissima eius verba è pectore meo vlla vnquam deleat obliuio.

Breuitè itaque sponsa hæc sibi videtur velle etiam in hoc encomio loquentis sponsi, seu eiusdem loquelæ.

Loquente dilecto ipso meo, *labia eius* summam præ se ferunt pulchritudinem, gratiam redolent suauissimam, eximiamque puritatis nitent candore: puritatem exhibent spectantibus, puritatem & audientibus proferunt: ita vt merito ipsamet *Lilia* ea dixeris, quæ & perpulchra sint inter flores, & suauolentia,

c Cant. 4. 11

d Cant. 4. 5.

D

E

F

e Cant. 1. 13

Paraphras.

lencia, & candidissima: Sed & quæ ex hisce labijs, si- mul ac lilijs profluunt, verba, suauissima & ipsa sunt æque ac suauissimus est myrrha odor: Sunt & fru- ctuosa, cum instar guttæ myrrhæ distillent: quin & pretiosissima existunt, quorū non minus habenda sit ratio, quam distillantis myrrhæ primæ, ac pretio- sissimæ. Singula enim eorum æque ac myrrhæ pri- mæ guttæ in maximo habenda sunt pretio, sedu- loque vt pretiosissima sunt seruanda: sunt quippe ip- samet quodammodo myrrha probatissima distilla- ta è labijs, æque ac myrrha ex myrrhiferis distillat arboribus.

Quæ dicenda forent circa significatum attributi myrrhæ, quod in Hebræo hic ponitur, & circa varie- tatem versionū Hebræicæ vocis, גַּרְגָּרִים, quæ proprie transeuntem sonat, videri possunt explicata supra in prima expositione verborum illorum: a Et digiti mei pleni myrrha probatissima. Id apud omnes pro certo habendum, myrrham hic proponi, quæ sit omnium optima.

a Cant. 5. 5.

Verf. XIII. cap. V. Labia eius lilia di- stillantia myrrham primam.

EXPOSITIO II.

De Prima Sponsa, quæ est Ecclesia sancta.

PRædicatores sanctos labia mystici corporis Chri- sti esse, quasve iidem cum labijs corporis habeat proportionem, explicatum videre est supra in expol. 2. corum verborū cap. 4. b Sicut vitia coccinea labia tua.

Prædicatores istos, istaque Christi labia celebrans hoc loco Ecclesia haud eos dicit labia sua, pro vt dic- tos accepit à sponso in præcedentibus: Sed quic- quid in illis boni est, atque præclari dilecto ipsi, capi- tique Christo refert acceptum.

Laudat illos, primum ipsos appellans labia eius, quæ nedum labia, sed & lilia sint, haud explicans, quænam, & qualia sint lilia: vt ipso liliorum voca- bulo puritatem in primis in eis commendatam in telligeremus: puritatem, inquam, tum vitæ, tum etiam doctrinæ: colore vero purpureo, quo à reli- quis diuersa essent lilijs, & purpureis cōcinnalabijs, purpureaque præ se ferentia labia, ardētissima pari- ter charitate decoros eisdem esse, nō dubitaremus.

Porro, quod huiusmodi labia per halitum quæ ex se spirant, suauissimum myrrhæ odorem effundere dicuntur, id significatur, quod eius, quem in cordis ventre habent, Christum crucifixum myrrham sane omnium primam, odorem etiam extrinsecus referunt, ipsam c Iesu mortificationem iuxta Apostoli dictum, in corpore suo circumferentes: Sed & myrrhæ quoque probatissimum gustui distillare dicuntur audientiu: haud alia sane ratione, quam per osculū. Pœnitentiam enim, quæ odorati quidem, & per famam sua- uissima alioqui est, & quando re, factoque ipso gu- ftatur est amarissima, per osculum distillat, quatenus verbum reconciliationis insinuant, dicentes cum Apostolo Paulo: d Posuit Deus in nobis verbum reconci- liationis, Pro Christo legatione fungimur, tanquam Deo ex- hortate per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo. Neque enim ipsi sunt qui tale imprimunt reconci- liationis osculum, sed Christus per eos.

10 Primus sensus.

b Cant. 4. 3 Prædicato- res sancti sunt purita- te, & cha- ritate insig- nes.

Mortifica- tions Christi odo- rem ex se spirant boni Prædicatores c 2. Cor. 4. Prædicatores sancti recon- ciliationis prædicatione iudant pœ- nitentiam

d 2. Cor. 5. 19.

Ex Verf. XIII. cap. V. Labia eius lilia distillantia myrrham primam.

EXPOSITIO III.

De Secunda Sponsa, quæ est Anima Iusti.

PIæ animæ dilecti. Dei totius consolationis, duo labia, quibus spirituales exhibens cōsolationes, illam osculari is solet, haud alia sane crediderim dicenda esse, quam Filium, & Spiritum sanctum:

11 Secundus sensus.

A Ideo namque diuinas eas consolationes apud Paulū Apostolum e appellatas reperio gaudium in Spiritu sancto, id est, exhibitū in Spiritu sancto, & per Spiritu sanctum: Et per eundem Apostolum f dicitur, Per Christum Dei filiū abundare consolationem nostram. Labia ista, quæ profecto ita sunt puritas ipsa, sicut sunt & ipsemet Deus, Lilia esse, inquit anima deuota, tunc potissimum temporis, cum dulcissimo ipsam oscu- latur osculo oris Dei, consolans eam in omni tribu- latione sua. Qui enim alias frequenter pascere dicitur inter lilia ac lilijs, dum cœlestes spiritus sui ipsius pascit visione; deuotas pariter animas lilijs quoque modo semetipso pascere dignatur in terris, osculādo B ipsas, & consolando per filium, ac Spiritum sanctum labijs simul, ac lilijs.

Illud vero magnopere perpendendum est in his sponsæ verbis, quod dum eximias diuini osculi, purissimorumque labiorum istorum euehit cōsola- tiones, subiicit illico: Labia liliaque ipsa esse distillantia myrrham primam: cū primo aspectu dicere debuisset potius, esse distillantia fauim, mel, lac, & quicquid dulcissimum reperitur, ad excessum dulcedinis eius exprimendum, quo in eorum labiorum perfundi- tur osculo: Myrrham primam, quæ omnium amaris- sima est, distillare, inquit, haud certe alibi, quam C in os ipsum suum, quod osculatur. Porro per myrrham primam tribulationes designantur, & pæsiones Christi, quæ inter pæsiones vniuersas pri- mum obtinent locum, ideoque recte Apostolus Paulus de myrrha hac prima, quæ, cum amaris- sima sit, maximis quoque omnium replet consola- tionibus, dicebat: g Sicut abundant pæsiones Christi in no- bis, ita & per Christum abundat consolatio nostra. Et B. Pe- trus, h Communicantes Christi pæsionibus, gaudeate, inquit: Ac si dicat; Dum vos osculando Christum, commu- nicat vobis pæsiones suas, distillans myrrham pri- mam gaudeatis, necesse est; cum nimirum in huius myrrhæ distillatione summum exhibeatur gaudiū, D & vt ita dicam, communicatio quadam Deitatis, qua beatificamur. Vnde bene subiicit: i Si exprobrami- ni in nomine Christi, beati eritis: quoniam quod est honoris, gloriae, & virtutis Dei (ipse nimirum Christus, ac filius Dei) & qui est eius Spiritus (quæ sunt duo labia, quibus vos Deus osculatur) requiescent super vos. Quid ergo mirū si Paulus audacter aliquādo exclamabat: k Re- pleris sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribula- tione nostrā? Paulus tamen sic clamabat, ad cuius nares perueniebat suauitas inexplicabilis fragrantia: distil- lata myrrhæ quive intelletu ipsarum tribulationum percipiebat suauitatem, vim atque pretium. Adeo enim pretiose sunt tribulationes, & quæ nobis communicantur pæsiones Christi, vt ne qua earum gutta pereat, dum communicantur, haudquamquam fundantur, sed distillantur: Distillantur autem per osculum Dei, ori exhibitum animæ; quia & in præ- cipuum Dei erga nos amoris signum, quale certe osculum esse nouimus, cum ea nobis exhibetur, te- ste Apostolo, cum ait: a Taquam filius offert se Deus. Qu- e nim filius, quem non corripit pater? & iuxta capacitatem osculati oris cuiusque distillantur: Vnde idem Apo- stolus dicebat alias: b Fidelis Deus, qui non patitur vos tentari supra id, quo l potestis, sed faciet cum tentatione pro- uentum, vt pæsitis sustinere. Quod itaque hic dicit pia anima iuxta secundum sensum, tale est.

g 2. Cor. 1. 5. h 1. Pet. 4. 13.

i 1. Pet. 4. 14.

k 2. Cor. 7. 4.

E Tribulatio- nes quam pretiose res sint.

a Heb. 12. 7

b 1. Cor. 10 13.

F Iesus Christus filius Dei eiusdēq; Spiritus, quibus Paraphra- tamquam duobus labijs Deus me osculatur dilectus sis.

meus labia purissima sane sunt, ipsaque puritas, æ- que ac Deus, qui pascit inter lilia: lilia quippe & ipsa sunt, sicut sunt & Deus; atque adeo cum iis me- osculatur dilectus ipse meus, lilijs quoque me pascit, ac semetipso, replens me dulcedine consolationum suarum, tamen si carnis, sensusque gustum amaricare videatur, distillans ipso metoculo myrrham primam in- communicatione pæsionū Christi filii sui: Distillat is sane in os meum per huiuscemodi osculum, quod est summi amoris indicium, tribulationes veluti

Labia Dei sunt filius & Spiritus san- ctus. c Rom. 14. 17. f 2. Cor. 1. 5

Tribulando pia animam communicat illi Deus quodammodo beatitudi- nem & participacionem sui ipsius.

g 2. Cor. 1. 5. h 1. Pet. 4. 13.

i 1. Pet. 4. 14.

k 2. Cor. 7. 4.

Tribulatio- nes quam pretiose res sint.

a Heb. 12. 7

b 1. Cor. 10 13.

Paraphra- sis.

amarissimas, ac fragrantissimas, & pretiosissimas myrrhæ primæ guttas: sentio quidem in gustu earum amaritudinem: percipio tamen simul inexplicabilem earum fragrantiam, & suauitatem, qua supra modum mea recreantur præcordia, tantique eas facio, quanti pretiosissimæ quæque res fieri solent ab alijs.

Verf. XIII. cap. V. *Labia eius lilia distillantia myrrham primam.*

EXPOSITIO IIII.

De Tertia Sponsa, quæ est Beata Virgo Maria.

12 Tertius sensus. c Ps. 44. 3. Verba Christi sensibus omnibus grata.

QVæ breuissima ratione illa, c Diffusa est gratia in labystinis, euexit aliquando Dauid Proph. in Pf. Epithalamij; duplici metaphora nunc B. Virgo celebrat Christi labia, seu potius verba, quæ è Christi labijs profluxere, eamve ipsorum gratiam, quæ Dauid non explicarat, explicat ipsa significans, illam eiusmodi extitisse, vt per eam audientium sensibus omnibus grata illa redderentur: Nedum enim auditum oblectabant, vt alia, quæ labijs eloquentium hominum proferuntur: sed & visum, & odoratum, & tactum, quin & gustui pariter suam impertiebant partem. Lilia quippe cum essent candidissima, perpulchra, mollia, & maxime odorantia, haud dubium, quin & visui satisfacerent, & tactui, & odoratiui: Cuique myrrham distillantem primam, quæ (vt alias ex Plinio alijsve probauit) gustu probatur, gustum quoque reficiebant. Porro quod B. Virgo intendisse videtur, hac ratione prædictam explicans gratiam, id esse crediderim, vt dicens, *Labia eius lilia distillantia myrrham primam*, talem, ac tantam extitisse indicaret illam labiorum huiusmodi gratiam Christi, vt propter eam eiusdem Christi verba internos quosque mouerent sensus, quos exteriorum sensuum commotione significaret. Id quod à sacris Doctõribus eisdem tribui solet, cum dicunt, Christi doctrinam nedum erudire intellectum, sed & mouere affectum. Probatque hoc id, quod à B. Virgine vltimo dicitur de satisfactione sensu gustus exhibita per eadem Christi verba, *Distillantia myrrham primam*. Myrrha namq; prima quæto myrrharum aliarum est optima, tanto quoque est amarissima. Et certe notum cuique est, amaritudinè ingratissimam esse sensui gustus externi. Dum ergo verba Christi in sensu gustus gratissima esse asseruntur, eidemq; appetitui plenius satisfacere cum myrrham primam distillent, de interno id intelligendum est gustu. Quis autem ignoret, quam salubris, grataque sit interno gustui discipulorum Christi doctrina, quæ ex Christi proflebat labijs distillantibus, ac prædicantibus veritatem, atque mortificationem, quæ per amarissimam designatur myrrham?

Doctrina Christi nedum erudit intellectum sed & mouet affectum

13 Verba Christi lilia, quia à Christo, d Cant. 2. 1. simile.

Verba Christi si veritatè & mortificationem prædicantia quæ in ipso erant Christo. simile.

Quam belle autem, & congrue B. Virgo Christi verba ait esse *lilia distillantia myrrham primam*, quædoquidem cum Christus ipse, qui ab æterno Verbum erat Patris, pro nobis factum se dixerit *d Lilium conuallium*, congruum quoque erat, vt ex eo talia proferrentur verba, quæ propter eximiam puritatè lilia dici possent. Sicut enim ex ficu proferuntur ficus, ex malo mala, & sic de cæteris: ita ex lilio pariter lilia prouenirent, operæpretium erat. Quæ etiã lilia congruenter distillant dicuntur myrrham: enim vero, cū ab illo prouenirent lilio, quod est summa veritas, myrrham veritatis ex eis distillare fas erat. Et cum Christus *lilium conuallium* mortificationem per se fuisset amplexus, ex eius verbis mortificationè stillari necesse erat: Non secus ac fructus, qui ex iis producentur arboris ramis, in quorum medullam iniecta sint, vel saccharum, vel cinnamomum, vel scamonea: sacchari, cinnamomi, & scamoneæ odorem, saporem, & vim referre aduertimus.

A Congruenter quoque verba Christi lilia dicuntur distillantia myrrham: vt duabus hisce similitudinibus arguamus, quam illa discrepent à verbis hominum mundi, & doctrinæ sæculi, de quibus per Salom. dicitur in lib. Prouerb. e *Fanus distillans labia meretricis, & nitidius oleo gustus eius: nouissima autem illius amara quasi absinthium, & acuta quasi gladius biceps*. Asimulantur ea fauo stillanti, ac oleo; quatenus dulcia quidè in principio videntur, dum delicias, atque illecebras prædicant, suadentve: deturpant tamen, & commaculat auditores, non secus ac fauam, atque oleum maculant quoscumque tetigerint: At verba Christi, licet instar myrrhæ amarissimæ, amaritudinem præ se ferant, dum mortificationem suadent, candidissima nihilominus sunt instar liliorum, atque purissima: ita vt audientes quoslibet purissimos efficiant, eisdemque summam conferant pulchritudinem, non secus ac lilia manibus gestata, gestantis se arguere solent puritatem.

Verba Christi si quam diuersa à verbis hominum mundi. c Prou. 5. 3.

B Neque vero absque causa tum verba Christi, tum verba carnis, ac sæculi distillare dicuntur, ista mel dulce, illa myrrham amaram: nam & dulcedo, ac illecebræ, quæ ex verbis profluunt carnis, vix exiguæ stillæ dulcedinis sunt, quæ & in momento temporis arescunt, & mortificationes, afflictionesve, quas Christi suadent verba nihil aliud esse comprobatione, quam modicæ amaritudinis stillæ in comparatione cõsolationum, quæ illas consequuntur, sicut Paul. fatetur Apost. cum ait: *Momentaneum, & leue tribulationis supra modum pondus gloriæ operatur*.

f 2. Cor. 4. 17.

C Competit tamen, & ob aliam rationem distillandi verbum doctrinæ potissimum Christi: Per id enim innuitur, illam haud niti in humanæ sapientiæ verbis, aut in eloquentiæ fluuio, qui absque vlla animarum vtilitate velocissime profluat, a *sed in ostensione spiritus, & virtute sitam*, vt ait Apostolus, congruentem, & proportionatam vniciuque exhiberi, atque instar tenuis pluiiæ, rorisve summa cum vtilitate ita super vnamquamque distillare animam, vt nihil ex ipsa depereat. Id quod aperte & de Verbo Dei significatum legimus apud Haisam Prophetam, b

Verba Christi instar pluiiæ, & roris stillant. a 1. Cor. 2. 4.

b Isa. 51. 10 Verborum Christi quanta sit habeda ratio.

Sed & id quoque aduertendum est, quod, dum Christi verba distillare dicuntur, pretiosissimam dicuntur stillare myrrhæ guttam, quæ sedulo, ne pereat, colligitur, in clausiue seruatur vasibus, vt intelligamus, & nostrum quoque studium esse necessarium, ne ea pereant, quantumve eorundem habere debeamus rationem: præsertim cum amaram suadent mortificationem.

E Denique & modus perpendendus est singularis, quo Christi verba persuadere significant mortificationem: neque enim *ipsius labia myrrham distillare dicuntur*, nisi vt *lilia*, & liliorum formam exhibentia, exhibentia nimirum spem gloriæ cælestis, cuius hieroglyphicum ipsa sunt lilia. In quo peritos Medicorum imitari videtur peritissimus animarum medicus Christus Iesus, qui pillulas, bolosque amarissimos ægroto porrigunt auro, argento, aut falem candida hostia opertos.

Mortificationem quomodo per uideant verba Christi. Simile.

F Verf. XIII. cap. V. *Labia eius lilia distillantia myrrham primam.*

Appendix Expositionum, Ex Antiquis Patribus collecta.

P Araphrasis Chaldaica. Et labia sapientum, qui laborant in lege, fluunt sententijs ex omni parte, & eloquium oris eorum, sicut myrrha electa.

14 Prædicatores sunt labia Christi & lilia stillantia myrrham.

Communiori veterum Patrum sensu labia Christi sunt sancti Prædicatores. lilia dicti ob candorem, & fragrantiam vitæ, atque doctrinæ. Quod autè myrrham perfectã idè distillare dicuntur, diuersimode exponi-

exponitur. Nam Ambrosius serm. 18. in Psalm. 118. vers. 4. videtur istud referre ad id, quod Christi & passionem prædicant, & resurrectionem. Per myrrham quippe, ait, passionis unguentum, & resurrectionis gratia declaratur, quæ rediuium vitæ odore suscitatis mortuorum visceribus infundit. Idem tamen Ambrosius in lib. Instit. Virginis cap. 15. ob id eisdem sic dictos, inquit; quia Christi passionem loquuntur, ac mortificationem illius in suo corpore circumferunt. Quibus consentit Richardus de Sancto Victore, addens, idcirco distillare myrrham primam: cum Christi mortem, quæ est myrrha prima, prædicent, iuxta illud: *c Nos prædicamus Iesum Christum, &c.* eandemque imitentur, iuxta illud: *d Semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circumferimus.*

Richard.

c 1. Cor. 13.
d 2. Cor. 4.
10.

Phil. Carp.
Greg. Papa.

Philo autem Carpathius, & Gregorius Papa addunt, quia prædicant populis Martyrum passiones, vt eorum exemplis illi à peccati corruptione feruentur.

Iust. Org.
Greg. 2. 2. 10.
Pselus.

Quia prædicant mortem pro Christo subeundam, ait Iustus Orgelitanus.

Quia prædicant mortificationem, dicit Gregorius Nyssenus, & Pselus.

Philo Carp.

Quia prædicant patientiam in tormentis, dicit Philo Carpathius.

Greg. Papa.

Quæ myrrha bene prima secundum dignitatem esse dicitur, ait Gregorius Papa: quia nullus sic mortificatur, quomodo ille, qui pro Christo martyrio finitur.

Aponius.
Confessarij
sunt labia
Christi.

Aponius per Christi labia sanctos accipit Confessarios, qui ligant, & soluunt, ac peccatoribus amarum poenitentia myrrham stillant: vt emendent, & emendata conferunt.

15
Verba & ser
mones
Christi sunt
eius labia &
lilia stillantia
Theodor.

Inter eos, qui non tam mystici corporis Christi, & Ecclesiæ, quam eiusdem Christi membra hic cõmendata exultant, quidam illius sermones, & prædicationem celebratam putant sub laborum metaphora. Ita Theodoritus, Cassiodorus, & Beda, tãersi diuersimode explicant, quæ in prædictorum laudem hic dicatur. Nam Theodoritus, lilijs similes dictos, ait, Christi sermones, quia per se splendent, licet humani ornamentis nihil habeant: lilia siquidem non nent, neque texunt; sed Pater celestis vestit ea, Myrrham vero eisdem distillantes dictos, quia doceant mortificationem in præsentis vita.

Cassiodor.

Alio tamen pacto Cassiodorus, atque Beda, lilijs ipsos Christi sermones, & verba cõparari, inquit, quia candoris æterni præmia annuntiant; Distillare vero myrrham primam: quia per carnis mortificationem ad hæc perueniendum docent. Vel lilijs comparari, quia castitatis, & munditiæ opera docent. Distillare myrrham primam, quia aduersa patienter ferenda, insinuant.

Beda.

Addit Beda, eisdem & lilijs comparari, & distillare myrrham, quia illis in vna eademque persona verum se Deum docebat, & hominem, sic, cum dicebat, *e filius hominis venturus est in gloria Patris sui. Et tunc reddet unicuique, &c.* labia illius liliorum speciem imitabantur, & odorem: *f Primum oportet illum pati, & reprobari à generatione hac; tunc distillauerunt myrrham.*

c Matth.
16. 27.

f Mar. 8. 31

Rup Abb.

Rupertus quoque Abbas eodem sensu, Euangelij prædicationem sanctam, ac veram esse, & quæ ad poenitentiam vocet, per hæc designari, ait.

Tres Pa-
tres.

Tres Patres apud Theodoritum, Diuini, (inquit) iudicij rationes (per quas Verbum Dei tribuens, quod unicuique naturæ, mentique tribuit, quasi quibusdam labris in singulis per communionem implicatur) sunt splendore perspicuæ, sicut lilia, dum rerum naturas pro sua quamque ratione firmas, & sine confusione conferunt, modumque docent totius mortificationis omnium motionum per electionem à natura discrepantium.

A Vers. XIV. cap. V. *Manus illius tornatiles, aureæ, plena hyacinthis.*

EXPOSITIO I.

Iuxta sonum Litteræ.

Laudato dilecti sui capite, & præcipuis, quæ in eodem spectabantur, membris, descendit iam sponsa ad commendandas illius manus peregregis illas celebrans metaphoris, sed quæ haud ita facile intelligantur, quin multiplicem pariant sensum. Ex vario siquidem allatarum metaphorarum intellectu fit, vt triplici modo intelligi hoc queat encomium: cum haud plane constet, vndenam potissimum manus ipsæ celebrentur; per natiamne, an per adscitiam ornamentorum pulchritudinem.

Porro si innatam manuum pulchritudinem hic laudari velimus; prout communiore & Patrum & recentiorum nostrorum consensu receptum est; quicquid hic dicitur, metaphoricè dictum accipiendum est. Et quidem secundum Legionensem, aliove recentiores illos, qui eum fere semper vt antesignanum sequuntur, ita laudantur manus, vt tota laus ad eorum digitos referatur, propter quos dicantur & tornatiles: quia eorum pyramides ita perfectam referebant rotunditatem, vt quodammodo torno manus ipsæ elaboratæ viderentur, quæ & aureæ ob insignem carnis pulchritudinem dicatur, iuxta consuetum morem illum, quo aureum id omne dici solet, quod præstantissimum in suo sit genere, de quo supra vers. ita *Caput eius aurum optimu*: Et demum quod plenæ sint hyacinthis; quia unguis digitorum tum pelluciditate, tum colore pellucidis, rubeisve, ac pretiosissimis assimilari videantur hyacinthis, qui in auro perpulchre insiti sunt.

Melius tamen iudicio meo haud ad digitos duntaxat, sed ad totas ipsas manus referentur; vt significetur, illas haud esse carne nudatas, ita vt osium colliculis plenæ videantur; sed ita carnosas, ac succi plenas, vt propemodum torno eas cõplanatas dicas: Colore pariter & longitudine ita speciosas, vt aureæ, & vsquequaq; pulcherrimæ dici merito debeant, iuxta notatam phrasim, qua aureum dicitur quicquid sit perpulchrum, præsertim, cum purpureis in digitorum extremitatibus decoræ sint, pellucidisve unguibus, quæ rot rubros, pellucidos, atque inclusos referunt hyacinthos. Vel si hyacinthorum nomine haud rubros accipiamus, sed eos, qui cærulei, aut cinerei sunt coloris (tria enim illorum genera reperiri dicuntur, rubei, qui & præstantissimi, citrini colore cinereo, atque cærulei) perpulchras earumdem manuum venulas, seu potius manus ipsas exinde pariter celebratas censebimus, quod candidæ, carnosæque ita perbelle venulis sint vndequaque conspersæ, vt citrinis, seu etiam cæruleis plenæ viderentur hyacinthis. Obseruare siquidem est in manu candida venulas quasi cæruleas, seu potius cinereas, nitidasque spectare lineas, perpulchre per manum, atque per digitos serpentes.

Sic iuxta hunc sensum primum quod hic dicitur, tale est.

Manus eius haud sunt osibus hærentes, exiguæ, & squallidæ; sed carne sic vndequaq; operatæ, vt ob carnis æquabilitatè rebus illis assimilandæ sint, quæ torno fuerint cõplanatæ: ita colore, & magnitudine ac longitudine sunt speciosæ, vt aureæ pulcherrimæq; dici mereatur; eoque magis, quod in ipsis purpurei ita perpulchre inserti sunt unguis, vt rubros in auro inclusos referant hyacinthos: quodve ob serpentes in ipsis venulas citrinis quoque, cæruleis plene videntur hyacinthis.

Sivero haud ex innata pulchritudine has sponsi manus laudatas velimus, sed ex extrinseco potius ornamento, quale ditissimum, maximeque decorum

Secundus sensus.

decebat Regem Salomonē, cuius & caput supra celebratum est ex ornamento diadematis aurei: Tunc ex lectione Hebraica, quæ pro, *Tornatiles*, habet, *orbes*, seu *circuli*, vocem ipsam, *tornatiles*, ad annulos referemus; vt tantumdem sit, ac si dicatur.

Paraphras.
 sis.

Manus eius tornatæ, & circumdatæ annulis aureis, *plena hyacinthis*, seu aliis gemmis: Vox enim Hebraica, *Tharhis*, quam & Sept. seruarunt, cum & mare significet, & genus lapidis pretiosi, pro diuersis sumi debet gemmis, quæ è mari deferuntur. Vnde & à nostro Interprete verti diuersimode solet; aliquando hyacinthus, vt hic, & Ezech. 27. aliquando chrysolitus, vt Exod. 28. vers. 20. & Ezech. 10. vers. 9. & cap. 28. vers. 13. quomodo & hoc pariter loco vertit Sexta editio. Iuxta hunc itaque sensum locutio erit Metonymica, vt significetur, manus sponsi tot ornatas esse annulis aureis, vt nihil, præterquam orbes putentur, circuli que aurei, in quorum palis & concauitatibus inclusi sint hyacinthi: verbum enim implendi, vt notatum est supra versic. 12. & aduertitur hoc quoque loco à Genebrardo, dicitur etiam de inclusione gemmarum.

Genebrat.

Verum sensus iste, etsi congruus admodum sit Hebraicæ lectioni quæ sic habet; *Manus eius orbes aurei, plena tharhis*: nullatenus tamen nostræ assignandus est Vulgatæ, aut versioni Sept. quæ ambæ torni adhibere metaphoram.

Tertius sensus.

Quis enim audiuit vquam, aureos annulos torni fieri, ita vt propterea *tornatiles*, aut *tornatæ* (vt legunt Sept.) dicantur sponsi manus, quæ illis ornatae sint?

Melius ergo, sensuque, qui ambobus prædictis sit congruentior, dicemus, Sponsi manus ex omnimoda hic commendari pulchritudine, tum natia, tum ea, quæ eidem natiaæ adiungitur per adhibita extrinsecus ornamenta: prout & congruentissimo pariter sensu factum videmus in encomio capitis: vt per id, quod *tornatiles* dicuntur, ex innata celebrentur pulchritudine eximia, quæ ex æquali prouenit carnositate, ex lenitate, atque ex colore candido: per ea quæ adiiciuntur, *Aurea plena hyacinthis*, laudentur ex pulchritudine adscititia annulorum aureorum, in quibus hyacinthi inclusi sint, aliæve gemmæ, propter quorum ornamentum metonymice eadem manus dici queant *aureæ*; & *plena hyacinthis*. Ac si dicatur.

Paraphras.
 sis.

Manus eius carnosæ sunt, succi plenæ, lenes, & cæcidæ, ita vt cum ob carnositatem nullum eleuatus in illis conspiciatur os, ob lenitudinem nulla sentiat asperitas, & ob eximium candorem nulla reperiatur macula, iis similes lignis, quæ ad tornum polita sunt, & complanata, torno & ipsæ videantur affabre factæ: Eoque eadem sunt speciosiores, quod talibus, tantisve ornatae sunt aureis annulis gemmisve præfulgidis, vt aureas eas recte dixeris, plenâque hyacinthis.

Verf. XIV. cap. V. *Manus illius tornatiles, aureæ, plena hyacinthis.*

EXPOSITIO II.

De Prima sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

2
Dispensatores rerum temporalium in Ecclesia sunt manus Christi.

a 1. Cor. 12.
b Act. 6. 3.
c 1. Cor. 12. 28.

Si diuisionem membrorum corporis Christi, eorundemque munera spectemus, quæ ab Apostolo Paulo pertractantur in Epistola prima ad Corinth. haud sane relinquitur ambigendi locus, quin eos per mylticas Christi manus intelligere debeamus, qui externarum rerum destinati sunt ministerio, quales septem illos dicemus Diaconos, quos Apostoli elegerunt, b vt in huiuscemodi ministerio sibi opem ferrent, proprio vocabulo opitulatores nuncupatos à c Paulo; cuius nominis vim melius exprimit Græca

A vox *επιτηδεύει* à verbo *επιλαμβάνεσθαι*, quod proprie significat, conanti porrecta manu opem ferre. Hos ergo congruenti sane ordine sub manuum metaphora celebrat sponsa immediate post oculos, genas, labiaque: quia id sit præcipuum eorum munus, vt iis, qui contemplationi, monasticaeque vitæ vacant, sanctiue Virginibus, ac Prædicatoribus verbis Dei ferant opem, cum, iuxta Petri dictum, d non sit æquum, illos delinquere

d Act. 6. 2
c Phil. 4. 3.

B *reuerbū Dei, & ministrare mensis*: & Paulus in epistola ad Philipenses id ipsum confirmat, cum ait: e *Etiā vogo & te, germane compar, adiūna illas, quæ mecum laborauerunt in Euangelio cum Clememe, & cæteris adiutoribus eius*. Manuum autem istarum omnimodam pulchritudinem, atque perfectionem triplici exponit metaphora, tria potissimum in illis commendans, quibus perfectio earum omnis exprimitur, quod sint *tornatiles*: quam primam laudem ab Apostolo Paulo creditur iis verbis explicatam quibus dixit: f *Hic iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. Qui enim fidelis est, hic Christi, iustitiæque torno elaboratus dicendus est: cum ex Christi præscripto, & secundum iustitiæ regulas æquabiliter, candide, sincere, & longanimiter suum exerceat ministeriū. Quia vero talis quisquam esse nequit, nec à quoquam fideliter (vt dictum est) manuum Christi expleri potest ministerium istud, ni adsit charitas: bene post primam metaphoram adiecta est & secunda, quæ eadem dictæ sunt *aureæ*: ostensum est quippe supra in vers. 11. huius capituli, auro ipsam designari charitatem: Et ideo Ioannes quoque Apostolus laudans Caij fidelis dispensatoris Christi, manusque tornatilis ministerium, ita illud commendat: g *Charissime fideliter facies, quicquid operaris in fratres, & hoc in peregrinos, qui testimonium reddiderunt charitati tuæ in conspectu Ecclesie, quos bene facies deducens digne Deo*. Quibus in verbis notandum, ab Apostolo nedum quoad duas primas metaphoras explicatum præfens istud manuum Christi encomium, dum fidelitatem, charitatemve expresit boni, sanctique ministri, sed quoad tertiam pariter metaphoram, quæ eadem manus dicuntur *plena hyacinthis*, id ipsum plenius declaratum per ea, quæ ultimo intulit: *Quos bene facies deducens digne Deo*. Neque enim omnis, qui fideliter se gerit, & cum charitate in ministerio, & dispensatione bonorum temporalium, dici illico potest bene facere, deducens Deo singulos eorum, quibus ministrat, & digne deducens: At ad hoc, vt hosce vniuersos digne Deo deducere quis tandem queat, operæpretium est, vt ministrans illis temporalia, malorum ab eis auferat occasiones: eaque in re eam exhibeat fortitudinem,*

Dispensator Ecclesia debet esse fidelis. f 1. Cor. 4. 2

g 3. Io. 1. 5.

Dispensator Ecclesia animabus quoque prospicere debet exemplo vitæ suæ, & tollendo occasiones peccatorum.

C *vt si fors tulerit, etiam sanguinem fundat, quo ab imminentibus peccati occasionibus eius eripiat animam, cui in temporalibus subuenit: Et insuper vt humilitatis, & cœlestis conuersationis suæ eidem exhibeat specimen. Quæ omnia vnica metaphora expresit sponsa, cum has Christi manus dixit esse plenas hyacinthis, si ita ea intelligatur, vt explicatum est in primo sensu expof. primæ. Quid enim venulæ illæ cinereo, vel cæruleo colore citrinos, cæruleosque hyacinthos referentes, quibus in externa præsertim parte decoræ sunt manus, nisi exhibita extrinsecus humilitas cinereo colore designata, & conuersatio cœlestis colore signata cæruleo? Et si hyacinthis pretiosioribus, & rubris ob id plenæ eadem dicuntur manus, quod in extremis digitorum purpureis, & pellucidis decoræ sint vnguibus; aptissime profecto per hanc metaphoram ea designatur fortitudo, validumque studium, quod necessarium iisdem ministris dixi, vt tollentes malorum occasiones, atque ab illis animas abripietes fidelium, digne eas deducant, cum cōstet, ex vnguibus ipsis robur manibus inesse, vt abriperere quidpiam valeant; tuncve eosdem vngues & rubundiores esse, & magis pellucidos, cum maior adhibetur vis manuum.*

D

E

F

Verf.

Verf. XIV. cap. V. Manus illius tornatiles, aurea, plena hyacinthis.

EXPOSITIO III.

De Secunda sponsa, quae est Anima Iusti.

3 Secundus sensus Manus Dei sunt Verbum & Spiritus sanctus h Pf. 33. 6.

Labia & manus in Deo eadem sunt.

a Gen. 27. 22.

b Pf. 33. 9.

c Psal. 13. 30.

d Job. 10. 8.

e Gen. 1. 26.

f Gen. 1. 27.

4 Opera Dei sunt veluti annuli aurei in manibus eius.

g Iacob. 2. 2.

Aurei annuli ad quid deferantur in manibus. h 1. Mac. 6. 14.

i Pf. 110. 3.

Manus omnipotentis Dei, quibus vniuersa & in caelo facta sunt, & in terra, Verbum esse Patris, & Spiritum sanctum, nemo iure negabit, qui illud recolat Propheta David h dicens: Verbo Domini caeli firmati sunt. & Spiritu oris omnis virtus eorum. Hoc cum pia sit exploratum animae, quae ipsi desponsata est Deo quae Deum solum pro suo habet dilecto, sicut in praecedenti sententia sub laborum metaphora Verbum ipsum commendauit, ac Spiritum sanctum, quatenus per illa a Deo dilecto suo osculo pascitur in affectu: ita laudat nunc eadem sub metaphora manuum, quatenus ite a Deo per ipsa pascitur in intellectu, cuius id peculiare est studium, vt iugiter in speculatione versetur operum diuinorum. Et bene diuinum Verbum, & Spiritum sanctum tum labia nuncupauit, tum manus vnus eiusdemque Dei: quia tametsi in hominibus diuersa a manibus labia sint, distinctaque habeant munia adeoque ab inuicem distent: vt non raro pugnantia ea dixeris inter se, ac si non vnus, sed diuersorum membra essent, iuxta id, quod ad Isaac dictum est ad Iacob. a Vox quidem vox Iacob est, manus autem manus sunt Esau: In Deo nihilominus ita inuicem consonant, vt plane identificentur, manibus operantibus dicendo, quod est munus laborum, iuxta illud Psal. b Dixit, & facta sunt, ipse madauit, & creata sunt, labiisue e vestigio verba, spiritumve proferentibus operando, quod est officium manuum, iuxta illud item psalmi: c Emitte Spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terrae. Ideoque Moyses exponens primi hominis formatione, quam Iob manibus Dei tribuit, cum ait, d Manus tuae fecerunt me, & plasmaserunt me totum in circuitu: praemisit eiusdem Dei labia sic loquentia: e Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, &c. Tum illico subiiciens, quomodo dixerint operantes, ac si fuisset manus, intulit, f Et creauit Deus hominem ad imaginem, & similitudinem suam, &c.

Itarum itaque Dei manuum in hac sententia tenens encomium iuxta eum sensum, quem in prima expof. secundo loco attulimus, exinde eas celebrat, quod tot decorae sint annulis aureis, plenius hyacinthis, vt propemodum orbes eas dixeris, & quae torno in circulos ductae sint aureos. Annuli in hisce Dei manibus ipsa sunt Dei opera: Ad tria siquidem ab hominibus aurei annuli deferri solent in manibus. Primo ad decorem, & nobilitatis insigne: sic in Epistola Iacobi dicitur: g Etenim si introierit in conuentum vestrum vir aureum anulum habens in veste candida, introierit autem & pauper in habitu sordido, intendatis in eum, qui indutus est veste praecleara, &c. Secundo ob regiam ostentandam magnificentiam, sic in libro Machabaeorum, h Antiochus Rex dicitur, cum morti proximus esset, vocasse Philippum vnum de amicis suis, & praeposuisse illum super vniuersum regnum, & dedisse ei diadema, & stolam suam, ac anulum, vt adduceret Antiochum filium suum, & nutriret eum, & regnaret. Ac demum tertio ad insignem contestandam sapientiam, atque eruditione: Atque adeo in more esse videmus, vt qui Magistratus & (vt dicunt) Doctoratus dignitate sint insigniti, anulum in manibus deferat aureum. Quartum quoque addere hic possumus: deferuntur enim & a sponsis, hancque ob causam Episcopis traduntur in ipso forum consecratione, quando Ecclesijs desponsantur, quibus vnusquisque praeficitur. Quod diuina opera, vt manuum Dei annuli aurei, illius contestentur decorem, gloriam, atque magnificentiam, habemus aperte ex Psal. 110. vbi dicitur: i Confessio, & magnificen-

tia opus eius. id est, ex operibus eius redundat in eum laus maxima, maximaque magnificentia. Quod autem eadem & Dei ostentent sapientiam, ab eodem David explicatum habemus in Psal. 138. k Tu formasti me, & posuisti super me manum tuam: Mirabilis facta est scientia tua ex me: id est, Intuens manum tuam aureo exornatam annullo operis, quo me formasti, sapientissimum te exclamare cogor: siquidem dum me opus tuum nosco, mirabilem statim, eximiamque tuam intelligo sapientiam: Ex qua denique re melius arguimus, Deum ipsum humanae naturae, & cuiusque animae pia sponsum, quam ex nobilissimo Incarnationis opere, quo is quasi pretiosissimo annullo, carne nostra suam decorauit manum? Agens aliquando Isaias Propheta, praedicensque praestantissimum opus istud, ac dicens: l Propter Sion non tacebo, & propter Ierusalem non quiescam, donec egrediatur ut splendor iustus eius, & Saluator eius ut lampas accendatur: Et videbunt gentes iustum tuum, & cuncti Reges inclinum tuum: Subdit, Et vocabitur nomen nouum, quod os Domini nominabit: nomen nimirum sponsae, quod os Domini tunc sane nominabit, & proferet, cum diuinum Verbum carnem induens, sponsum se tibi exhibebit. Id quod exinde intelliges, quod te, carnemque, & humanam naturam tuam, ipsum Incarnationis opus veluti pretiosissimum circulum, annulumque aureum deferret in manu, filioque suo. Additque, m Et eris corona, & circulus gloriae in manu Domini: Et paulo inferius: Et gaudebit sponsum super sponsam, & gaudebit super te Deus tuus: sponsum videlicet tuus effectus. Recte igitur cum tot pretiosis, aureisue annulis exornatas videamus Dei manus, quot nobis perfecta sunt opera earum, sponsa, piaque anima in hoc illarum encomio ait.

Manus eius tornatiles, seu orbes, & annuli aurei, id est, Tatis decorae sunt annulis aureis: diuinorum operum, vt eas merito aureos annulos dixeris: Adiciensque, Plena hyacinthis, caeruleis nimirum gemmis, indicat, eosdem, qui in hisce Dei manibus conspiciuntur, annulos aureos, eademque & diuina opera plena esse rationibus caelestibus, caelestibus Dei consilijs, & voluntatibus, caelestia videlicet plura in illis proponi, quae inquirantur, & attenta percipiantur speculatione: quod & David professus est tum in Psal. 138. vbi dixit: n Constebor tibi: quia terribiliter, id est mirifice, magnificatus es, magnificum te exhibuisti in annulis operum tuorum: Mirabilia enim opera tua, & anima mea cognosceat nimis, id est, ea speculans vt aureos annulos plenos hyacinthis, caelestia complura in illis intelligens, sane cognosceat nimis respectu consuetae aliorum hominum cognitionis, qui externam duntaxat eorumdem operum intuentur speciem. Tum in Psal. 110. vbi apertius ait: o Constebor tibi, Domine, in consilio iustorum, & congregatione. Magna opera Domini. En in quo ipsi consiteri velit, eumque laudare cum iustis exornatu aureorum annulorum, & operum eius, quae magna, & pretiosissima sunt supra aurum omne, & supra omnem anulum plenum hyacinthis. Ideo addit: Exquisita in omnes voluntates eius: seu in quibus exquiruntur omnes voluntates, omniaque consilia eius, iuxta illud Apostoli; p Inuisibilia ipsius a creatura mundi per ea, quae facta sunt, intellecta conspiciuntur. sempiterna quoque eius virtus, & diuinitas.

Verf. XIV. cap. V. Manus illius tornatiles, aurea, plena hyacinthis.

EXPOSITIO IIII.

De Tertia Sponsa, quae est Beata Virgo Maria.

Manuum appellatione designari opera, quorum illae praecipuum sunt instrumentum, ita & apud profanos auctores peruulgatum est, & sacris in

Opera Christi sunt illius manus.

Opera Christi conforma doctrinae.

a Matth. 26. 24.

b Matth. 11. 29.

Opera Christi confirmant illius doctrinam.

a Job. 3. 36.

d Io. 10. 36.

Opera Christi omnia perfectissima & purissima.

e Mat. 7. 37

Miracula Christi diuinitatis potestatem indicabant. f Mat. 8. 4. g Ioan. 5. 8. h Luc. 7. 42.

Opera Christi facta ex charitate praestantissima.

litteris consuetum; vt absque alia probatione possimus dicere, B Virginem cum manus laudat Christi, illius laudare opera, tum ea, quae pertinebant ad mores, tum ea, quae miracula vulgo dicta fuere: quin & virtutem pariter ipsam, quam in diuinis habuit manibus suis operandi haec, & quae supernaturalia essent. Bene, & admodum congruenter istud manuum Christi encomium encomio immediate subiecit labiorum eiusdem, in quo illius celebrauit verba, atque doctrinam, suadentia puritatem, atque mortificationem, cum ipsa eius opera moralia consentanea doctrinae fuerint, quam is tradidit: Nam si docet mortificationem, ipse prior illam in semet exercens dicit, a Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me, crucem nimirum portantem. Si docet humilitate: Discite, inquit, a me, quia mitis sum, & humilis corde. Si docet paupertatem, ipse prior pauperrimum se exhibens, dixit, b Vulpes foveas habent, & volucres caeli nidus: filius autem hominis non habet, vbi reclinet caput suum. Quod si & doctrinam, & conuersationem illius simul in praecedenti celebrauit labiorum eius encomio: optima quoque consequentia nunc eiusdem comendat opera, & miracula, quibus illius nedum conuersatio illustrata, sed & doctrina singulari confirmata est ratione: c Opera enim, dixit ipsemet aliquando, quae dedit mihi pater, vt perficiam ea, illa testimonium perhibent de me: & alibi: d Si mihi non vultis credere, operibus credite. Laudas itaque Virgo has Christi manus, haecque eiusdem opera, laudat illas primum ex perfectione, atque ex candore, & lenitudinis pulchritudine, Tornatiles seu iuxta versionem Septuag. Tornatae; ita nimirum ea asserens perfecte facta, tantoque cum candore, & pulchritudine, quanta illa perfecte facta conspiciuntur, candida, lenia, ac perpolitata, quae sunt torno elaborata. Quod quam verum extiterit, vnica vocula, Bene, turba professa est, quae Christo miracula facienti, sanitate seu mirabiliter operanti acclamauit, dicens: e Bene omnia fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui: vbi aduerbium illud, Bene, referri potest & ad contestandam qualitatem puritatis, & decoris operum Christi: Graece enim καλῶς habetur, quod & pulchre sonat, ideoque communiori sensu significat, Christum omnia adeo fecisse decore, & pure, vt in eius operibus nihil inuenire sit, quod reprehensione sit dignum: tametsi Pharisei impie calumniam illi irrogarent: & ad contestandam bonitatem, & perfectionem modi, quo eadem facta fuissent. Ac si diceretur: Quidquid fecit, bene, perfecteque fecit, ita vt cum surdos fecit audire, & mutos loqui, perfectam & is tradiderit loquelam, atque auditum. Id ipsum & de eiusdem operibus ijs dicendum, quae spectarent ad mores. Porro ambo ista operum genera, ambaeque & manus eiusdem aureae dicuntur ob ornatum aureorum annulorum: opera siquidem supernaturalia, & miraculosa ob diuinitatis, quod praeseferant in signo, quasi aureo ornatu erant annulo, quod regiam & dignitatem in deferebant significat, & potestatem. Quis vero est, qui in Christi miraculis potestatem non aduertat diuinitatis? Quid significant verba illa ipsius in sanatione, & mundatione leprosi, f Volo mundare? g Quid, Surge, tolle grabatum tuum, & ambula, ad paralyticum? h Quid, Remittuntur tibi peccata? Quid similia? nonne diuinam ostendebant potestatem? Aurei profecto annuli erant quibus manus Christi, eaque illius opera ornabantur. Et bene annuli & aurei: nam aurum (vt supra vers. 11. ostensum est) diuinitatis est symbolum in sacris litteris, & annulus pariter ob circularem figuram eiusdem diuinitatis designat infinitatem, & aeternitatem: opera vero eiusdem moralia, aurea & ipsa dicuntur, vt manus ornatae annulis aureis ob in signo praestantissimae charitatis, quae & ipsa per aurum significatur, vt saepius probatum est, & tantum, multoque maiorem operibus singulis confert ornatum, quantum manibus per annulos confertur aureos: adeo vt absque charitate nil virtutis praclarum dici

A queat, & dignum, quod a Deo respiciatur, vt latius probat Apostolus in 1. Epist. ad Corinth. Porro eadem Christi manus, eadem scilicet & opera vtriusque generis, nedum aurea dictae sunt ob praepositos annulos aureos; sed & plena hyacinthis, ob ornatum hyacinthorum, caerulei coloris ob caelestia, quibus singula eorum plena erant mysteria, ob caelestes, quas praeferebant rationes, atque ob caelestis gratiae denuntiationes. Quod ergo hic a B. Virgine dicitur, breuiter tale est. Opera Christi sunt purissima, atque perfectissima, & ac illud, quod torno elaboratur. Quae miraculosa extiterit, diuinam in illo nuntiabant potestatem, & ac aureus annulus in Principis manu Regiam signat potentiam: Quin & quae ad mores spectantur ob aureos charitatis eximia annulos, manus aureae dici queunt: tam vero ista, quam illa plena caelestibus rationibus, caelestibus mysterijs, caelestique gratia, adeo vt merito dici potuerint Manus plena hyacinthis, gemmisque coloris caelestis.

1. Cor. 13. 1.

Paraphrasis

c Vers. XIII. cap. V. Manus illius tornatiles, aurea, plena hyacinthis.

Appendix expositionum, Ex antiquis Patribus collecta.

P Araphrasis Chaldaica. Et duodecim tribus Iacob serui eius dispositae erant per circuitum in lamina coronae aureae sanctae, sculptae in duodecim margaritis cum tribus patribus mundi, Abraham, Isaac, & Iacob. Ruben sculptus erat in lapide Sardio, Symeon in lapide topazio, Leui in sapphiro, Iuda in Carbunculo, Isachar in Smaragdo; Zabulon in iaspide, Dan in Berillo, Nephthaim in Achate, Gad in Amethysto, Aser in Chrysolito, Ioseph in Onychino, Benjamin in Iugurio, qui similes erant duodecim signis caelestibus, lucidi sicut lampas, & politi in operibus suis sicut dentes elephantis, & splendentes sicut gemmae.

Si mystici corporis Christi, & Ecclesiae membra in hac panegyrica oratione celebrata quis quaerat, satisfiet illi sane optime per sensum a Gregorio Nysseno allatum, qui in homil. 14. per has Christi manus administratores illos intelligit, de quibus Paulus ait: a Hic iam quaeritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur: Ac primum notat: hisce manibus eandem tributam laudem quae & capiti: aurum enim illud, aureae & istae: quia tunc boni sunt Ecclesiae dispensatores, cum se Christo capiti suo exhibuerint similes, vt sicut is ob summam puritatem aurum est purissimum absque omni peccati scoria; ita & ipsi omnes vitii se exhibeant expertes. Id quod facile illis est. Si sint & tornatiles, atque tornati, enitentes, vt id, quod superfluum est avaritiae, vel aliarum affectionum, ab se abradant, vt quasi torno elaboratam, politam, & genuinam aurei capitis sui imaginem instar sculptoris periti in se representent, nil aliud quam aurum, quam puritatem, quam & quod diuinum sit, in se retinentes. Quod illa laude significauit Apostolus, quam vnam in eis requirens, dixit: Hic iam quaeritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. Ponderat ad idem propositum Nyssenus id quoque dictum, quod iuxta versionem Septuag. eadem manus dicuntur plenae tharsis: quod sponte sua quasi tornando, detritis omnibus, quaecumque superuacanea, & corporea in eis erant, ad sortem diuinam transeant, omni crassa, & graui erga res vitae huius affectione excussa: Quale quidem lapidum sculptores in massa Smaragdina efficer solent: Etenim eo, quod lucidum non est, sed terre-

Dispensatores in Ecclesia sunt manus Christi & quales esse debent. Greg. Nyss. 1. Cor. 4.

1. Cor. 4. 22

Simile

stre, per cotem absupto, & detrito, solū id relinquit, in quo splendor quidam conspicitur. Fundat hunc sensum Nyssenius in eo quod Hebraicarum vocum perici existimant in illo loco Ezechielis, quo dicitur, *b Et species rotarum, quasi species tharsis*, pro quo vulgata habet, *Quasi visio maris*. per hoc vocabulū tharsis significari quiddam, quod colorum, & corporis sit experts, ac mentis intelligentia tantum percipiatur.

Parum à Nysseno differt Pfellus apud Theodoritum, qui per Christi manus sanctos intelligit Apostolos fideles diuinæ gratiæ dispensatores, qui se ipsos, omnem malitiam amputantes, expoliauerunt, sicque *auræ, & tornatiles*.

Pfellus. Porro quod dicitur *plena hyacinthis*, seu *Tharsis*, celestem eorumdem refert spem, unde & addit: *Quam obrem & spe bonorum repleti sunt*.

Apostoli sunt manus Christi. Aponius. Aponius manus istas Christi, seu Ecclesiæ illos censet esse ministros, quibus potestas eiciendorum spirituum collata est, qui fulgore conscientiæ, & cōuersatione hominibus resplendent: digni sane, qui quadriformi laude celebrentur, dicti *manus, & auræ manus, & tornatiles* examinatione præcepti, & decoratæ manus pretiosis hyacinthis.

Anselmus. Anselmus quoque, & Richardus de Sancto Victore mystici corporis Christi manus celebratas hic asserunt, dum per manus intelligunt iustorum sanctorumque actiones, & opera, quæ *manus tornatiles* dicit, ait Richardus: quia perfecta sint. Sicut enim tornatura recte, & polite voluitur, & nihil inæquale, nullū obstaculum in se patitur, ita boni nihil reprehensibile operatur, sicve recta, ac polita est eorum operatio, præsertim cū sit diuina sapietia illustrata: Vnde manus istæ, *auræ*, dicuntur: quia lucent per diuinam sapientiam, nec tenebris offunduntur peccatorū, vel ignorantia. Dicuntur etiam *plena hyacinthis*: quia factæ sunt simplici intentione, & propter Deum tantum, atque sola spe, & desiderio cœlestium: hyacinthus quippe est carule coloris.

Hugo Viç. Declarat autem Hugo de Sancto Victore libro 3. Instit. monast. de claustrorum animæ cap. 21. quomodo mystici Christi manus esse aliqui valeant, dicens; *manus sunt tornatiles*, dum affectus animi facile diuertuntur ad quilibet operationes: Sunt *auræ* dum affectiones ab omni appetitu carnalis desiderij reduntur puræ: *plena sunt hyacinthis*, dum æstuant amore, & desiderio cœlestis patriæ.

9 Eorum qui non tam ecclesiæ mystici corporis Christi, quam eiusdem Christi manus laudatas hic putant, communior est veterum Patrum sensus, vt metaphorica manuum appellatione illius designentur opera, & miracula. Ita Theodor. Cassiod. Greg. Papa, Phil. Carp. Iust. Org. Eucher. Beda, & Rupert. Abb. tametī inter hosce aliquid reperitur diuersitatis in explicandis istarum manuum laudibus, quæ hic eis attribuuntur.

Si quidem Theodor. Manus, inquit, eas virtutes vocat, quæ in actione consistunt, quas omnibus officijs sigillatim ita diligenter excoluit, vt inde veluti concentus quidam resularet.

c. Met. 3. 15 Quamobrè ad Ioan. c. Sine, ait, modo; sic enim decet nos implere omnem iustitiam; Aureas appellat vt pretiosas, & eximias; nam & *Tharsis* propter auri præstantiam posuit: illinc enim, dicit scriptura, sincerum, & purum, ac probatum aurum deferri.

Opera Christi quam cito fierent. Has Christi manus *tornatiles*, ob celeritatem quæ prædicta Christi opera fiebant, quatenus quod tornano fit, velocissima fit operatione, asserunt Eucher. li. 3. in li. Reg. Cassiodor. Beda, atque Rupert. Abbas.

Opera Christi si perfectissima. Philo vero Carpath. & Greg. Papa, quia vnde quaque perfecta ea erant opera: quia sine impositione iniquitatis, ait Greg. ex omni parte in iustitia gradiebantur. Quod enim tornatur, in rotunditate sui sine obstaculo voluitur.

Auræ eadem dicuntur: quia diuina fiebant potentia: cum in auro diuinitas ipsa signetur. Addit Greg. Papa, quia quicquid exterius inter homines Christi

operabatur, interius in diuinitatis pluchritudine disponebatur.

Plena demum *hyacinthis* asseruntur, ait Eucherius vbi supra: quia ad gloriam Patris vnuerſa, quæ Christus fecit, retulit, & per opera quæ fecit, nostros ad quærenda cœlestia erigit sensus. Quia omnis eius operatio nos ad spem, & desiderij supernorum excitat, dicunt Cassiodorus & Beda. Quia quicumque illius opera pio corde imitantur, felicitatis æternæ muneribus in retributione ditantur, ait Gregorius Papa. Et demum quia Christi opera plena erant infinitis pæne rationibus diuinis, propter quas ita & cum his circumstantiis fiebant, inquit Rupertus Abbas.

Philo Carpathius, Cassiodorus cum Beda, & etiã Iustus Orgelitanus haud de metaphoris hisce; sed de proprijs Christi manibus hæc sumunt, triplicique ea exponunt ratione: Philo enim arbitratur, piam animam, seu Ecclesiam in hisce fateri, se omnia bona suscepisse à saluberrima Christi passione, & morte: Tunc, ait, *tornatiles factæ sunt Christi manus*, quando is illas extendit in cruce, quando eæ clauis perforatæ fuerunt, quæ ob Christi diuinitatē, puritatem, atque potentiam *auræ* dicuntur: *plena* vero dicuntur *Tharsis*, ob multitudinem Gentium conuerſorum: Tharsis enim, inquit Philo, conuersio gaudij interpretatur; & cum Christus in cruce manus extendit, Gentium Ecclesia magno cum gaudio conuersa est.

Melius Cassiodorus, & Beda: *Manus Christi plena* fuere *hyacinthis*, quia in cruce clauis perforatæ, & rubore sanguinis quasi colore purpureo respersæ sunt: quatenus hyacinthus est etiam flos aromaticus, coloris purpurei, bonique odoris.

Manus deniq; Christi *tornatiles*: quia ad omne opus bonum semper extiterunt paratæ, dicit Iustus Orgelitanus.

Tres Patres, apud Theodoritum: Dei manus, id est, vim effectricem, & conseruatricem illius accipientes: eas inquit esse *tornatiles*, & varia Dei sapientia expolitas, purgatasque vt aurum sincerum, & tamquam *Tharsis*, quod gaudij contemplationem significat, plenas vera cognitione bonitatis eius, quæ omnia lætantur.

Opera Christi curdita plena hyacinthis.

Philo Carp. In cruce manus Christi factæ tornatiles.

Cassiodor. Beda. In cruce manus Christi plena hyacinthis.

Iust. Org. Tres Patres Manus Dei vis effectrix & conseruatric illius.

Ex Verſ. XIII. cap. V. Venter eius eburneus distinctus sapphiris.

EXPOSITIO I. Intra sonum litteræ.

Locus iste difficillimus sane mihi est: tum quia haud omnino constat quid potissimum sponsi in hoc encomio commendetur, interiorum, cum in textu Hebraico legatur, *Viscera eius*: an venter ipse extimus, qui ipsorum receptaculum est viscerum, & interiorum: tum quia, si extimus commendetur venter, incertum id quoque est, An is ex innata celebretur pulcritudine; an vero ex adhibito vestimento sum ornatu, quod & pudicam magis decet sponsam, & à puellis proponetur honestius: tum quia ingens in textibus Hebraico, Græco, & Latino est varietas lectionum: Quod enim noster legit *Venter eius eburneus*, in Hebræo est, *וַיְהִי וַיְהִי מַגְוָה נֶגְהֶפֶת* scien, id est, *Viscera eius nitor*: seu iuxta R. Abraham, *vas eboris*; Septuaginta vero *κεντρα* *δύο κεντρα* *ἐν σπλάχνων*, quod duobus modis Latine verti legique solet à Patribus; vel, *Venter eius pyxis eburnea*: sumendo vocem *κεντρα* vt diminutium vocis *κεντρα*, pro vt sumisse videtur Theodoritus, & Aponius in suis commentariis. sicque legit Ambrosius in concione de obitu Valentiniani, & sic fere communiter citari solet à recentioribus versio huius loci Septuag. Vel sumendo eandem vocem *κεντρα* in proprio

R. Abraham

Theodor. Aponius. Ambrosius.

significatu pro tabella, in qua à scriptoribus antiquitus exarabantur litteræ, & pro qualibet alia tabula, quomodo & ab iisdem Septuaginta sumpta est in libro Exod. a vbi Moyfi dictum à Deo legimus: *Ascende ad me in montem, & esto ibi, daboque tibi tabulas lapideas, & noscra & noscra*: Quo sensu hæc exposuere Gregor Nyssen. Catena trium Patrū, & Pselus. Vnde & B. Hieronymus comment. in cap. 2. Ezech. eodem sensu legit: *Venter eius quasi tabula eburnea*. Nec minor in subsequētibz est varietas, nam pro eo, quod in vulgata habemus: *Distincta sapphiris*, Hebræa legit *מַעֲלָפֶת סַפְּיִירִים*, mengullephet sapphirim, id est, *tectus seu, opertus sapphiris*. Participium namque opertus iungitur cum nitore voce, quæ in Hebræo est feminini generis. Septuaginta vero *ἡ ἄνω σαρφείρα: super lapide sapphiri*. Quo difficiliora ergo hæc in breui ista dicuntur sententia, eo plures afferam eorum sensus, è quibus eum sumere quisque poterit, quem magis probarit.

a Ex. 24. 12

Greg. Nyss. Pselus. Tres Patres. Hieron.

Primus sensus.

Venter pro precordijs.

b Cant. 5. 4.

Marbod.

Secundus sensus.

a Cant. 7. 10.

Paraphras. fis.

12

Primus autem quem ipse magis probo, vt & loquenti sponsæ honestissimæ, & pudicissimæ, qui cōmendatur, sponso congruentissimum, is est: vt ventris vocabulo non tam externus, carneusque significetur venter, quæ intra ventrem sunt præcordia, quomodo & in superioribus vers. 4. huius capituli quinti idem vocabulum sumptum vidimus ab ipsamet sponsa dicente, *b Et venter meus intremuit ad tactū eius, vt ibi declaratum à nobis est expositione prima*. Cui acceptioni consonat vox Hebræa *מַעֲלָפֶת* mengau, quæ (vt dictū est) proprie significat, *Viscera eius*. Iuxta hanc igitur ventris acceptionem sponsa, quæ pudicissima cum sit, pudicissimū quoque nouit habere se sponsum, ne ex præstantissimis, quæ hucusq; contexit membrorum illius encomijs, & ex celebrata eximia eius pulchritudine in adolescentularum, quas alloquebatur, animos quid irreperet inhonesti, quod contra eiusdem dilecti sui pudicitiam quoquo modo esset in medio panegyricæ orationis suæ ex manuum encomio, ad cordis, & præcordiorum eius transit laudationē, omisis externis membris, quæ inter manus sunt, atque crura, & tibias: Laudat vero ea, assumens ad illorum exprimendas laudes similitudines duarum rerum, quæ ambæ decus exprimūt pudicitie, eboris, atque sapphiri. Ebur quippe castissimi dens est animalis, candoreque suo candorem præ se fert pudicitie: Et sapphirus castitatis esse dicitur amantissimus: Vnde Marbodeus lib. Dactylotheçæ cap. 52. post multa, quæ in huius lapidis encomium dicit, hunc addit verbum.

Sed qui gestat eum, castissimus esse iubetur.

Quin & purissimo etiam ferri, ac purissimi cœli colore ipsamet sui speciei puritatem signat: cum itaque dicit: *Venter eius eburneus distinctus sapphiris*: tatumdem est, ac si dicat.

Præcordia instar eboris candore purissima sunt eximio, pudicissimisque decora sunt cogitationibus, suntque instar eburnei vasis, distincti, & exornati sapphiris; quo certe multo is illustratur magis, quam omnimoda externorum membrorum pulchritudine.

Vel alio modo, iuxta versionē Septuag. eadem tamen ratione accipientis ventris vocabulum, per hæc: *Venter eius pyxis, seu tabula eburnea super lapide sapphirum*: idem significatur atque id per eandem sponfam de eodem dicatur dilecto suo in capite septimo verbis ijs: *a Ab me conuersio eius*: vt tantumde sit, ac si dicat.

Cor dilecti mei purissimum, candidissimumque est, instar eburneæ pyxidis tabulæ eburneæ, quæ sit super nitidissimum lapidem sapphirum: totum quippe quantum illud est, super me nititur, quæ cum pudicitie, & puritatis amantissima sim, non immerito lapidi sum assimilanda sapphiri, qui & puritatis comes est, & pudicitie.

Quod si ventris vocabulum pro externo sponso sumamus ventre, id supponendum, quod ab omnibus

A hoc loco supponitur, commendari hic & pectus, & totum reliquum corpus, quod à collo ad imam interioret ventris partem.

Quo supposito, adhuc nihilominus difficile est mentem explicare sponsæ, quid scilicet in tali celebret ventre, quæ id celebret ratione: quadruplici enim modo istud eius encomium accipi & exponi potest: siquidem vel laudatur venter ex innata, nativæque pulchritudine: vel ex adscititia externorum duntaxat ornamentorum; vel ex vtraque. Si ex nativæ is celebrari dicitur pulchritudine, duplicem assignare est sensum.

Primus, vt ex eximio is cōmendetur candore, & nitore in eo, quod dicitur *eburneus*, sicut & infra b sponæ collum ob eandem rationem turri comparatur eburneæ. Quia vero in candido viri corpore perpulchræ quædā dispersæ sunt venulæ, costarumque, & musculorum vmbre liuidulæ, hisce quoque maxime decorum asseritur dilecti corpus, æque nimirum venulis, vmbriusve istiusmodi vndique sparsum, ac si distinctū esset sapphiris, ad quorum carulæ, nitidumve colorem liuor sane ille accedit quoquo pacto. Quo sensum exprimit fortasse melius lectio Hebræica, qua dicitur, *Viscera eius*, id est, *venter eius*, contentum pro continente (vt declaratum est expositione prima vers. 4. huius item capituli) *nitore eboris tectus Sapphiris*. Venulæ siquidē, & vmbre, quas dixi perbelle concinneque nitorem adumbrare solent in candido viri corpore, ita vt admodum congruenter dici potuerit, corpus ipsum dilecti tectum, vmbratumve sapphiris.

Facilior tamen alter erit sensus, & forsitan quoque congruentior: vt idem dilecti corpus ex nativæ hic commendetur pulchritudine quæ in candore sit, & nitore, necnon & in specie eximia, duabus similitudinibus, eboris candidi, atque pellucidi, & pulcherrimorum sapphirorum ebur ipsum exornantium: eodem modo, quo in Threnis à Ieremia commendatos est videre Nazaræos, vbi dicitur: *c Candidiores Nazaræi eius nive, nitidiores lacte, rutilicundiores ebore antiquo, sapphiro pulchrioribus*. Iuxta versionem illam Septuaginta. *Venter eius pyxis eburnea super lapide sapphiri*: Idē corpus è decenti pariter commendatur forma, terti nimirum, & oblonga, qualis est forma pulchræ pyxidis: sicve ex omnibus ad pulchritudinem necessarijs celebratur à forma, & candore, atque nitore, vt sapphiro ipsi præferendum id sit, quo summa exprimi solet pulchritudo, vt apparet ex citato Threnorum loco, quo Nazaræi dicuntur sapphiro pulchriores: ita vt quod adiectum est, *Super lapidem sapphirum* per excessum accipiendum sit, ac si dicatur.

Venter eius (pro proprio membro ventris) & forma & candore, & nitore similis est pyxidi eburneæ, pulcherrimufve est; ita, vt pulchritudo ipsius excedat sapphirorum pulchritudinem.

Si vero haud ex nativæ, sed ex adscititia externorū ornamentorum pulchritudine idem sponsi corpus hoc loco celebratū velimus, quod & loquenti & audientibus puellis honestius dicitur, aptiusque intentioni congruit sponsæ, id potissimum in panegyrica hac oratione intendentis, vt dilectū suum talibus describeret signis, vt à puellis, quas alloquebatur, & à quibus de eius qualitatibus fuerat interrogata, ille dignosci posset visus inter viros alios: ex thorace illū describit albo, qui ob politum candori æquiparandus videatur eboris. Quod adijcit, *Distinctus sapphiris*, vel ad eiusdem thoracis descriptionem pertinet, qui segmentis ornatus carulei coloris, ita sapphiris distinctus dicitur coloris carulei, quomodo ob politum, & candorem per hyperbolem dictus est eburneus: Ac si dicatur.

Thorace admodum pulchro indutus est, candido, segmentisve carulei coloris ornato, vt *venter eius* iure dici queat *eburneus, distinctus sapphiris*. Vel pertinet ad descriptionem cinguli, qui ob colorem item caruleum sapphiris comparetur: Ac si dicatur.

Candido

Tertius sensus. b Cant. 7. 4.

Quartus sensus.

c Thre. 4.

Paraphras. fis.

Quintus sensus.

Paraphras. fis.

Paraphra-
sis.

Candido indutus est thorace, & perpolito, caruleaque præcinctus est zona adeo perbelle, vt *venter eius videatur eburneus, sapphiris distinctus* ab alijs. Vel iuxta versionem Septuaginta, vt *venter eius videatur, aut tabula eburnea super lapidem sapphirum innixa*. Quamquam si Rex Salomon hic describitur, qui in præcedentibus aureo descriptus est diademate, aureisve annulis plenis hyacinthis, haud alienum à veritate dicitur: si & *eburneus* dicatur *eius venter* ob thoracem candidum, sericoque, & argento intertexto præfulgidū, cum in ebore eximius simul & candor, & nitor effulgeat: & idem super lapides sapphiros innixus, seu *distinctus* dicatur *sapphiris*, quod pretiosa is esset cinctus zona, plena sapphiris.

Sextus
sensus

Melius tamen iudicio meo locus iste explicabitur, si dixerimus sponſi ventrem, & corpus laudatum pulchritudine, quomodo eius & caput laudatum vidimus, & manus. Sicut natiua quidem eius pulchritudo è colore, nitoreque, & secundū versionem Septuag. etiam ex forma celebrabitur per eboris, aut eburneæ pyxidis similitudinem: Adscititia vero ex perpulchro cinguli ornamento iuxta versiones vulgatae & Septuag. iuxta lectionem vero Hebraicam, quæ pro, *Distinctus*, habet, *Opertus sapphiris*, ex thorace item perpulchro, qui sapphirorum appellatione expressus sit vel ob colorem caruleū, quo libenter vti videmus iuniores pastorum: Vel quia sapphiris, alijſve repletus conſperſus est gemmis, qualem Regem decuit Salomonem. Vt quod hic dicitur, omnino tale sit.

Venter eiusdem dilecti mei adeo & forma & candore insignis est fulgido; vt nitorem dicatis eum eboris, eburneamque pyxidem sane pulchram: eoque illustrior eidem est, quod caruleo opertus thorace, *sapphiris* plane videtur *contectus*, seu carulea zona præcinctus, *sapphiris* idem videtur *distinctus* à corpore reliquo & super sapphiros innixus; Vel, eo idem emicat pulchrius, quod zona cinctus est, vel etiam thorace opertus, quæ pretiosis conſperſa sunt gemmis, sapphirisque præsertim.

A si eburnei essent, & offei, tum in candore, tum in ipso perseverant nitore. Augeturque maxime eorundem, vt venter Christi sunt, laus, quod cum dicto candore, atque nitore iunctos habent perpulchrè & liuores, & vmbas, humiles nimirum sui ipsius considerationes, quibus quasi liuidulis venis à Deo, qui centrum est corporis eorum, sanguis defertur diuinæ gratiæ, per quem & vitam item gratiæ viuunt, & coelestium rerū meditationes, vmbas quidem respectu supercoelestium earum speculationum, quarum in clara Dei visione beati compotes sunt in patria; præfulgidas nihilominus & quibus quasi caruleis, pretiosis, splendidissime decorantur sapphiris.

Candidi autem, ac nitidi existentes tum puritate conscientiæ, tum fulgore sanctæ conuersationis & instar eburneæ pyxidis, & instar eburneæ tabellæ scriptoriæ, iuxta versionem Sept. idem esse dicuntur: quia instar pyxidis perfectionis studio rotūdi, & ad sublimiora semper se extendentes oblongi, fragrantissimum diuinæ gratiæ intra se seruant vnguētum: Atque instar tabellæ scriptam Dei digito totam in se habent legem diuinam. Quin & vt eburnea sunt pyxis, & vt eburnea tabella super lapides sapphiri esse dicuntur; quia conuersatio eorum in cœlis est, Deum sequi studentes quem norunt super sapphiros pariter versari, & residere, vt colligitur ex libro Exodi, vbi dicitur a *Vitum esse Deum Moyſi, Aaron, Nadab, & Abiu, & sub pedibus eius quasi opus lapidis sapphirini*: & ex Ezech. in primo capite, vbi dicitur, *b* similitudinem throni Dei extitisse *quasi aspectum lapidis sapphirini*: quod & in c. cap. 10. replicatur.

3
Legem Dei
in se scriptā
continent
sūmū qui-
que.

a Ex. 24.
10.

b Ex. 1. 16.
c Ez. 10. 1.

Ex Vers. XIII. cap. V. *Venter eius eburneus, distinctus sapphiris.*

EXPOSITIO III.

De secunda sponsa, quæ est Anima Inſi.

Q Vi illud memoria teneat, quod in Zachariæ Cantico legitur: *d Per viscera misericordiae Dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto*: haud sane ambigit, quin à pia anima sub ventris, seu (vt expressus habet Hebraicus textus) sub Dei viscerum metaphora encomium hic contextum sit misericordiae diuinæ: qua duplici similitudine candoris eburnei, & distinctionis, seu ornatus sapphirorum duplex pariter confertur laus. Commendatur siquidem primum ex candore, vt pote ex signo pacis remissionis, atque lætitiæ, quæ ab ipsa proueniunt Dei misericordia. Sic in historijs legitimus, Reges quosdam erectione vexilli candidi misericordiam obsessis pollicitos, iniuriarumque condonationem, & pacis exhibitionem, ideoque fortassis Angeli, qui visi sunt mulieribus ad Christi sepulchrum, e quive post eiusdem Christi ascensionem, & cætui Apostolorum apparuerunt, in vestibus albis exhibitum sunt; vt eo vestium candore suam Deus per illos contestatam vulerit misericordiam, propter quam in Christi morte peccatoribus data fuisset venia, pax mundo reddita esset, & gaudium vniuerso terrarum orbi. Commendatur secundo ex eo, quod distincta sit sapphiris, actionibus, & perfectionibus decora coelestibus quatenus haud erga amicos duntaxat exhibita ea est, provt misericordia hominum, atque terrestriſ, sed & erga inimicos: quod efficacibus verbis probat Apostolus dicens: *g Eramus aliquando & nos insipientes, increduli, errantes, &c. Cum autem benignitas, & humanitas apparuit Saluatoris nostri Dei, non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos: sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Bene autem misericordiae exhibitiones istiusmodi coelestes dicuntur, atque*

4
Misericordia Dei.

Misericordia Dei candore pacem præferunt lætitiā.

e Luc. 24. 4
f Act. 1. 10

Misericordia Dei quomodo decora actionibus coelestibus vt sapphiris. Misericordiae opera exercenda etiam cum inimicis. g Tit. 3. 3.

Ex Vers. XIII. cap. V. *Venter eius eburneus, distinctus sapphiris.*

EXPOSITIO II.

De prima sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

I
Plebs fidelis
quomodo
venter.

P Ost commendatos dispensatores verbi Dei, qui in mystico Christi corpore laborum obtinent locum, necnon & dispensatores temporalium, qui in eodem corpore manuum munia explent, congruenti sane ordine eiusdem Christi sponsa Ecclesia, fidelium modo laudat populum, qui cum à prædictis pascatur dispensatoribus, apro ventris vocabulo exprimitur: tamen & instar peccatoris fortis quoque sit in bello aduersus spirituales nequitias: fortitudinem quippe, ac robur omne inde habet, quod instar ventris nedum temporalibus, sed & spiritualibus pascitur cibis, quos intra se susceptos retinet, cōcoquit, digeritve. Sicut & robur carni pectoris ex bene expletis muneribus ventris prouenire, nō dubitamus: ideoque à sponsa sub vno ventris nomine tam venter, quam pectus ipsum celebratur.

2
Tertius
sensus.
In fidelium
plebe qualis
quisque esse
debeat.

Porro iste mystici corporis venter, & quotquot in fideli populo ventris munia recte explent, suscipientes verbum Dei, illudve intelligentes, & fructum afferentes vel centesimum vel sexagesimum, vel trigessimum, iuxta statū perfectionisve diuersitatē eboris similitudine, & ex puritatis candore, ac innocentis vitæ nitore, quo vt filij lucis ambulat, & ex soliditate, ac perseverantia laudantur, quæ æque, ac

que adeo per sapphros designatæ sunt, vt ex Domini verbis colligere licet, quibus in Euangelio ait: *h Si diligitis eos, qui vos diligunt, que vobis est gratia? nam & peccatores diligentes se diligunt: & si benefeceritis his, qui vobis benefaciunt, que vobis est gratia? Siquidem & peccatores hoc faciunt: & si mutuum dederitis his, a quibus speratis accipere, que gratia est vobis? nam & peccatores peccatoribus fuerantur, vt recipiant equalia. Id est si charitatē, & misericordiam in hos tantum exercueritis, nil sane factum vobis arbitremini, quod terrestrem superer misericordiam: At ego volo, vt faciatis opera misericordiar, quæ cœlestem, diuinamque sapiant misericordiam. Ideo bene subdit: *Veruntamen diligite inimicos vestros, benefacite e, & mutuum date, nihil inde sperantes: & eritis filij Altissimi, quia ipse misericors est super ingratos, & malos. Estote ergo misericordes, sicut & Pater vester cœlestis misericors est.**

h Luc. 6.
32.

sapphros vero cærulei coloris diuinam virtutem: ac si dicatur: Fragilitas quidem in illo substantiæ mortalis vera erat, sed hæc lasciuitæ mortalitatis penitus expers, diuinorum potius operum splendida clarescit insignibus. Et bene, inquit, *distinctus hic venter sapphris* asseritur, quia inter passiones assumptæ humanitatis crebra exhibebat indicia perpetuæ diuinitatis.

In humanitate Christi elucebant indicia diuinitatis eiusdē

Addit Rupertus: per id, quod *venter* iste dicitur *eburneus*, significari, humanitatem, & carnem Christi esse totius humani generis decus, atque gloriam, & pretium: sicut totius magni corporis elephantis totum pretium, totaque pulchritudo est ebur.

Humanitas Christi est gloria totius humani generis.

Alio pacto Gregorius Papa per Christi ventrem mortalitatem illius intelligit: per ebur immortalitatem, vt significetur, eius mortalitatem ad immortalitatem perducitur, dum per resurrectionem ad gloriā aterni Patris in vita aeterna collocatur: quatenus ebur est os valde durable, & in Regum ornamenta assumitur.

Per mortalitatem Christum perduci ad immortalitatem, ideo venter eius eburneus. Greg. Pap.

Dici vero hunc ventrem distinctum sapphris: quia in nostra corruptione, quam portauit, cœlestia opera per miracula, quæ faciebat, passionibus nostris inferuit.

Verf. XIII. cap. V. *Venter eius eburneus, distinctus sapphris.*

EXPOSITIO IIII.

De Tertia sponsa, quæ est Beata Virgo Maria.

Commendatis Christi operibus tum ex eorum perfectione, tum quod in illis virtus eluceret diuinitatis, congruenter B. Virgo eam in eodem celebrat partem, quæ minus in se laudis habere videbatur, humanitatem, quam vt infirmoventris expressit metaphora; quia & inter humani corporis membra nullum ventre fragilius, nullum reperitur mollius: laudatque hunc Christi ventrem, dicens illum eburneum propter insignem eius puritatem, distinctumque eum dē asserit sapphris: quia in fragilitate, & infirmitate carnis cœlestibus effulget virtutibus. Multa quidem circa hunc sensum dicenda essent, sed pro nunc sat sit, per vnum illud Apostoli dictum confirmare eum, simul ac explicare. De Christo enim homine agens Apostolus in epistola ad Hebræos, hæc habet: *a Non habemus Pontificem, qui non possit comparari infirmitatibus nostris tentari per omnia pro similitudine absque peccato; oportebat enim vt nobis esset Pontifex sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cœli factus. Ex his namque apparet quod recte B. Virgo nedum eburneo candore tantam expresit puritatem, sed & distinctione sapphrorū illud ipsum celebravit, quod in humanitate ipsa dilectus eius celsior cœli factus est. Id quod expresius significatur in versione Septu. quæ habet: *Venter eius pyxis, seu, Tabula eburnea super lapidē sapphirū.**

5
Humanitas Christi quæ pura quamve excelsa. Ex Casiod. Bedæ. Rup. Abb.

a Heb. 4.
15.

Intereos, qui mystici corporis Christi ventrem accipiunt, Sanctos Prædicatores sub ventris metaphora designatos censet Iustus Orgelitanus, qui credentes pariunt in fide, eburneumque hunc ventrem dici propter baptismum, in quo cum Christo moriuntur per illos geniti, quatenus ebur est os speciosum, & incorruptibile defuncti animalis. Distinctum vero sapphris: quia adornati illi sunt iisdē, quos in confessione genuerunt, Sanctis, atque cœlestibus viris.

7
Prædicatores sunt Christi venter. Iust. Org.

Aponius è contra ex eo, quod in ventrem immituntur, & conseruantur cibi, per Christi ventrem illos ipsos intelligit, qui conuertuntur, & Spiritum sanctum animarum cibum renascendo percipiunt, & eboris decorem, robur, ac imputrabilitatem in se habentes, distincti sunt speciosis, egregijve integritatis gemmis.

Aponius Conuersi ad fidem & sanctitatem sunt venter Christi.

Coniugatos Sanctos Christi ventrem accipiunt Anselmus & Richardus de S. Victore, quia instar ventris mollioris totius corporis partis mollius viuunt, eburneos dictos ob coniugalem, quam seruant, castitatem, sic vtentes hoc mundo tamquam non vtantur: Distinctos vero sapphris cærulei coloris: quia est in mundo sint, cœlestia nihilominus faciunt, meditantur, & sapiunt, ita vt propterea Paulus b diuifos illos appellet.

Coniugati sunt Christi venter. Anselmus. Richardus.

b 1. Cor. 7. 33.

Eorum, qui illam sequuntur lectionem Sept. *venter eius tabella eburnea in lapide, seu super lapidem sapphirum*: Greg. Nyss. hom. 14. per Christi ventrem intelligit cor humanum eo sensu, quo in prima exposit. ostensum est, ventris vocabulo significari intima præcordia.

8
Iustorum cor est venter Christi. Greg. Nyss.

Verf. XIII. cap. V. *Venter eius eburneus distinctus sapphris.*

Appendix Expositionum, Ex Antiquis Patribus collecta.

IN Paraphrasi Chaldaica nihil reperi, quod verbis Ihesu specialiter comperat: Totum enim versum quartum decimū comprehendit, quæ retuli in principio appendix præcedentium verborum. Cum istius sententiæ triplex apud Patres sit lectio, nempe Vulgata, & Septuag. Interpretum, quæ (vt visum est in prima exposit.) est duplex: Vel, *Venter eius pyxis eburnea*: vel, *Venter eius tabella, seu tabula eburnea super lapidem sapphiri*: afferamus primum eorum sensus, qui lectionem exponunt Vulgatæ: dein & reliquos illorum Patrum, qui alterutram prædictarum lectionum Sept. exposuerunt.

6
Casiodor. Bedæ. Humanitas Christi illius dicitur veter.

Tabellam eburneam hunc ventrem dici, ait: quia Sanctorum cor sit purissima diuinæ legis tabella, iuxta illud Apostoli asserentis, *c Legē Dei esse scriptam non atramento, sed Spiritu Dei vini, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus*. Eburneum ob puritatis candorem dici, inquit Nyssen, huiusmodi cor, atque tabellam; sed & in lapide sapphiro cærulei coloris, vt per hoc intelligeremus, cor nostrum ea, quæ sursum sunt, velle debere, eoque esse intentum vbi thesaurum suum conditū habet, ita vt attendens diuinis præceptis non fatigetur spe cœlesti recreatum. Nyss. sequitur & Pfellus.

Cor iusti est vt purissima tabella, in qua sit scripta lex Dei; idemque cœlestibus nititur rebus. c 2. Cor. 3. 3.

At catena Trium patrum, eandem sequēs lectionem, Dei ventrem illius accipit sapientiam, quæ in se ipsa, quatenus causa, gerit rationes rerum, vt basim ea habet, quæ visibilia sunt (inuisibilia puto legendum) vt lapidem sapphirum propter firmitatem, coloremque cæruleū: per actionem vero descripta est in rebus procreatis, per quas vt liber quidam eburneus politus, & purus diuinam gloriam, & magnificen-

Tres Patres. Dei sapientia legitur velut in libro in rebus creatis, quæ videntur.

a Ro. 1. 40.

gnificentiam vere, perspicueque repræsentat. *a Inuisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea, quæ facta sunt intellecta conspiciuntur.* Quibus in verbis admodum obscuris, crediderim. Tres Patres id sibi velle, vt venter Dei (sapientia nimirum eius) exinde hic celebretur, quod à nobis percipitur fundata quidem in rebus inuisibilibus & cœlestibus, vt super lapidem sapphiri, sed quæ in rebus creatis, & in mundo isto visibili veluti in tabella, ac in libro perpolito legatur.

9
Theodor. Script. sac. venter Christi & penu cognitionis. b Cant. 5. 14.

Ex ijs denique, qui tertiam sequuntur lectionem ite' verhonis Sept. *b Venter eius pyxis eburnea super lapide sapphiro:* Theodoritus per Christi ventrem videtur mihi intelligere Sacram scripturam, vbi sunt thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei: ideoq; recte ab ipso appellatam profunditatem mysteriorum, & penu cognitionis.

Script. sac. & quibus perspicua sit & quibus obscura.

Hunc porro ventrem super lapide quidem sapphiro esse, inquit, ob rerum diuinarum arcanam profunditatem, eundem tamen dici vasculum eburneum candidum, & nitidum illis, qui reuelatione sunt digni. Notatque Theodorit. ob hæc rationem comas Christi, quæ perspicuæ sunt, dictas esse nigras; ventrem vero contra nunc dictum eburneum: quia illis, qui nondum diuinam assecuti sunt reuelatione, ea quoque videntur obscura, & difficillima, quæ manifesta sunt: Quia vero ad intima mysteria sunt admissi, ijs perspicua videntur etiam illa, quæ sunt obscura, iuxta illud. *c Incerta & occultata sapientiæ manifestasti mihi.*

c Ps. 50. 8. Lex vetus venter Christi & pyxis eburnea. Phil. Carp. d Ps. 57. 4.

Legem veterem per Christi ventrem Philo Carpathius accipiendam censet ex illo Psalmi. *d Alienati sunt peccatores à vultu, errauerunt ab vtero.* Hanc pyxide eburneæ comparatam ait, vt in pyxide sententiæ recondi solent, & decreta Principum, ita in lege Patriarcharum oracula, & Prophetarum vaticinia de Christo recondita sunt ad cœleste regnū pertinētia. Pyxidem vero istam eburneā dici in lapide sapphiro, quia sicut ebur obscurus est, ac vilis, quam sapphirus lapis pretiosus coloris cœlestis, & lucidissimus: Ita lex vetus (siue Patriarchas, & Prophetas per legem intelligas) Euangelica lege eiusque auctore Christo Iesu longe vilior est planeque omnino inferior.

Iusti sunt venter Christi, & pyxis eburnea sanctorum scripturarum. Ambros.

Addit idem Philo & alium sensum: vt per Christi ventrem ij intelligantur iusti, & sancti, in quibus vt in purissima, ac nitidissima eboris pyxide codices diuinæ sapiētiæ cōditi sint. Quæ sensum tangit & Ambros. oratione in obitu Valentiniani, Ventrē, & c. illū esse, inquit, qui recipere possit oracula scripturarū.

A mum aduehitur marmor. Quia vero fieri potest, vt crura aliqua quatuor habeant omnia prædicta, quæ nihilominus speciosa minime dicantur, quia haud concinne connexa sint cum pedibus; ideo sponsa in eadem persistens metaphora columnarū, & hac pariter quinta laude dilecti sui celebrat crura, quod ita concinne, & eleganter pedibus sint connexa, vt marmoreæ colūnæ cōcinne super bases fundatur aureas.

Quamquam in vltimis verbis hæc, *quæ fundatae super bases aureas,* speciale, atque distinctum videatur asserre encomium pedum, imam corporis partem: quod sane encomium dupliciter exponi potest: Vel vt in eo pedes ipsi laudentur ex natia pulchritudine, & robore eo modo, quo omnimoda pulchritudo & manuum, & capitis per id explicata est in superioribus, quod & illæ aureæ dictæ sunt, & caput aureum: siue cum & caput, quod est primum corporis membrum: & pedes, qui infimum locum item in corpore obtinent; & manus, quæ in medio corporis sunt collocatæ aurea dixerit: Egregio sane artificio sponsa in hac sua panegyrica oratione ita tandem puellis quibuscum loquebatur, persuadere voluit, dilectum suum totum quantus est, aureum esse ob perfectam nimirum pulchritudinem, iuxta annotatam phrasim, qua aureum vnumquodque dicitur, quod perfectissimum in suo sit genere.

Secundus sensus.

Id ipsum eisdem persuadebit de eodem dilecto quoad pulchritudinem ex adhibitis ornamentis. Quod enim hic eius pedes laudat similitudine basiū aurearum, accipi potest, prout de aureo diademate, annulifve aureis accepta fuere, quæ superius dixit: *e Caput eius aurum optimum: & f Manus illius tonatiles aureæ;* de aureorum calceamentorum ornamento: sicut infra in capite septimo, pulchre ex calceamentorum ornamento ab ipso met sponsa sponfam commendatam, videbimus, vbi dicit: *g Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia Principis.*

Tertius sensus.

e Cant. 5. 11. f et 14.

g Cant. 7. 1

Quod ergo hic dicitur breuiter tale est. *D Crura eius recta sunt,* succi plena, firma, & candida, concinneque perpulchris connexa pedibus instar columnarum Parii marmoris, *quæ fundatae super bases aureas:* pedes quippe illius ita omnimoda decori pulchritudine: vt plane aureos merito eos dicatis, multoque id magis, quia & aureis exornati sunt calceamentis.

Paraphras. lis.

Verf. XV. cap. V. *Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatae sunt super bases aureas.*

E

EXPOSITIO I.

Iuxta sonum litteræ.

Crurium nomine tota illa corporis significatur pars, quæ à coxendicū fastigio incipit vsque ad imos pedum digitos. Hoc itaque vno encomio sub vno pariter crurum vocabulo laudantur & femora seu coxendices sponi, & tibiæ, ac si vnū membrum essent. quomodo & Italice totam eam corporis partem commendantes in aliquo dicere solemus, *ha vna bella gamba.* Porro in hæc dilecti sui crura per breuiter sponsa quinque confert laudes vnica similitudine columnarum marmorearū rectitudinis, roboris, debita proportione atque pinguedinis, atque candoris. Ex Hebræo quippe constat columnas eas in similitudinē hic assumi, quæ sint è marmore candido. Vocem namque *ו'ו* sciēse, sicut byssum, filum nempe candidum, ita & marmor candidum, vt Parium significare, inquit aliqui Hebræorum: quin & Aquila, & Theodotion hoc loco pro, *Marmoreæ, Pariæ* vertunt, è Paro iusula, vnde candidissi-

Aquila. Theodot.

Verf. XV. cap. V. *Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatae sunt super bases aureas.*

EXPOSITIO II.

De prima sponsa, quæ est Ecclesia sancta.

Sententia aliquorum est Patrum, vt crura, quæ sic commendantur, mystici corporis Christi, Sancti Apostoli sint, & Apostolici viri exinde id comprobantes, quod idem columnæ appellati sapitius reperitur, vt ad Gala. 2. de Petro, Iacobo, & Ioanne ait Paulus: *Qui videbantur esse columnæ:* Psal. 74. *b Ego confirmavi columnas eius:* quem locū de Apostolicis viris explicat Augustinus, & alij: & in libro Apocalypsis; *c Qui vicerit, faciam illum columnā in templo Dei mei.* Et quidem recte Apostoli & crurium & columnarū marmorearum metaphoris celebrantur, si firmitas, roburque spectetur eorum, quo vniuersum Ecclesiæ, & Christi corpus, eiusdemque corporis caput Christum ipsum in eo sustentant: vnde Petro Apostolorum Principi dictum nouimus, *d Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam; & portæ inferi non preualebunt aduersus eam:* Quin ex crurium metaphora, & marmorearum columnarum similitudine id pariter indicatur, vnde tantum habent robur: quia nimirum recti existentes in sancta conuersatione succipleni pinguedine diuinæ gratiæ, candidiue candore animi, atque doctrinæ, ita

2
A. ostoli Christi, sunt crura & columnæ marmoreæ. Ambros. Greg. Pap. Phil. Corp. a Psal. 2. 9. b Psal. 74. 4. c Apo 3. 12

d Matih 16 18.

ita concinne pedibus sunt connexi, vt vnum idemque cum illis existentes, marmoreis ijs columnis comparandi sint, quæ elegantissimæ foriterue fundatæ sunt super bases aureas.

Apostoli in motu peragratiõnis per orbem quomodo columnæ, quæ fixæ & stabiles sunt super bases.

e Mart. 16. 15. f Isa. 60. 8.

Veruntamen in hoc Apostolorum encomio, illud maximopere cõsiderandum, quod tamerfi recte sub crurii metaphora ij celebrentur, cum æque ac crura corpus sustentent, quod & per columnarum similitudinem recte quoque comprobatur est: admodum tamen assumpta similitudo & à cruribus discors est, & ab Apostolis, qui haud vnum duntaxat, sed omnia crurum munia in Ecclesia explent. Enim vero columnæ marmoreæ fixæ, ac stabiles perpetuo manent, sicque ædificium fulciunt: at Apostoli in iugi perstiterunt motu, iuxta præceptum Domini dicentis: *e Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ*: ideoque ab Isaia conspecti sunt vt nubes volantes. Quodque magis perpendendum est, columnis motis, decidit ædificium: at Apostolis vniuersum Orbem peragrantiibus, solidius fulcitur corpus Christi. Totum autem discrimen istud exinde est, quod columnæ marmoreæ fundatæ sunt super bases aureas quidè, sed fixas & immobiles: crura vero super pedes fundantur, qui ita sunt mobiles, vt motus omnis, quem processiuum appellant Philosophi, per ipsos fiat. Hoc autem mirabile est Apostolis, quod super pedes fundati, vt crura, atque adeo mundum peragrantes; sunt tamen in iisdem pedibus fundati instar columnarum marmorearum, quæ fundatæ sunt super bases aureas: dum pedes ipsos suos auro exornatos habent charitatis, in charitate ipsa sic radicati, & fundati sunt, vt ab ea diuelli, ac dimoueri nullatenus queant: ab ipsa nihilominus charitate impulsu ad orbis peragratiõnem. Id quod Isaia Prophetam commouit, vt hæc admiras columnas cruraque hæc adeo bene fundata super bases aureas ob speciosa auri, & charitatis calcamenta pedum, ea proclamaret verba: *g Quam speciosi super montes pedes Euangelizantium pacem, Euangelizantium bona.*

g Isa. 52. 7 Rom 10. 15.

Verf. XV. cap. V. Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ sunt super bases aureas.

EXPOSITIO III.

De secunda Sponsa, quæ est Anima Iusti.

3 Itinera Dei in animam fundata super charitatem.

QVæ Dei sponsa est, pia anima fat eius cognita habens & crura, quibus ad se procedit, & gressus quos Deus in se facit, ipsa nunc eiusdem Dei itinera hoc egregio laudat encomio, ex ijs ea cõmendans, quæ per illa in semet facta animaduertit: Ait quippe, ea fundata esse super aureas charitatis bases, esseque instar marmorearum columnarum, recta, firmaque, & candida; quia candidam eam reddant, rectamque, ac stabilem in bonis operibus, & totum fabricæ spiritualis ædificium rectitudine, ac fortitudine fulciant sua: Fundata super bases aureas dicit hæc crura. Denique itinera: non solum quia ipsa sua in nos charitate ad nos procedit, sed & quia à nostra attrahitur charitate. Nisi enim adsit in nobis charitatis fundamentum, nulla ratione hæc ipsius in nos fiunt itinera: *h In maleuolam quippe animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis*: ait Sapiens ille de increata loquens sapietia. Statim ac charitatis bases in nobis euerse fuerint, aut dimotæ per peccatum aliquod, cessant hæc Dei in nos itinera, & per consequens totum, quod in nobis erectum fuerat ædificium spirituale, corruat operapretium est. *i Si quis diligit me, ait Dominus in Euangelio, sermonem meum seruabit, & Pater meus diliget eum.* (En bases aureas:) Subdit autem crura fundata super bases: *Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Il-*

h Sap. 1. 4.

i Ioan. 4. 12.

lud etiam in hoc itinerum Dei encomio perpendendum quod in plurali *crura* dicuntur, vt per hoc designet, plura esse Dei itinera, quæ fiunt in animam. Venit namque Deus in illam tanquã Rex supremus, vt eam visitet, & multis virtutum decoret ornamentis, vtue si quid in ipsa repletum fuerit, quod ruinam minetur, quodque eius turbet aspectum, corrigat id omne, iuxta illud Psalmi, *k Visitasti terram, & inebriasti eam, multiplicasti locupletare eam.* Venit item sicut anima in corpus, vt eam viuificet, motus, viresque illi suppeditans ad munia exercenda spiritualia: quod expetebat Dauid, quando dicebat: *l Deus tu conuersus visistis abis nos, & plebs tua* (potentiæ nimirum animarum nostrarum) *letabitur in te*, bene operando. Venit ad eandem sanctificandam in templum, vt ipsa habitet, inambuletque, gloria illam replens, vt sit illi Deus omnia in omnibus iuxta illud Apostoli: *a Vos estis templum Dei viuui, sicut dicit Deus: Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus.* Et illud *b Vt det vobis secundum dimittias gloriæ suæ virtutem, corroborari per Spiritum eius in interiori homine, Christum habitare per fidem in cordibus vestris, in charitate fundati, & radicati: vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis quæ sit latitudo, longitudo, & sublimitas: scire etiam supereminente scientiæ charitatem Christi vt impleamini in omnem plenitudinẽ Dei.* Venit denique vt sponfus ad delicias captandas ex eius deuotione atque ad exhibendos simul eidem immensos gustus, & consolationes spirituales: de quo itinere loquitur ipsemet in libro Apocalypsis, cum ait, *c Si quis auerit vocem meam & aperuerit mihi ianuam, vt sponso nimirum intrabo ad illum vt sponfus, & cœnabo cum illo, & ipse mecum, vt sponfa.*

Itinera Dei in animam multiplicia.

k Psal. 64. 10.

l Psal. 84. 7.

a 1. Cor. 6. 16.

b Eph. 3. 16

c Apoc. 3. 20.

Verf. XV. cap. V. Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ sunt super bases aureas.

EXPOSITIO IIII.

De Tertia sponsa, quæ est Beata Virgo Maria.

Sicut in præcedenti versu 14. Christi opera sub metaphora celebravit manuum, quæ eorum sunt instrumenta: ita nunc Gloriosa Virgo eiusdem itinera sub crurium, pedumve metaphora, per quos ea facta fuere, commendat. Recte vero, quæ è puritatis candore, ex rectitudine, & ex firmitatis robore laudat, columnis assimilat marmoreis; quia nihil Partio marmore candidius, nihil columna rectius, ac firmitus: quidni rectissima dixeris Christi itinera, per quæ directa reddita fuerunt, quæ praua erant, & alpera in vias planas? An non fortissima eius itinera, qui *d Exultauit vt gigas ad currenda viam; à summo caelo egresso eius & occusius eius vsque ad summum eius?* firmitas & fortitudo eorum, fortitudo, & rectitudo est crurium; quatenus nullo cesserunt labori, cum Christus nunquã ab ijs destitit, agens, patiens, cõsolans, euangelizans, Vrbes peragrans, & regiones ad lucradas animas, adeo vt e cum aliquando ex itinere defatigatus federet super fontem, ab ipsis suis non destiterit itineribus: quandoquidè prædicatione sua militieris Samaritanæ Samaritanorumque complurium lucratus est animas. Firmitas quoque & rectitudo marmorearum columnarum dicitur; quia quas lucratus est animas, in bono firmas reddidit, ac rectas instar columnarum marmorearum per ipsamet itinera sua. Porro crura ista super pedes aureos innixa dicuntur, sicut columnæ marmoreæ super bases aureas, cum itinera Christi omnia diuinis niterentur consilijs, vt quas lucraretur animas super charitatem, quæ per aurum designatur, tamquam columnas marmoreas super aureas fundaret bases, super quã charitatem vt aurea calcamenta, aureos diuinorum cõsiliõrum pedes exornantem

4 Itinera Christi qua lia.

d Ps. 18. 6.

e Ioan. 4. 6.

Itinera Christi in charitate basibus aureis fundata.

nantem sua quoque fundata habuit crura: Propter charitatē namque tam arduum iter assumpit de cœlo in terras: in charitate fundatum est eius iter de terra ad crucem, & sic de ceteris.

Verf. XV. cap. V. Crura illius columnæ marmorea, quæ fundata sunt super bases aureas.

Appendix Expositionum, Ex Antiquis Patribus collecta.

Apostoli crura Christi, & columnæ marmoreæ. Greg. Nyss. Greg. Pap. Ambros. Phil. Carp. Petrus Apostolus crura Christi, & columnæ marmoreæ. Matt. 16. 18. Pfellus. Timor est basis aurea. Ambrosius. Veritas est basis aurea sanctorum.

1. Tim. 8. 15

1. Cor. 3. 11.

Greg. Pap. Prophetarū dicta bases aureæ Apostolorum. 2. Pet. 1. 19.

Christus basis aurea Apostolorum Phil. Carp.

6

Iusti quique sunt crura Christi, & columnæ marmoreæ. Iustus. Anselm. Eph. 2. 20

Rom. 15. 1 Rom. 15. 4

Nyff. Prælati, & prædicatores sancti sunt crura Christi.

Paraphrasis Chaldaica. Iusti autem sunt columnæ sæculi, & bases super sustentacula auri optimi, sunt verba legis, in quibus laborant, & corripunt populum Domus Israel vt faciat voluntatem.

Eorum, qui pro mystici corporis Christi cruribus accipiunt, Apostolos hic celebratos asserunt Gregor. Nyff. Greg. Papa, Ambr. & Philo Carpathius, quos columnas à Paulo nuncupatos vidimus in secunda expos. Hos ergo columnas marmoreas dictos putant citati Patres ob eorum soliditatem, quæ Ecclesiam vniuersam fulciunt. Propter quam soliditatem, quæ in Euangelio peculiariter Petro Apostolorum Principi tributa à Domino reperitur, vbi dicitur, *a Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam*, Pfellus apud Theodorum, quod hic dicitur de sponfi cruribus, ipsi vni applicat Petro.

Porro quod hæc crura, atque Apostoli columnæ marmoreæ asseruntur esse fundata super bases aureas, diuerſimode ab iis ipsis Patribus expositum reperitur. Siquidem Ambrosius ser. 5. in pf. 118. verf. 6. per bases aureas timorem intelligit plenum disciplinæ, quia *Initium sapientiæ timor Domini*. Vnde infert: In timore ergo sapientium Apostolica prædicatio tamquam super basim auream columna confirmatur. Greg. Nyff. veritatem ait, esse bases aureas, atque Christu ipsum, qui & veritas est; ex duabus Pauli sententijs id confirmat, *ex ea, qua in prima ad Timotheum b Ecclesiam dicit columnam, & firmamentum veritatis: & ex altera, qua in prima ad Corinthios, ait: c Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus*. Greg. autē Papa bases hæcæ Prophetarum accipit dicta, à quibus Apostoli, vt fortes perſisterent, fidem integram desumpserunt, ex illo Petri: *d Habentes firmiorem Prophetarum sermonē, cui benefacitis attendentes, tamquam lucernæ ardentes in caliginoso loco*.

Ideo enim aureæ dicuntur, quia luce splendent sapientia. Est autem notandum in Gregorio Papa, quod & causam eam asfert, cur per crura intelligantur Apostoli, quia per illos Christus vniuersū circūiuit orbem. Quam rationem asfert & Philo Carpathius, qui per bases aureas firmissimam intelligit petram Christum Iesum æterni Patris sapientiam, quæ per aurem designatur, eiusdemue Christi præcepta, super quibus fundati fuere Apostoli, & Apostolici viri quicumque.

Alij nedum Apostolos, sed & quoslibet iustos, ac sanctos per hæc Christi, & Ecclesie crura intelligunt, vt Iustus Orgelitanus, & Anselmus: quos & columnas marmoreas dictos inquit: quia charitate sustentat, fulciuntque reliquos scripturarum consolatione. Per bases aureas, quibus ijdem fundati asseruntur, Anselmus intelligit Apostolos, iuxta illud Pauli *e AEdificati supra fundamentum Apostolorum, & Prophetarū*: Iustus vero intelligit ipsas scripturas sanctas, totamque presentis sententiæ expositionē confirmat ex illo epistolæ ad Romanos: *f Debemus nos firmiores imbecillitatem infirmiorum sustinere, & non nobis placere*. Et: *g Quæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinā scripta sunt; vt per patientiam, & consolationem scripturarum spem habeamus: quæ certe spes nobilissimum est vitæ spiritualis fundamentum*.

Ad hunc sensum referri possunt, & quæ dicuntur à Greg. Nyff. asserente modum, quo singuli fieri queant hæc ratione Christi crura, dicens: Crura corporis esse columnas marmoreas, hoc est, illos, qui illustri vi-

ta, & sana doctrina commune corpus Ecclesie gestat, & fulciunt, per quos & fidei basis firma stat, & virtutis cursus absoluitur, & in salubris diuinæ spei totum corpus attollitur.

Arctant hæc alij ad specialia sanctorum genera. Vnde Aponius humiles sic commendatos censet, qui se humiliando, tantæ efficiuntur fortitudinis, vt omnia membra subuehant capitis, vt significauit per Prophetam dicens: *h Super quem respiciam, nisi super humilem? Et in se continent similitudinem illius peræ, de qua Paulus: i Petra autem erat Christus*. Per bases aureas sanctos intelligit Prophetas, quorum gesta humilitatis narratur in facris litteris.

At vero secundum Richardum de S. Victore crura hæc Christi, & Ecclesie ij sunt iustorū, qui rebus suis Religiosos sustentant, bona temporalia illis impertientes, vt spiritualia ab eis accipiant, per quos Christus ambulat in exercitio operum misericordie: qui instar columnarum recti sunt, & erecti: quia & in se iustitia seruant, & pro iustitia desideranda se erigunt: *Istæ columnæ fundatæ super bases aureas*, id est, super fidem Prophetarum, & Apostolorum: bases certe aureas, quia luxere per opera.

Denique Gregorius Nyssenus hom. 14. duo charitatis præcepta duo mystici corporis Christi, & Ecclesie intelligit crura, quibus vniuersa Dei lex tamquam cruribus facile percurritur: quæ & bene columna dicitur marmorea, cum iuxta Domini dictum. *k In is duobus præceptis tota lex pendeat, & Propheta*. Hæc crura hæc columnas fundatas dici, inquit Nyssenus, *super bases aureas*, nempe super charitatem Dei, & charitatē proximi, super quibus fundari voluit totum vitæ spiritualis ædificium in Timotheum Paulus, cum eidem dixit: *l Habens fidem & bonam conscientiam: per fidem intelligens charitatem erga proximum*. Hæc ex Nyff. qui certe admodum obscure loquitur.

Tres Patres apud Theodorum, eadem duo charitatis præcepta significata arbitrantur per coelestis sponfi crura; quibus tamen non tam mysticum eius corpus Ecclesia, mysticaque sanctorū membra, quam ipsummet Dei verbum in animabus fidelibus incedit, & per scientiam, atque virtutem cursum cõficit: hæc ue veluti columnas quasdam marmoreas firma fide, & vita splendida sustinere ipsum verbum, quod creditur: fundatas *super bases aureas* verum, & bonum, quibus tum propter naturæ immutabilitatem, tum propter promerendi benignitatem declaratur Deus, qui naturæ præstat vniuersæ.

Ambrosius quoque de itineribus Christi in anima hæc sumens, in lib. 3. de fide cap. 5. Crura, inquit, columnæ marmoreæ, & cet. Solus enim Christus in ambulat animis, & graditur in mente sanctorum, in quibus veluti aureis basibus, fundamentisque pretiosis solidata vestigia verbi coelestis hæserunt, id est, in quibus coelestia verba proficiunt.

At vero Cassiodorus, & Beda per Christi crura intelligunt illa eius itinera, quibus homo fieri, & ad nos venire dignatus est, *columnæ marmoreæ* dicta: quia ea vniuersa fortia & recta fuere: *Super bases autem aureas* fundatas; quia omnia quæ per Christum, vel in Christo agenda erant, diuinitatis consilio ante mundi præordinata fuere constitutionem: Aurum enim ceteris metallis pretiosius, ac splendidius, diuinum significat consilium. Addit his Beda, ad ostendendam horum itinerum firmitatem immobilem, ipsū Dominum in cruce posita *m* nequaquam crura (tametsi perarctente Pilato) fracta fuisse, sicut nec vestis inconsutilis scissa fuit: nam sicut mansit tunica intemerata, vt significaretur numquam violandam Ecclesie vnitatem: ita mansere & crura intacta, vt mysterium aduentus eius in carne sacrosanctum, & inuolabile omni malleo prauis dogmatis præuuleret: Pilatus enim os malleatoris interpretatur. Sed malleus licet impius ore hæretico ferire disponat, stant columnæ marmoreæ, quæ icetum ferientis repellant.

Demum Rupertus illas vias, de quibus in psal 24. dicitur:

sti & columnæ.

7 Aponius. Humiles sunt crura Christi, & columnæ. h sa. 66. 2. i. 1. Cor. 10. 4.

Richardus. Religiosos sustentantes sunt crura Christi, & columnæ. & c.

Greg. Nyss. Charitatis præcepta sūt duo crura Ecclesie & columnæ, & c. k Matt. 22. 40.

1. Tim. 1. 19.

8 Tres Patres. Charitatis præcepta sunt crura quibus Deus ambulat in anima.

Ambros. Deus quomodo & in quibus ambulat.

Cassiodor. Beda. Christi itinera in incarnatione fuere illius, & c.

Incarnationis mysterium quam stabile aduersus omnes hæreticorum insultus. m. 10. 19. 33

Rup. dicitur:

Misericordia
& veritas
crura Chri-
sti.
n Ps. 24. 10

dicitur: *n Vniuersa via Domini, misericordia, & veritas.* A
crura hæc Domini, ait, columnas marmoreas ob re-
ctitudinem, & firmitatē, fundatas super concilia diui-
næ sapientiæ, quia non qualis esset humana voluntas
sed diuinæ iustitiæ rationes attendebat Christus in
omnibus, quæ misericorditer & vere faciebat.

*Ex Vers. XV. cap. V. Species eius vt
Libani, electus vt cedri.*

EXPOSITIO I.
Iuxta sonum litteræ.

9 QVOD à dilecto obseruatum est in eximia quam de
sponsæ suæ laudibus contexuit panegyrica ora-
tione in superiori capite, vt generali illam & exordi-
retur & concluderet encomio pulchritudinis eius: id
ipsum & sponfam in hac item panegyrica oratione
laudum illius seruasse, videmus: Quodq; simplici ser-
mone in eo extulit, cum in exordio dixit: *a Dilectus meus
candidus, & rubicundus, electus ex millibus:* & modo ad finē
eius, quem fecit, descriptionis illius efficacius replicat
cum egregijs similitudinibus è rure desumptis, Libani
atque cedrorū: sicut & dilectus similitudinibus quo-
que horti, ac fontis è rure pariter desumptis ad finem
sermonis sui fecisse, cognouerat. Haud sat ergo apte,
quod in generali encomio isto, *Species eius vt Libani, e-
lectus vt cedri,* ab ea dicitur, refertur ab aliquibus ad lau-
dem proceritatis dumtaxat, & celsitudinis dilecti, pro-
pter quam & monti cōparetur Libani, qui celsissimus
inter vniuersos est Iudææ montes: & cedris, quæ reli-
quas altitudine superant arbores: sed ad id omne re-
ferendum est potius, quod ex eius aspectu exurgere
potest laudis: Vox enim Hebræa נָדַד mare, quam
noster *species* vertit, proprie aspectū passiuæ significat,
quod scilicet aspectū obiectū ex illo proponitur, col-
lor, faciei decor, oris lepor, habitus totius corporis,
gratia, & grauitas in motu, & actionibus, & quicquid
denique aliud oculis conspici potest. Quæ omnia vni-
ca, aptissimaque similitudine ad montem Libanum,
montes Iudææ omnes nedū celsitudine, sed & amœ-
nitate superantē, celebrantur. Adiuncta cedrorum si-
militudine altera sigillatim ipsa cōmendatur proceri-
tas, & excellentia, qua dilectus aliis excellit viris, iuxta
significatū vocis electi, de quo actū est supra in expo-
sitione prima verborum illorum, *b Electus ex millibus.*

b Cant. 5.
10.
Paraphra-
sis.

Quod itaque intēdit per hæc spōla, breuiter tale est.
Tota eius *species*, totius corporis habitus, quicquid
eius conspicitur, pulcherrimū est, gloriosissimum, ad-
mirabile, & plenum iucunditatis, æque ac aspectus *Li-
bani* herbarum, florum atque arborum varietate amœ-
nissimi. Quo is cernitur magis, maiorem sane excitat
sui admirationem, non secus ac Libanus, in quem quo
quis interius progreditur, & iucūditate reficitur mag-
is, & in admirationem magis mouetur. Insuper pro-
ceritate, ac robore egregius profecto ille est, eximius,
insignis, & erectus *vt cedri.*

*Ex Vers. XV. cap. V. Species eius vt
Libani, electus vt cedri.*

EXPOSITIO II.
De prima sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

10 VNIVERSAM sui gloriam, & laudem Ecclesia, quæ
mysticum se nouit eius. Christi corpus, in dile-
ctum ipsum suum referens, ita propriam euehit spe-
ciem, vt illius potius, quam suam eam pronuntiet, &
celebret: Re tamen vera encomiū istud id ipsum om-
nino est ac illud, quo alias dilectus eam insigniuit, ap-
pellans ipsam, *a pulchram inter mulieres, vnde & huius
loci petenda est expositio.*

a Cant. 1. 18

Comparatur autem eminentissima pulchritudo e-
ius pulchritudini amœni montis Libani ea ratione,
qua simile quid & apud Isaiam eidem pollicitum ijs
nouimus verbis: *b Gloria Libani data est ei.*

Ecclesia
quomodo si-
militudo Libani.
b 1. a 33. 2.

Quod enim in Libano sunt, & efficiunt multicol-
ores flores, viridatium herbarum amœnitas, arborum-
que variarum copia fructiferarum, aromaticarum, &
excelsarum; hoc in mystico Christi corpore multi-
plices diuersarum virtutum flores, amœnissima sacrarū
scripturarum fata, varique Sanctorum, & ministrorū
ordines: quodue in humano corpore grauis oris, to-
tiusque corporis habitus, lepor, & gratia in gestuum,
actionumque motibus: hoc in Ecclesiæ corpore exter-
narum cæremoniæ cultus multiplices, & quibus
insignita conspicitur, gratiæ, donaque eximia Spiritus
sancti. Celsitudo vero, eiusque sublimitas, ac robor
omnem cuiuscunque alterius collectionis, ac sectæ ex-
cedens altitudinem, optime cedrorum exprimitur si-
militudine, quæ arboribus reliquis excelsiores multo
sunt, vt ad summam designandam celsitudinē quam-
que vsurpentur in sacris litteris: Quam tamen Eccle-
siæ sublimitatem efficacius expressit Isaias alia montis
metaphora, dicens: *c Erit mons domus Domini in vertice
montium, & exaltabitur super colles.*

Ecclesia cel-
situdino quan-
ta.

c Is. 2. 2.

*Ex Vers. XV. cap. V. Species eius vt
Libani, electus vt cedri.*

EXPOSITIO III.

De secunda sponsa, quæ est Anima Iusti.

QVOD absq; vlla similitudine professus est David,
cum dixit: *a Quis Deus magnus sicut Deus noster?*
Et: *b Non est similis tui in Dijs, Domine, & non est secūsdū
operatūna:* hoc in præsentī sentētia peregregijs si-
militudinib. fatetur & anima, quæ eum diligit, illiusq; insig-
nes speculans perfectiones, nedū eum admiratur: sed
& in ipso delectatur. Idcirco enim & altissimarū rerū,
cedrorum nimirum, ac montium, & amœnissimi in
primis Libani similitudinibus illius uehens speciem,
ait: *Aspectus eius vt Libani, electus vt cedri:* Ac si dicat.

II
Deum nedū
pia anima
admiratur
sed & in ip-
so delecta-
tur.

a Ps. 76. 14.
b Ps. 85. 8

Nedum super omne, quod excelsum videri, & ex-
cogitari potest, celsissimus ipse est, prout cedrorum
celsitudo reliquarum arborum superat altitudinem,
sed & quicquid eius nostræ occurrit contemplationi
celsissimum pariter est, & super delectabile quodque
iucundissimum: ita vt si comparatione aliqua iucun-
ditas explicanda sit, & pulchritudo speciei eius, quam
nunc per speculum videmus, & in anigmate, Libano
afsimilanda mihi videantur mōtium celsissimo, amœ-
nissimo, rerumque omnium feracissimo: cum nihil
nostro offeratur aspectui iucundius ex ijs, quæ crea-
tæ sunt, quā id, quod gratiosum sit, & speciosum, quod-
ue insuper viridantium, ac florentium herbarum sit
amœnitate decorū, iuxta illud Ecclesiastici, *c Gratiam, c Ec. 40. 12
& speciem desiderabit oculus tuus, & super hoc virides sationes.*

*Ex Vers. XV. cap. V. Species eius vt
Libani, electus vt cedri.*

EXPOSITIO IV.

De tertia sponsa, quæ est B. V. Maria.

12 I BANT, qui Domini nostri tempore vitā in terris de-
gebant, animi, & oblectationis causa, prout & nūc
moris est, in hortos, in vineas, atq; in amœnos colles,
& montes. Gloriosa certe Virgo Maria in vno speciei
Christi aspectu multo oblectabatur magis, quam in
horto quantumlibet delizioso, quam in vinea quoque
gratissima, quamue in amœnitate vel collis vel mōtis
etiam celsissimi, atque adeo prospectu quoque insig-
nis. Hoc illud est, quod significat modicis hæc verbis,
Species, seu, Aspectus eius vt Libani: In vno enim Libano
celsissimo,

12
Maria quæ
delectaretur
Christi spec-
cie.

In Christo
habebatur
omne quod
recrearet pa-
terat.

celissimio, amœnissimoque omnium Iudææ montium & viridantia inspiciebantur sata, & horti aromaticarum plantationum & vineta adeo pretiosum proferebant vinum, vt per Oseam a eius tanquam pretiosissimi, ac fragrantissimi fiat commemoratio, & prospectus denique ita iucundus, vt secundum aliquos eum in primis dilectæ suæ pollicitus sit sponsus in cap. 4. vbi iuxta Hebraicam lectionem dixit: *b Veni de Libano sponsa mea, veni de Libano, veni, aspecies, &c.*

Et in vno Christo B. Virgo & sata inspiciebat celestium bonorum, quorum viridanti spe consolemur, quem notat esse agrum illum plenum, cuius odorem tam à longe sensit Isaac: & hortus oblectat se tot aromaticarum plantationum, quot in eo emicabant gratiæ, ac virtutes, quarum singulis deliciosissimus constituebatur paradisi: Vineam quoque intuebatur, quem sciebat esse vitem veram, illud proferentem vinum, quod vere lætificat cor deuoti cuiusque: sed & prospectum talem habebat, vt illum attentius contemplas, quæ maxime distant à sensu humano, Dei magnitudinem, diuinæ charitatis excessum, diuinæque liberalitatis largitatem, & cetera huiusmodi suo attingeret intellectu. Addit autem eundem Christum dilectum suum esse electum, insignem nimirum, eximium, & excelsum super omne, quod insigne cerni potest, & celsum, vt cedri in eodẽ Libano arboribus reliquis insignioris sunt, & celsiores. Quod absque similitudine ambagibus sic explicat Paulus dicens illum in omnibus primatum tenentem, quia *c in ipso complacuit omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare.*

Ad eiusdem montis materiam, quæ ad templi Salomonis constructionem inde desumpta est, respectum arbitratur Rupertus Abbas: vt Libani nomine ipsum designetur templum, cui Christus assimilatur, vt sicut templum illud caput, & decus exiit, sanctumque sanctorum Ierusalem terrenæ: sic Christus & caput, & decus, & Sanctus sanctorum esse dicatur supernæ Ierusalem.

Gregorius Nyssenus hom. 14. singulari modo quod in versione Septuaginta legitur, *Species eius vt Libanus, electus vt cedri*, referens adiectiuum, *electus*, ad substantiuum, *Libanus*, vult apponi hoc adiectiuum ad distinctionem Libani in sacra scriptura malo sensu pro diabolo accepti. Electio namque cuiusvis rei, inquit, fit cum iuxta eam contrarium quid collocatur. Quamobrem cum hoc loco ad electum Libanum sponsum forma comparatur, consentanea ratione colligitur, moneri nos, vt duos Libanos esse intelligamus, & c. quæ longius ille prosequitur. Tandemque concludit: Bene sponsa volens exprimere pulchritudinem, & excellentiam formæ Christi vocat illum Libanum electum ad distinctionem alterius Libani, qui per fraudem sublimem, ac magnum, pulchrumque esse se simulat.

Theodoritus eandem versionem Septuaginta exponens, idem nomen, *electus*, non ad Libanum, sed ad sponsum refert: Nomen vero Libani accipit pro thure, quod & Hebraei & Græci Libani vocabulo nuncupatur, vt duabus metaphoricis appellationibus duplex Christi natura significetur, diuina quidem per thur, quod Deo lex iubet incendi; humana vero per cedrum, quæ non sentit corruptionem.

Pro thure idem Libani vocabulum sumendum censuit & Aponius, sed alium assert sensum; vt nimirum species Christi dicatur vt thus: quia omnis illius actus sacrificium est acceptabile Patri æterno. Thus quippe à Pontifice super hostiam pro peccato, & holocaustu, quod peculiare erat sacrificium iubebatur imponi, & ipse nihil de contagione peccati, conuersando inter impios, contraxit.

Quod in secunda parte adijcitur, *Electus vt cedri*, cõmuniore sensu Patrum intelligitur, eandem Christi celsitudinem significare. Vnde Cassiodorus ait: Sicut cedrus pulchrior est, & procerior ceteris arboribus; ita & ille gratia diuinitatis præcellit omnes sanctos. Addit Greg. Papa, significari eiusdem Christi odorem, & incorruptionem, quæ & cedro insunt. Et hæc adduntur etiam à Philone Carpathio.

Notat autem Beda, quod idem Christus comparatur simul & Libano, qui ligna insignia gignit, & cedro, quam inter alia ligna Libanus ipse gignit, quasi vnus idemque ligna proferat & portet, & inter ligna gignatur & portetur.

Electus vt cedrus Libani, quæ comam nubibus, radicem terris inserit; quia principium Christi in cælo, posteriora eius in terris, fructus cælo proximos edidit, ait Amb. lib. 1. de Virginibus.

Aponius vero, Christi patientiam, & humilitatem prædicari in his, arbitratur: quatenus per ea ille fuit exaltatus instar cedrorum, iuxta illud Pauli, *b Humiliavit semetipsum, &c. propter quod & Deus exaltauit illum, &c.*

Electum eundem dici, inquit, vt cedri, quia similis extitit Patriarchis omnibus, eorum omnium virtutibus decorus; & quia ex ipso Sancti omnes, vt cedri è Libano, ait Rupertus.

Vide Richardum de S. Victore, super his verbis ostendentem, B. Virginem Christo vero cedro Libani redditam similem, vt dicit ipsa in lib. Ecclesiast. *c Quasi cedrus exaltata sum in Libano.*

Ex Vers. XV. cap. V. Species eius vt Libani electus vt cedri.

Appendix Expositionum, Ex antiquis Patribus collecta.

13 Paraphrasis Chaldaica. Et ipse impletur super os Domus Israel, sicut niuè: & pararus est, vt faciat victorias in bello contra populos, qui transgrediuntur verbum eius sicut iuuenis fortis, qui robustus est sicut cedri.

Quod Christus Dominus Libano comparatur, aliqui ad ipsum Libani montem referunt: vt, sicut ille mos pulchrior est, & excelssior vniuersis Iudææ montibus, ita & Christus vniuersis excellere dicatur sanctis, iuxta illud: *a Speciosus forma præ filiis hominum.* Ita Cassiodorus & Beda: Quamquam Beda addat, speciem Christi dici vt Libanum, qui inter ligna eximia profert & cedrum: quia inter electos suos se etiam ipsum qualem voluit hominem quasi lignum in medio paradisi creauit: veluti si pictor quispiam inter alios se quoque suo ordine coloribus, quibus conuenit, pingat.

Alij ad vocis libani etymon, quod candorem sonat & dealbationem, respectum putant: vt eatenus monti Libano Christus comparatur, quatenus per eum credentes dealbantur, eique adhaerentes radicibus subleuantur, à cuius gratia etiam bonæ opinionis odorem habent. Ita Greg. Papa. & Philo Carpathius.

Richardus quoque de S. Victore eodem respectu censet, dum per Christi speciem Virgines sanctas significatas, inquit; quod eæ specialem Christi decorem obrineant, quodue specialem vna cum communi Sanctorum aliorum similitudine cum Christo sita in charitate & sanctitate, candorem & munditiam habeant vitæ. Atque adeo bene Libano comparantur, qui Christum significat, & candidus interpretatur, & candidatio.

Ad eminentiam montis Libani referunt eandem similitudinem Tres Patres apud Theod. sed singulari ratione. Volunt enim significari actus Verbi per quos exprimitur potentia Patris, omnibus esse conspicuos, vt montem libanum, qui inter vicinos montes eminent.

Christus excelsus super sanctos omnes.

a Pf. 44. 3. Cassiodor. Beda.

Per Christum credentes dealbantur.

Greg. Pap. Phil. Carp. Richardus. Virgines assimilata Christo.

Tres Patres. Verbi actus omnibus conspicuos.

14. Greg. Nyss. Christus dicitur Libanus electus ad differentiationem Libani prauum, ac diabolicum.

Theodorit. in Christo duplex natura.

Aponius Christi actus omnis sacrificium fuit Patri acceptissimum.

15. Christus gratia diuinitatis præcellit sanctos omnes. Cassiodor. Greg. Pap. Phil. Carp.

Beda. Humilitas Christi prædicata.

Ambros. Aponius.

b Phil. 2. 18

Richard. Maria similis Christo. c Ecl. 24. 17.

Verf. XVI. cap. V. Guttur illius suavis-
simum, & totus desiderabilis.

EXPOSITIO I.

Iuxta sonum litteræ.

I Stius sententiæ, quæ duabus constat partibus, ex duobus aliis Sacræ scripturæ locis germanus erudus est sensus. Primæ quidem partis: *Guttur, seu, palatus illius* (vt habent Hebræi) *dulcissimum, seu, dulcedines* (vt habent Hebr. & Sept.) ex loco illo Prouerbiorū scilicet, vbi idem Salomon loquens de verbis mulieris meretricis, postquam dixit; *a Fauus stillans labia meretricis: subiicit, Et nitidius, seu lenius* (vt est in Hebræo) *oleo guttur eius: contestans, illius verba, quæ & labiorū & gutturis vocabulum fortiuntur; quia tam per labia proferuntur, quam etiam per guttur, dulcissima instar mellis esse, & instar olei; quin etiam magis, quam oleum ipsum nitida, mollia, & lenia, atque adeo & gratissima. Secūda vero partis, Et totus desiderabilis, seu iuxta originalia Heb. & Septuag. Et totus desiderium, ex eo, quod in prophetia b Danielis Danielem ipsum ab Angelo virum desideriorum nuncupatū reperimus: quod tantumdem Hebraica sonat phrasi, ac, *virum amabilem*, vt notat Hieronymus super cap. 9. Danielis; seu etiam *desiderabilem*, quomodo idem nomen vertit Symmachus Danielis c 10. verf. 11. desiderij vocabulo passiuè sumpto, prout apertius reperitur acceptum in cap. 45. lib. Eccles. vbi fit sermo de indumentis Aaronis, & appellantur, *d desideria oculorum ornata*, propterea quod desiderabilia extiterint hominum oculis, & admodum ornata, atque decora. Vnde apparet recte nostrum interpretem hoc quoque loco, quod in Hebræo est, *Et totus desiderium*, vertisse, & *totus desiderabilis*: quod & pro amabili positum ab eo est, vt ex dictis colligitur.*

Guttur & Palatus sum pra pro verbis.

a Prou. 5. 3.

Desiderium passiuè aliquando sumitur pro desiderabili. b an. 9. 23

c Dan. 10. 11.

d Eccl. 45. 14.

Primus sensus.

Volebat ergo sponsa suam concludere panegyricā orationem, qua ita dilectum suum celebravit, vt promodum ad viuum illum delinearit, quo à puellis, si ipsum inuenissent, interinosceretur. Verum qui in extollenda re quapiam vehementiores sunt, quantumlibet eam euexerint, numquam se illam plene, & sufficienter celebrasse existimant. Ideo tametsi supra in labiorum eius encomio vel loquelam saltem illius, & gratiosum locutionis modum cōmendasset; ac si laus illa sufficiens non esset ad illum dignoscendum: quia nedum visu, sed & auditu quoque vocis atque verborum cognosci quis potest, postquam ea expleuit, quæ visu possent attingi, adijcit nunc, & quæ ad auditum spectarent: *Æque est autem, ac si dicat.*

Paraphras. 1.

Quis orationis eius exprimere valet dulcedinem? Singula sane illius verba tanta exuberant suauitate; vt merito ipsamet *dulcedines* dici queant. Porro, his dictis anceps adhuc, quibus præterea laudibus eundem dilectum suum cumularet, vno tandē se explicat verbo, quod id amplectitur omne, quod vel ab eloquentissimo oratore longissima dici posset oratione, dicens: *Et totus amabilis, seu, desiderium*: Ac si dicat.

2

Quid in singulis eius pulchritudinis partibus explicandis moror? Omnes ad se amandum allicit, compellitque, nec intuentes duntaxat, sed & vocem, & verba ipsius audientes sui accendit desiderio.

Secundus sensus.

Hunc sane non ambigo esse germanum eorum, quæ hic dicuntur. sensum, qui & communis est Expositorum omnium: licitum nihilominus mihi censebo, & alterum eorumdem assignare sensum, longe quidem ab allato distantem; haud tamen omnino improbabilem, nec à veritate alienum: Vt hæc sententia: *Guttur suum suavisissimum. &c.* non vt nouum vocis, aut verborum sponsi encomium sumatur, quæ (vt visum est) iam commendata fuerunt sub labiorum metaphora: at vt confirmatio superioris sententiæ, eiusdemque amplificatio peregrina, simul & efficacissima. Quod

A enim ibi duabus præstitit similitudinibus, celebrans dilectum ex omnimoda pulchritudine, id nunc alio confirmat medio, ita nimirū verum id esse, vt gustus, qui in ipsa eius specie percipitur ab intuetibus, sit suauissimus, omnemque aliam excedat dulcedinē, atque adeo, & totus, quantum quantum est, *desiderabilis* ille sit, & maxime *amabilis*. His etiam consentient (vt paulo post aduertemus) quæ illico sponsa ita subiiciet: *Talis est dilectus meus, & ipse est amicus meus.* Sensum istum exinde mihi persuadeo, quod alias quoque gutturis, seu (vt aptius est in Hebr.) palatus vocabula accepta reperio: quia in dictis membris gustus ipse perficiatur eorum, quæ comeduntur, aut bibuntur; atque etiam pro gustu non quidē actiuè, sed passiuè, nempe pro gustu, qui ex ipso, cuius dicuntur guttur, & palatus, percipitur, non pro gustu, quem idem ipse percipit. Inferius nāque in cap. 7. huius Cantici in perpulchro pulchritudinis sponsæ encomio, vbi quædam ex adstantibus puellis nonnulla sub egregiarum metaphorarum ambagibus de actuali eiusdem pulchritudinis fructione cum sibi promississet ijs verbis: *e Dixi, Ascendam in palmam, & apprehendam fructum eius: addit. f Guttur tuū sicut vinum optimum. &c.* euellens nimirum suauitatem, quam ex illius gustu percepturam se confidebat, appetissima similitudine vini optimi, quod ob eximiā suauitatem ita gustum bibentis reficit; vt propterea haud illico illud absorbeat, sed labijs, & dentibus potantium ruminetur: Quid vero nobis prohibet, vt in hac præsertim sententia, *Guttur tuum suavisissimum* (nam & hanc quoque, quam modo retuli, sat noui aliter exponi solere, vt Deo dante videbimus,) gutturis, & palatus vocabula passiuè sumantur: si in eadem sententia illico vocabulum desiderij passiuè reperimus sumptum? Quin congruentius fortasse ambo, quæ simul prolata sunt vocabula, eadem sumentur ratione, vt quod dicitur, tale sit.

Guttur & Palatus sumpta pro gustu.

e Cant. 7. 8 f Guttur tuū sicut vinum optimum. &c.

Pulcherrimus vsquequaque est, omnique ex parte insignis dilectus meus, instar Libani, atque cedrorum: adeo vt qui ex ipsius specie percipitur gustus, ipsamet sit *dulcedo*. Propterea *totus ille desiderabilis est, totus amabilis*: quicquid in ipso est, quicquid ipsius est, desiderij excitat, allicitque ad amorem. Confirmari potest sensus iste, qui nouus videtur, per antiquissimam lectionem B. Hieronymi, qui lib. 1. contra Iouinianum ita hæc citat: *Gustus eius dulcedines, & totus concupiscentia.*

Paraphras. 2.

Hieronymus

Verf. XVI. cap. V. Guttur illius suavis-
simum & totus desiderabilis.

EXPOSITIO II.

De prima Sponsa, quæ est Ecclesia sancta.

Suauitas doctrinæ, & prædicationis Ecclesiæ, quæ vt mysticum Christi corpus hic commendatur, à semetipsa, referente in sponsi sui laudem quicquid in se commendabile nouit, celebrata reperitur in hoc Cantico, vbi dicitur: *a Vox enim tua dulcis: b Eloquium tuum dulce.* Et, *c fauus distillans labia tua: Mel & lac sub lingua tua.* Nulquam tamen efficacius euehitur, quam hoc loco, vbi nec dulcis simpliciter, sed suauissima asferitur, nec speciali alicuius rei, seu etiā aliquarum rerum comparatur dulcedini; sed dulcedo ipsa pronuntiat, quin & dulcedines omnes, quotquot & mente concipi possunt. Quicquid nihilominus de tanta illius dulcedine hoc loco foret dicendum, ex secundis prædictarum sententiæ expositionibus nostris erit pendendum, ne acta agantur à nobis iterum.

3 Prædicatione & doctrina Ecclesiæ quæ dulcis. a Cant. 2. 14. b Cant. 4. 3. c 11.

Porro, quod Christus in mystico corpore suo, atque adeo & Ecclesiæ, quæ tale illius est corpus, *totus desiderabilis* sit, *totusque amabilis*, ipsumque; *desiderium*, exinde colligere est, quod vel ob vnā ornamentoꝝ sacerdotis sui pulchritudinis partem in loco, quem supra retuli è libro Ecclesiastici d appellatam eam videre est, *desideria oculorum.* Quin Regius Propheta hæc explicās, quæ tamen exprimere nequiuir, desideria eiusdē Ecclesiæ, seu de

Ecclesia quomodo tota desiderabilis

d Eccl. 45. 14.

feu de eadem Ecclesia non vt Christi corpus, sed vt Dei tabernaculum ipsam intuens, admiranter ita exclamat: e Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutu. Concupiscit & desicit anima mea in atria Domini.

A que illum desidero desiderijs: quia totus, qualis, quantusue est, desiderium est, & desiderabilis.

Vers. XVI. cap. V. Guttur illius suauissimum & totus desiderabilis.

Vers. XVI. cap. V. Guttur illius suauissimum, & totus desiderabilis.

EXPOSITIO III.

EXPOSITIO IV.

De secunda Sponsa, quae est Anima Iusti.

De tercia Sponsa, quae est B. Maria.

4 Dei alloquiū internum quam suauem animae sit.

Q Vam suavis sit Deus tunc in primis, cum piæ animæ pulcherrimam quoquo modo suam exhibens speciem, dulcissimam intrinsecus eam affatur alloquio, ille sane testis est optimus, qui id probauit aliquando, qualem certe Dauid Deo dilectissimū, nemo iure ambiget: Is namque id, quod aliquādo probarat, ardentissima desiderās cupiditate, hæc in Psal. 84. dicebat: a Deus tu conuersus, id est, conuertēs ad nos iucundissimam faciem tuam, speciem tuam nobis exhibendo spectandā viuificabis nos, id est, tanta nos reficies suauitate, vt qui propemodum mortui iacebamus absque tui aspectu, te inspicientes viuificemur: Ideoque plebs tua (huiusmodi viuificata dulcedine) letabitur in te. Quamobrem ostende nobis Domine misericordiam tuam, illustrans faciem tuā super nos, & salutare, salutemque tuam da nobis: ostendens quippe faciem tuam salui erimus. Explicans autem, in quo potissimū adeo suauem Deum ad se conuersum fenserit, b subiicit: Audiam, quid loquatur in me Dominus Deus, quoniam loquatur pacem in plebem suam: Ac si dicat: Dulcedinem illius in eius præsertim verbis percepi, quibus intrinsecus me alloqui solet, idcirco audiā, quid loquatur in me Dominus Deus: clariusue ipsam locutionis illius explicans dulcedinem, subiicit. Quoniam loquatur pacem in plebem suam. In istiusmodi namque pacis alloquio summam eius inesse dulcedinem, apud Isaiam per ipsummet Dominum expressum habes, vbi Propheta, cum dixisset: c Latamini cum Ierusalem, & exultate in ea omnes, qui diligitis eam, vt sugatis, & repleamini ab vberē consolationis eius, vt mulgeatis, & delicijs affluatis ab omnimoda gloria eius, scilicet Ierusalem, quæ Dei visio interpretatur, subiicit: d Quia hæc dicit Dominus: Ecce ego declinabo super eam quasi fluum pacis: Bene pacis fluium, quia dulcissimum pacis eloquium largisime, atque instar fluij egreditur de gutture Dei.

SI a omnium oculi in Christum erant intenti, si mirabantur omnes in verbis gratia, quae procedebant de ore ipsius, ita vt quotquot illum intuerentur, vel audirent, testimonium ei darent, vt asserit Lucas Euangelista, multo sane congruentius fuit, vt præ cæteris vniuersis B. Virgo, quæ in eundem suos semper coniectos habere nitebatur oculos, quæue iugiter ex eius ore pendebat, testimonium hoc illi daret: Guttur illius suauissimum, & totus desiderabilis.

Verum si de Christi etiam doctrina id accipiendum sit, quod guttur illius dicitur suauissimum, profecto testimonium istud B. Virginis repugnare ei videtur, quod supra ab ipsamet illa vt amarissima prædicata est, & laudibus celebrata encomio illo b labiorum distillantū myrrham primam. Haud tamen pugnantia hæc duo dicta censenda sunt, quia tamen, quæ à Christo præcipiuntur de tribulationibus perferendis, de mortificanda carne, passionibus spiritui subiiciendis, & rationi, myrrha sint amarissima: nihilominus cum ab illo præcipiantur, qui summa dulcedine sua dulcissima quæque reddit, etiam quæ amarissima est eius doctrina nedum suavis, sed & suauissima, ipsaque dicitur dulcedo. Quo loco perpēdendum & illud est, quod dum, dulcedinem tantam ei inesse, ait Virgo benedicta, apte admodum vocabulo gutturis, seu palati Christi eam insigniuit, quo significatur, dulcedinem hanc illi ob id potissimum inesse, quod ex eius procederet gutture, & palato, qui ipsamet est dulcedo: non secus ac aquæ euenire videmus transeunti per fistulas musco redolentes, aut melle delinitas, vt odorata, dulcisue sit.

6 Ps. 84. 7.

6 Ps. 84. 9. In pacis alloquio summa Dei dulcedo percipitur.

7 Is. 66. 10.

8 Is. 66. 12.

9 Gustus diuinorum quam magnus.

10 Ps. 30. 20.

11 Desiderium Dei, ac diuinorum quale sit in pia anima. Ps. 41. 2.

12 Desiderium Dei in anima à tribus excutatur.

Porro in eo, quod adicit, Et totus desiderabilis, videtur B. Virgo se gerere instar illius, qui fructū aliquē, cedrum verbi gratia, coram adstantibus laudans, postquam maiori, qua potest, eloquentia ostendere conatus est, quam ille pulcher visu sit, quam fragrans cortice, quā dulcis medulla interiori, quomodo idipsum, quod molestum in eo esse solet acre, sit sanum, semenque ipsius cordi maxime proficere, modicis tādē verbis id omne in eum confert laudis, quod in quocunque fructu expeti queat, breui dicens compēdio, illum totum esse saccharum, totum esse aurum, nihilue in eo esse, quod desiderium non excitet.

Vers. XVI. cap. V. Guttur illius suauissimum, & totus desiderabilis.

Appendix Expositionum, Ex Antiquis Patribus collecta.

P Araphrasis Chaldaica, Verba gutturis eius dulcia sunt sicut mel, & omnia præcepta eius desiderabilia sapientibus eius super aurum, & argentum. Si guttur mystici corporis quæramus Christi, quod hic comendatur, Gregorius Nyssenus, & Iustus Orge-litanus, ministros verbi Dei, ac Sanctos Doctores, & Prædicatores id esse, inquit. Cum enim vox est gutture oriatur, illiue vox Christi sint, vt colligitur ex eo, quod Verbi præcurfor, a vocē se esse, dixit: & ex eo, quod ait Apostolus: b An experimentū queritis eius, qui in me loquitur Christus? Cōgruenter & guttur ijde afferritur. Hi autem Verbi ministri, ait Nyssenus: quia mēbra sua vocalia cōcessere spiritui, sonū in eis edēti, nil nisi

nisi dulcedo sunt, mel diuinum è gutture suo promētes, cuius fruitio cupiditatem fatietate non imminuit, sed multo magis desiderium alit.

Fellus hoc Christi guttur ipsum Ioannem Baptistam esse, inquit, qui & propterea, vocem clamantem se esse, significauit.

Aponius vero eos censet esse Christi guttur, qui mundo ualedicentes, monasticam vitam agunt in diuinorum eloquiorum meditatione, nihil in se habentes amaritudinis: quin potius id omnē in se continētes, quod gaudij vel Deo sit, vel Angelis, quandoquidem sola mundanarum rerum sollicitudo tristitiam, & amaritudinem hominibus causat.

Quod si, non tam mystici corporis Christi, & Ecclesiae, quam ipsiusmet Christi guttur hoc loco celebratum, uelimus: iuxta communioem Patrum sententiam, eiusdem Christi uerba guttur istud asseremus cum Ambrosio ferm. 5. in Psal. 118. Theodorito, Casiodoro, Gregorio Papa, Catena Trium Patrum, Philone Carpathio, Beda, & alijs: quorum dulcedinem confirmant ex peruulgato illo psalmi: *c Quam dulcora faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo.*

Porro Tres Patres, Gregor. Papa, & Philo, quod generaliter de uerbis Christi dicitur, ad nouum referunt testamentum, idue illius guttur asserunt.

Anselmus non tam externa Christi uerba, quam internum eiusdem uerbum, id est, sensum uerborum illius ait esse guttur, quod recte dicatur dulcissimum: quia re uera suauissimum sit recipientibus.

Sed alia ratione Beda pro interna eiusdem Christi benignitate, qua factum est, ut dulcissima nobis loqueretur uerba salutis, idem accipit guttur illius.

Non desunt autem, qui & gutturis uocabulum pro gustu passiuè accipiunt, prout acceptum à nobis est in secundo litterae sensu. Nam & Rupertus Abbas, & Richardus de S. Victore, Dei guttur, ac Christi, de quo hic est sermo, intelligunt internum illius sapore, consolationes spirituales, & inexplicabilem, quae ex eis percipitur, dulcedinē. Notatque bene Rupertus, nulla guttur istud celebratum esse similitudine, prout reliqua membra: quia inexplicabilis sit.

Denique caelestem sponsum totum desiderabilem, seu, totum desiderium dictum asserunt Casiodorus, & Beda: quia perfectus Deus, perfectus homo. Et quia angelos, & electos quosque ad sui excitat desiderium. Addit Richard. quia desideratur in se atque etiam in membris suis. Sed communius est ceteris Patribus, quod asserit Rupertus Abbas, quia cum habetur, tunc magis desideratur: estque uisio eius in desiderio, & desiderium in uisione.

Ex Vers. XVI. cap. V. Talis est dilectus meus, & ipse est amicus meus, filia Ierusalem.

EXPOSITIO I.

Iuxta sonum litterae.

Concludit tandem uniuersam orationem suam sponsa, qua satisfacere omni studio enixa est, & interrogationi, qua ab instantibus fuerat interrogata puellis uerbis hifce: *a Qualis est dilectus tuus, ex dilecto, & pulcherrima mulierum? qualis est dilectus tuus ex dilecto, qui sic adiuuasti nos? & laudibus eiusdem dilecti, eaque concludit epilogo sane praestantissimo his uerbis: Talis est dilectus meus, & ipse, &c. Quae sane uerba triplicem possunt habere sensum: Vel enim accipiuntur indicatue, vel enuntiatue.*

Si indicatue sumatur, prout sumenda uidentur ex lectione Originalium Hebr. & Sept. quae ad uerbum sic habent: *Iste est dilectus meus: iste est amicus, seu, proximus meus: eorum primus sensus est huiusmodi.*

O filia Ierusalem, en uobis ad uium descripti, & meliori, quo fieri potuit, modo illū ob oculos posui, Hic

A ergo, qui talibus insignitus est membris, lineamentis, coloribus, gratijs, & ornamentis, est *meus dilectus*: ille est *meus amicus, & proximus*: iam si ipsum inueneritis, falli nequaquam poteritis. Sic primo isto sensu indicatur persona ipsa quasi ob oculos posita.

Quod si enuntiatue eadem sumatur, duobus modis exponi ea queunt: Vel enim per hanc satisfacit non solum ei puellarum interrogationi, qua petierant, sibi ab ipsa exponi qualitates dilecti sui, dicentes: *b Quales est dilectus tuus, &c.* Sed & alteri quoque eorundem petitioni, qua rationem exquisierant, cur ipsa tam ardentem illum deperiret, ut tam magna eas adtrinxerit adiuratione, dicentes: *Quia sic adiuuasti nos: Nec non & contemptui quoque illi satisfacit, quo eadē puellae dilectum ipsum eius parui facere uisa erat, cum iuxta uersionem Sept. dixissent: Quid dilectus tuus ex dilecto? &c. ut sensus sit.*

Hifce omnibus insignibus, notis, & qualitibus, *Paraphrasia Ierusalem*, hac eximia in membris singulis pulchritudine, his gratijs, his demum & ornamentis insignitus est *dilectus meus*; hacue, quam uobis exposui, praeditus est suauitate, & amabilitate. Iure ergo praedilectis omnibus ipsum unum pro dilecto habeo, pro amico, atque pro proximo.

Vel per hanc gloriabatur, quod & ipsa talem habeat dilectum, in eo totum amorem suum collocans; & uicissim pari ratione ab illo, qui tam insignis, ac praestans in omnibus est, diligatur: ut idipsum hic dicat, quod

C apertius alias significauit, cum diceret: *c Ego dilecto meo, & ad me conuerso eius: seu, d Dilectus meus mihi, & ego illi: ut sensus sit.*

Talis tantusque est ille quem tam ardentem diligo, & ipse cum talis, ac tantus sit, ut uobis exposui, *Paraphrasia Ierusalem, amicus est meus*, me amat, mihi que sua adherere non dedignatur amicitia.

Ex Vers. XVI. cap. V. Talis est dilectus meus, & ipse est amicus meus, filia Ierusalem.

EXPOSITIO II.

De prima Sponsa, quae est Ecclesia Sancta.

Declearari potest hic locus per ea Petri uerba, qui in sua prima epistola sic fideles alloquuntur: *a Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrates, sicut boni dispensatores multiformis gratiae Dei: Si quis loquitur quasi sermones Dei: si quis ministrat tanquam ex uirtute, quam administrat Deus, ut in omnibus honorificetur Deus per Iesum Christum. Indicat naque Ecclesia Sancta, Christum in se existentem ex sanctitate, & perfectione membrorum suorum: Ac si dicat.*

Hifce, quas uobis exposui, notis Christum in me ut in corpore eius gloriosum intueri uobis licet, quae estis caelestis *Ierusalem: ipse est amicus meus*, qui in singulis membris meis, quorum encomia audistis, operatur omnia, quae praecleara sunt, & laudabilia.

Ex Vers. XVI. cap. V. Talis est dilectus meus, & ipse est amicus meus, filia Ierusalem.

EXPOSITIO III.

De secunda Sponsa, quae est Anima Iusti.

Verba haec sunt animae humilitate simul, & charitate insignis, quae ita quidam de sua in Deum gloriatur edictione: ut gloriatio omnis in Deum ipsum redundet, optime ite callens, quod ab Apostolo dictum est: *a Non qui se ipsum commedat, ille probatus est, sed quem Deus commendat. Gloriatur, quod Deum diligit, in quem tamen uinca uoce, talis, id omne confert*

Fellus.
Io. Baptistam
guttur Christi.
Aponius.
Religiosi
guttur
Christi.

8
Verba Christi
sunt eius
guttur.
Ambros.
Theodor.
Casiodor.
Greg. PP.
Tres Patres.
Philo.
c Psal. 118.
103.

Testamentum
nouum est
guttur
Christi.

Anselmus.
Verborum
Christi sensus
est guttur
eius.
Beda.
Benignitas
Christi est
guttur illius.

9
Consolationes
spirituales
sunt guttur
Christi
suauissimum.
Rup. Abb.
Richard.
Desiderabilis
totus cur
dicatur
Christus.
Casiod.
Beda.
Rich. Vict.
Rupertus.

10
a Cant. 5. 9.

Primus
sensus.

Paraphrasia.

Secundus
sensus.

b Cant. 5. 9.

Paraphrasia.

Tertius
sensus.

c Cant. 7. 10.

d Cant. 2. 16.

Paraphrasia.

ii
Primus
sensus.

a 1. Pet. 4.
10.

in Ecclesia
quomodo
uidetur
Christus.

Paraphrasia.

12
Charitas
optima est
cum magna
humilitate
coniuncta.

a 1. Cor. 10.
17.

laudis

laudis & gloriæ, quod à sapiētibus, & intellectu perspicacibus potest excogitari. E vestigio vero sese demittit, dum adicit: *Et ipse est amicus meus*: contestans nimirum, haud quippiam exinde in Deum provenire laudis, quod ipsa illum tā excelsum, & gloriosum pro dilecto habeat suo: quin potius Deum, qui talis, ac tātus est, esse, qui ipsam per id commendat, dum eius amicus est. Neque charitatem ipsam suam in illum sibi adscribēdam, sed ei, qui prior ipsam dilexit, amicumque se ipsi exhibens, haud dedignatus est in amicam, ac proximam eam assumere. *b In hoc enim est charitas, ait Christi dilectus discipulus, non quasi non dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos.*

b l. Ioan. 4. 10.

Ex Vers. XVI. cap. V. Talis est dilectus meus, & ipse est amicus meus, filia Ierusalem.

EXPOSITIO IV.

De tertia Sponsa, quæ est B. Maria.

Iudeis, vel ad fidem conuersis, vel etiam ijs, qui in infidelitate perdurant, filiabus Ierusalem epilogo isto perbreui ostendit Gloriosa Virgo, Christum; cuius amore se laquere significat, prædictis omnibus insignitum notis, sed Deitate imprimis, & humanitate esse maxime illustrem: ob Deitatem quippe illius significandam ait: *Talis est dilectus meus*: Ac si dicat.

13
Christus
Deus, &
homo.

Paraphra-
sis.

Christus, quem vnum meum agnosco, fateorquē dilectum, talis est, qualem vobis delineavi, adeo excelsus, adeo eximius, vt hoc vnum dicere queā, quod *talis est*: Est enim Deus: Ob humanitatem vero adjicit: *Et ipse est amicus, seu, proxim us meus*: Ac si dicat: *Et ipse, qui talis est, & Deus, est proximus meus* cognatione carnis, & filiatione proxime mihi vnitus.

Ex Vers. XVI. cap. V. Talis est dilectus meus, & ipse est amicus meus, filia Ierusalem.

Appendix Expositionum, Ex Antiquis Patribus collecta.

14 Paraphrasis Chaldaica. Hæc est laus dilecti mei, & hæc fortitudo virtutis Domini dilecti mei, o Prophetæ, qui prophetatis in Ierusalem.

Cassiodor.

Nihil hoc loco notandum ex Patribus occurrit, nisi quod Cassiodorus, à quo non discrepant reliqui, asserit, Christum dici quidem dilectum Ecclesiæ, vel animæ, quia hæc per fidem, & charitatem illi inhaerent: Dici vero amicum earundem; quia ipsas de vinculo peccati redemptas, secretorū suorum conscias facere dignatus est.

Rup. Abb.
a l. Ioan. 4.
10.

Animaduertit autem Rupertus Abbas, Christum prius dicendum amicum, quam dilectum: quia *ipse prior dilexit nos*, vnde postmodum cōsecutum est, vt & nos illum diligeremus.

Vers. XVII. cap. V. Quo abiit dilectus tuus, o pulcherrima mulierum? quo declinavit dilectus tuus, & quæremus eum tecum?

EXPOSITIO I.

Iuxta sonum litteræ.

I
Primus
sensus.

ET hanc quoque sententiam peregrino sane artificio Salomon adiunxit ad panegyricam sponsæ orationem de laudibus, & eximijs dotibus dilecti. Ea enim mirum in modum totum id, quod dictum fuerat, affectu subito, quod tantam illius pulchritudinē, & suauitatem, vel auditam dumtaxat, consecutum in

A ipsis erat, confirmatur à toto puellarum choro: Inducant quippe omnes simul, per auditas, & ob oculos quodāmodo sibi positas tales dilecti eius qualitates, tantas intra se erga illum succensas amoris flammæ, vt omnino illum quærere, inuenire, & intueri decreuerint. Ne tamen æmulatione, atque zelotypia sponsæ eius animum turbent, vna cum illa eum quæsitura se spondent. Æque est autem, ac si hisce illam alloquantur.

Tantas nobis iniecisti amotis dilecti tui flammæ; tantoque eius videndi desiderio cōcitamur, quem tu

Paraphra-
sis.

B *totum desiderium prædicasti, totumque desiderabilem*; vt vnum dumtaxat nos morerur, ne illum conueniamus, quod nescimus, qua ad ipsum tendendum sit: Tu igitur, quæ iure optimo tam grandi nos obtestata es adiuratione, vt, si illum inuenissemus, nuntiaremus ei, quod amore langueas; quæue noscis, ad quæ loca declinare is consueuerit, indica nobis, quo nam ipse abiit, quæue ex parte declinavit, Hebr. & Septuag. quo respexit, quod Italice diceremus, *qual strada pigliò*, cum à te discessit; si enim id nobis exposueris, nos illico *quæremus illum tecum*.

Secundus
sensus.

Præter hunc, quem bonum sane arbitror, duo insuper alij addi possunt sensus satis & ipsi boni: & quidem probabiliter fortasse is erit, quo dicemus, verbis hisce à puellarum choro testificatum sponsæ, quam illi condolent de dilecti tam insignis absentia, quætaue eius commotæ essent commiseratione: vt tantundem sit, ac si ita illam alloquerentur.

Cum tam illustri, tam decoro, tamque suauis sit dilectus iste tuus, haud certe miramur, quod eius amore langueas, quodue nos ea obtestata sis adiuratione, vt, si illum inuenissemus, nuntiaremus ei, quia tu amore langueas; quin potius tu mihi miseretur, tibi que ita condolendum putamus; vt & nos quoque promptas exhibeamus ad illum tecum quærendum: Dicit tu nobis, qua ex parte is iter arripuerit, cum à te declinavit ad modicum tempus: *Tecum* certe per varia *quæremus* loca, ad quæ declinare eum nouerimus solitum.

Paraphra-
sis.

D Tertio denique per hæc eadem puellæ ipsam euenientes panegyricam, quam à sponsa factam acceperant, orationem de dilecti laudibus, ad id respondere videntur, quod sub conditione adiurata ab ea fuerūt supra in vers. 8. *Si inueneritis dilectum meum*, &c. Ac si dicant.

Tertius
sensus.

Tam ad viuum nobis descripsisti, tæue insignibus, apertisque notis delineasti dilectum tuum, vt, quem alioquin nec inuentum agnouissemus, inuenturæ nūc sane sumus, si illum inspicere liceat: Ignoramus, qua illum quæramus, indica tu nobis, quo abiit, quæue ex parte is iter arripuit, quæ in loca declinare consuevit, & inueniemus illum tuto; Tu enim, & nos tecum vnde quæque *quæremus eum*.

Paraphra-
sis.

Vers. XVII. cap. V. Quo abiit dilectus tuus, o pulcherrima mulierum? quo declinavit dilectus tuus, & quæremus eum tecum?

EXPOSITIO II.

De prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

Verba sunt illorum Sanctorum qui filie Ierusalem nuncupati fuere, utpote ad cælestem spectantes Ierusalem, nuncque in mystica Ierusalem, & in Ecclesia demorantes, vt eius filij: Hi quippe quo magis Christi gloriæ, & decoris in mystico eius corpore enitentis spectatores quodāmodo facti sunt per eximiam eius descriptionem in præcedentibus factam, eo maiori erga Ecclesiam ipsam Catholicam cōmoti miseratione, quod viderent, eūdem eius dilectum in aliquibus Prouincijs ab illa declinasse, in quibus Christi fides recta defecit; offerunt sese in eius adiutorium, vt vna cum ipsa prædicatione, ac precibus Christum conueniant. Quia vero nesciunt, quo potissimum in loco, quibus in Prouincijs fructum facere

2
Primus
sensus.

Ecclesia hæ-
resibus con-
cussa pij-
que compa-
tiantur.

queant; eandem rogant Ecclesiam, doceat eos, quo
Christus abierit, quoue declinauerit: Declinasse enim
illum è Prouincia in Prouinciam aliam, è populo in
populos alios, fat norunt, vt patet nostris hisce tem-
poribus, in quibus, dum abscedit Christi fides ex ali-
quibus Europe Prouincijs, tendit idemmet Christus
in maximas, & multas Prouincias Indiae, in quibus
eius indies proficit fides. Istiusmodi itaque loca pe-
tentes dicta filia Ierusalem, Catholicam Ecclesiam
pulcherrimam inter mulieres, sectasue, & collectio-
nes vniuersas ita affari videntur.

Paraphra-
sis.

Condolemus sane tibi; opem nostram tibi offeri-
mus; ediffere tu nobis, quæ in loca abierit Christus
dilectus tuus, quosue sua miseratione respexerit, absce-
dens à te in istis, & istis Prouincijs; vt in eos nostrum
impendere possimus studium: apud illos certe eun-
dem *queremus*, sed non absque te; neque enim vniquæ
sine reeta fidei tuæ doctrina inuenire illum in quo-
quam possemus.

*Vers. XVII. cap. V. Quo abiit dilectus
tuus, ô pulcherrima mulierum? quo
declinavit dilectus tuus, & quære-
mus eum tecum?*

EXPOSITIO III.

De secunda Sponsa, quæ est Anima Iusti.

3
Colloquiis
bonis quan-
tum profi-
ciunt anime
in dilectione
Dei.

Quantos in dilectione progressus faciant singuli
quique fidelium ex bonis colloquijs, ac præler-
tim ijs, in quibus Dei exponuntur magnalia, ex hoc
loco colligere licet facillime: Animæ enim illæ, quæ
ob probitatem suam filia Ierusalem nuncupari me-
rentur, auditis præstantissimis Dei præconijs, quæ à
perfectiori ite anima insigni oratione exposita fuere,
tanto erga eundem Deum accensi sunt desiderio, eo-
que cellas in se eleuatas sensere charitatis flammam;
vt pro ipso querendo, atque inueniendo, vniuersa nõ
dubitent omittere, omnia detrimentum facientes
propter eum, quem vnum cogitant, quemue deside-
rant vnum. Videtur autem illis id euenisse, quod eue-
nirèt illis, qui audirent quempiam narrantem, se in-
uenisse auri fodinam, proponentemque arenam, &
frustra auri, quæ ibi reperit: sicut enim illi huiuscemo-
di thesauri inueniendi desiderio inflammati, peterèt,
vbinam repererit fodinam illam, quæ in parte, se e-
nim paratos ad illam querendam, & fodiendam, vt
tantas obtineant diuitias exhiberent: Ita & hi, quonã
abierit tam eximius dilectus eius petunt, quoue res-
pexerit consolationum suarum respectu; quibus ni-
mirum in studijs, & exercitijs spiritualibus reperiri is
queat dulcis, atque suavis. Notandum autem, bene eos
dixisse: *Et queremus eum tecum*: nam cum facillimum sit
errare in assumendis particularibus exercitijs spiri-
tualibus: tunc præsertim cum in ijs queruntur sensi-
biles Dei gustus; optare se quidem, inquiunt, nosse,
quo in studio potissimum dulcissima faciei suæ con-
uersione respicere Deus solet: querere etiam illum
in eo velle studio, at non sine ductore.

Quanto stu-
dio queren-
dus sit Deus
Simile.

In vita spiri-
tuali quam
necessarius
sit ductor.

*Vers. XVII. cap. V. Quo abiit dilectus
tuus, ô pulcherrima mulierum? quo
declinavit dilectus tuus, & quære-
mus eum tecum?*

EXPOSITIO IV.

De tertia Sponsa, quæ est B. Maria.

IVdæorum voces hæ sunt, eorum, quibus in Ierusa-
lem B. Virgo Christum aliquando celebrasse cen-
senda est, cum post illius ascensionem tam ardenti cu-
pitudine populi sui salutem exoptabat, vt pro eorum
conuersione omnem mouerit lapidem: Si enim ad
vnam Petri prædicationem a circiter tria Iudæorum
millia ad Christi fidem conuersos legimus in Actibus
Apostolorum, cur ad Mariæ verba complures item
eorundem conuersos, ambigamus? Hi ergo, qui filia-
rum Ierusalem nomine nuncupantur, iam tantæ Vir-
ginis puritatem, & sanctitatem agnoscentes, propriis-
simo sane illam appellat nomine pulcherrimæ mu-
lierum: suam fatentur ignorantiam de Christo pristi-
nam: commotos se afferunt ad illum querendum per
eximias, quas ab ea audierant illius prærogatiuas; ex
tam certis, quæ ab ipsa acceperant, eius indicijs, præ-
stantissimisque notis illum se inuenturos confidere,
dummodo per ipsam expediatur, & illud norint, quo
is se contulerit, quosue populos aspectu suo respexerit
benignissimo: velle enim illum omnino querere; at
non absque illa duce, quam primam habuissent in-
structricem.

4
Maria opem
implorant
Iudæi ad
Christum
querendum,
& inuenien-
dum.
Act. 2. 41

*Vers. XVII. cap. V. Quo abiit dilectus
tuus, ô pulcherrima mulierum? quo
declinavit dilectus tuus, & quære-
mus eum tecum?*

Appendix Expositionum, Ex antiquis Patribus
collecta.

Paraphrasis Chaldaica. Responderunt Prophetæ.
cum audierunt laudes Domini ex ore cœtus Is-
rael, & ita dixerunt: Propter quod peccatum sublata
est de medio tui Maestas Domini: ô tu, quæ pulchra
es in operibus tuis super omnes nationes? & ad quæ
locum declinavit dilectus tuus, quando eleuatus est
de sanctuario tuo? Dixit cœtus Israel; propter pecca-
ta, & rebelliones, & prodicionem, quæ inuentæ sunt
in me: dixeruntque Prophetæ: Nunc conuertere ad
pœnitentiam, & surgamus tu, & nos & oremus co-
ram eo, & quæramus misericordiam tecum.

Quatuor apud veteres Patres, qui omnes in huius
loci exposit. conueniunt, notanda occurrunt.

Primum, quod Cassiod. ponderans verbum, *decli-
nauit*, exinde deducit, Christum ad tempus solūmodo
à pia anima declinare: idque, vt illam probet.

5
Cassiodor.
Christus non
discedit, sed
declinat à
pia anima.
Greg. PP.

Secundum, quod ait Gregorius Papa: cum alter
ab altero sciscitatur, qualiter Christus inueniatur, nil
aliud petere; quam quomodo quæri is debeat.

Tertium Bedæ ponderantis, quod dicitur: *Quære-
mus eum tecum*: Qui enim Christum sine Ecclesia quæ-
rit, errare, & fatigari potest, proficere tamen nullate-
nus valet.

Beda.
Inueniri ne-
quit Chri-
stus sine Ec-
clesia Catho-
lica.
Anselmus.

Quartum Anselmi, piam animam querere, in quo-
rum cordibus Christus requiescat, vt eorum exem-
plo ædificetur: id quod animaduertent, & Cassio-
dorus, & Beda.

C A P V T S E X T V M.

- 1 **D**ilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatum,
 ut pascatur in hortis, & lilia colligat.
- 2 Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui pascitur inter lilia.
- 3 Pulchra es amica mea, suavis, & decora sicut Ierusalem: terri-
 bilis ut castrorum acies ordinata.
- 4 Auerte oculos tuos à me: quia ipsi me auolare fecerunt: Capilli tui sicut grex
 caprarum, quæ apparuerunt de Galaad.
- 5 Dentes tui sicut grex ouium, quæ ascenderunt de lauacro, omnes gemellis fœ-
 tibus, & sterilis non est in eis.
- 6 Sicut cortex mali punici, sic genæ tuæ absque occultis tuis.
- 7 Sexaginta sunt Reginae, & octoginta concubinae, & adolescentularum non est
 numerus.
- 8 Vna est columba mea, perfecta mea: vna est matri suæ, electæ genitrici suæ.
 Viderunt eam filia, & beatissimam predicauerunt: Reginae, & concu-
 binae, & laudauerunt eam.
- 9 Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra, ut Luna,
 electa, ut Sol, terribilis, ut castrorum acies ordinata.
- 10 Descendi in hortum nucum, ut viderem poma conuallium, & inspicerem, si
 florisset vinea, & germinassent mala punica.
- 11 Nesciui: anima mea conturbauit me propter quadrigas Amminadab.
- 12 Reuertere, reuertere Salumitis: reuertere, reuertere, ut intueamur te.

CAPITIS

CAPITIS SEXTI

VERSICVLVS PRIMVS.

Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatum, ut pascatur in hortis, & lilia colligat.

EXPOSITIO I.

Iuxta sonum litterarum.



Ameti non defuerint, qui nouæ actionis initium in his verbis proponi arbitrati sint; probabilior nihilominus, & communior Expositorum sententia ad superiorem actionem hæc refert: Verum in communiore isto consensu ingens adhuc inter Expositores ipsos reperitur dissentus; existimantibus aliquibus, nequamquam hæc iungenda cum immediate præcedentibus in fine capitis quinti, *Quo abiit dilectus tuus*, &c. nec sumenda ut responsionem factam ad prædictam puellarum interrogationem, qua illis in dicitur locus ubi dilectum ipsum reperire possint; sed esse soliloquium potius quoddam sponsæ, exiguam suam subaccusantis memoriam, quod tam sedulo studio, tantisque laboribus, & ærumnis suum quæserit dilectum, prout explicauit in superiori capite §. à vers. 6. cum facile conuenire illum potuisset, si id memoria versasset, quod modo recordabatur, illum descendisse in hortum suum ad areolam aromatum. At certe secundum sententiam istam nimis vecors arguitur sponsa, quæ sapientissima esse supponitur, utpote sapientissimi Salomonis; nec, ardentissime amantem decere, crediderim, ita expertem esse memoriæ eorum præsertim, quæ ad dilectum ipsum suum pertinent, ut sponsa hic esse conuincitur.

Melius ergo, & contextui congruentius hæc ipsa, quæ hic dicuntur, sumenda videntur ut responsio ad immediate præcedentem interrogationem, prout vterque sensit Gregorius, Theodoritus, Catena Trium Patrum, alijque nostrorum interpretum, præter vniuersos Hebræorum doctores: Parum enim interest, quod interrogatio illa in cap. 5. est, hæc vero in sexto, cum iam in superioribus quoque obseruare liceat, & in subsequentibus, sæpius in hoc Cantico initia sequentium capitum spectare ad ea, quæ dicta fuere in fine capitis præcedentis, ut initium capitis secundi, *Ego flos campi*, &c. initium cap. 4. *Quam pulchra es amica mea*, &c. initium capitis quinti, *Veniat dilectus meus in hortum suum*, &c. necnon & initium capitis septimi, *Quid videbis in Sulamite*, &c. c. mitto quod ab Hebræis, quos & Greg. Nyssen. secutus videtur, initium capitis huius sexti à præcedenti puellarum interrogatione, *Quo abiit dilectus tuus*, &c. desumitur.

Licet autem & contra hanc sententiam illud ipsum obijci possit, quo aliorum eneruatur opinio, vecordiam nimirum, & ingentem obliuionem in sponsa argui, quæ illum tam sedulo à se quæsitum dixerit, quæ tamen ubi reperiri posset, sat habebat compertum: nihilominus haud quidquam id nobis, nostræque officit sententiæ, si superiorum recolamus contextum: nam quod sponsa retulit, per Ciuitatem tanto se studio dilectum suum quæsisse, ut & flagella, & vulnera, & expoliationem à circitoribus, & à murorum custodiibus sustinerit, nec tamé illum inuenerit, ad narrationem somnij, quæ cepta fuerat, in verbis illis, *a Ego dormio*, &c. spectare diximus. Ex occasione vero prædictæ narrationis somnij, quam toto versu octauo conclusit, ad ardentius dilecti eiusdem præsentiam optandam magis magisque commota ipsamet sponsa

A in versu nono, quas alloquebatur, ita adiurauit socias: *Adiuro vos: filie Ierusalem, si inueneritis*, &c. iisdemque postmodum sociabus ipsum suum descripsit dilectum; adeo ut illæ pariter amore in eum succensæ, & miseratione in sponsam quoque commotæ, quod talis dilecti præsentia orbatâ viderent, de loco ipsam interrogarint, ubi is conueniri posset, dicentes: *Quo abiit dilectus*, &c. quam certe interrogationem nullatenus fecissent, si ex illis eius verbis, *Adiuro vos, si inueneritis*, &c. arguendum esset, ignotum illi eum fuisse locum, prout supponunt nonnulli: quin potius ea interrogatio supponit, pro certo ipsas habere, sat sponsæ exploratum eum esse locum, quo dilectus ipse tetendit, cum ab ea discessit: id quod responsione hac sua ipsamet patefacit, dum ait: *Dilectus meus descendit in hortum suum*, &c. Quomodo vero locum illum ignorare ea poterat, quem tam apertis significationibus dilectus ipse ei indicarat tum in præcedenti capite quinto, ubi dixit: *b Veni in hortum meum, soror mea sponsa: Mesui myrrham meam cum aromatibus meis*: tum in capite quarto ad eundem locum illam inuitans, ac dicens: *c Vadam ad montem myrrhe, & ad collem thuris: Veni de Libano*, &c.

In consuetum hunc ergo, sæpiusque subindicatum locum sponsa profectum, hic inquit, dilectum suum; noratque, in quam potissimum sese ille contulerit horti partem, addens: *Ad areolam aromatum*, seu *ad sulcos*, ut legunt Hebræi; vel *ad phialas aromatis*, ut vertunt Septuag. in pulchriorem nimirum aream, in qua perpulchre, & topiario opere plationes confixæ essent aromaticæ, quibus is maxime oblectari consueuerat, ut ex prædictis eius verbis, *Vadam ad montem myrrhe, & collem thuris*; & *Veni in hortum meum: mesui myrrham meam cum aromatibus meis*, colligere licet. Præclare autem, quæ eiusdè dilecti sui bonum seruare studet nomen, ne puellæ, ad quas verba habebat, otiosum virum illum arbitraretur, qui otij dumtaxat gratia hortos adiret; ad quid eo se is contulerit, exponit, addens: *Ut pascatur in hortis, & lilia colligat*: duo indicas, quæ ibi ab illo exercentur studia; seduli pastoris alterum; alterum vero solliciti amantis; ut tanquæ bonus pastor in vberimis, & irriguis hortorum pascuis suas pascat oues (verbum enim pascatur, deponetialiter, transitive, & ut ad pastoritiam spectans artem sumendum, indicat verbum *מְרִיבֵי*, quo vsi sunt Sept. nec nõ etiam Hebraicum verbum *לִרְנוֹת* lirenoth, *pascere*, eo modo, quo & in subsequenti versu, & sæpius quoque in superioribus idem vsurpatum reperitur, ubi dicitur: *(d Qui pascitur inter lilia:)* Atque ut tanquam amator quoque sollicitus in hortis iisdem lilia colligat, quibus corollas suæ contextat sponsæ.

Vnus hic enodandus superest serupulus, qui ex verbo, *descendit*, videtur insurgere: neque enim nobis sat illud esse potest, quod cõmuniter ab alijs dici solet; iter nimirum istud sponsi dici descensum; quia locus, & scena huius dramatis cõstituat Ierosolymis, quæ in edito montis est sita, ad cuius montis radices horti extiterint amcenissimi: cum supponamus & supra quoque supposuerimus, vnum eundemque esse sponsi hortum, areolamque aromatum, ad quem hic ille profectus dicitur, atque is, ad quem in cap. 4. spõsam

Greg. Nyss. Greg. Pap. Theodor. Tres Fratres.

Greg. Nyss.

Connexionis series.

a Cant. 5 2.

b Cant. 5. 1

c Cant. 4. 6.

d Cant. 2.

17.

2

e Cant. 4. 6. *fam inuitans, profecturum se, dixit iis verbis: e Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris, quemue in fine capitis octauu ipsamet sponsa mōtes appellauit aromatatum, cum dixit: fuge dilecte mi, & a similitare capre, e, binuoluoque ceruorum super montes aromatum. Porro si hortus, areolaque aromatum, ad quæ dilectus profectus esse asseritur, montes aromatum sunt, mons myrrhæ, colliques thuris, ascendisse in ea potius, quam descendisse is dicendus fuisset. Aptissime nihilominus descendendi verbo vsa est sponsa recolens, quæ ab ipso dilecto sibi dicta fuerant, quando ad dictum hortum inuitata in capite quarto, de agro tāquam de cellissimis, asperimis, & periculosis montibus ad facillimos iucundissimosque vocata est mōtem myrrhæ, & collem thuris, vbi ei dictum est: g Vadam ad mōtem myrrhæ, & collem thuris: Veni de Libano sponsa mea, veni de Libano, veni, coronaberis de capite Amanæ, de vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum, prout ibi explicatum videre est. Eamdem ergo prosequens metaphoram, de agro tamquam de cellissimis montibus, ad faciliores colles, montanosque hortos sponsum imitata, descendisse illam inquit, summaque cum voluptate eo tetendisse.*

g Cant. 4. 7. *Quæ dicenda essent circa Hebraicam vocem, sulcorum aromatis, seu etiam vocem, Phialarū aromatis, qua vsi sunt Sept. vbi noster Interpres, Areolam aromatum, vertit, videri possunt fusius explicata superius in expof. prima verborum illorum vers. 13. cap. 5. h Genæ illius sicut areola aromatum consistit a pigmentariis.*

h Cant. 5. 13. *Colligentes itaque farcinulas post lōgiorem præsentis loci pertractationem, quod sponsa hic propofitæ interrogationi respondet, breuiter tale est.*

Paraphras. *Reminiscor, dilectum ipsum meum, cum ad me in vinea mea existentem aduentasset, laudumque mearum panegyricum inexplicabili cecinisset suauitate, significasse, velle se ad montem myrrhæ proficisci, & ad collem thuris, atque ad hortum suum, quo me pariter inuitauit, vt secum proficiscerer: Abijt autem is in hortum illum suum aromaticis confitum plantationibus, summo artificio, topiarioque opere in phialarum formam elaboratis, vt ibi tum boni pastoris expleat munus, pascens oves in hortis, pascuisque vberimis; tum sollicitum se præ se ferat amantem, colligens lilia quibus corollas suæ contextat dilectæ, quas certe mihi pollicitus ille est, cum me ad eundem inuitas hortum, iis vsus est verbis: Veni de Libano sponsa, veni de Libano, veni, coronaberis, &c.*

Reminiscor, dilectum ipsum meum, cum ad me in vinea mea existentem aduentasset, laudumque mearum panegyricum inexplicabili cecinisset suauitate, significasse, velle se ad montem myrrhæ proficisci, & ad collem thuris, atque ad hortum suum, quo me pariter inuitauit, vt secum proficiscerer: Abijt autem is in hortum illum suum aromaticis confitum plantationibus, summo artificio, topiarioque opere in phialarum formam elaboratis, vt ibi tum boni pastoris expleat munus, pascens oves in hortis, pascuisque vberimis; tum sollicitum se præ se ferat amantem, colligens lilia quibus corollas suæ contextat dilectæ, quas certe mihi pollicitus ille est, cum me ad eundem inuitas hortum, iis vsus est verbis: Veni de Libano sponsa, veni de Libano, veni, coronaberis, &c.

Verf. I. ca. VI. *Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolā aromatum, vt pascatur in hortis, & lilia colligat.*

EXPOSITIO II. De prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

3 *Reformatio nem in Ecclesia Catholica tunc excitat Christus, cum hæreses magis insurgūt.* **Q**uod in more, obseruatum est, esse Christi Domini nostri, Ecclesiæque dilecti, vt cū deficiēte fide in Prouincia aliqua, ab Ecclesia illius Prouinciæ discedere videretur, qui se nobiscum vsque ad consummationem sæculi fore pollicitus est, singulari, ac præcipuo gratiæ suæ auxilio Catholicam confouens Ecclesiam, in illam quasi nouo quodā descendat aduentu, vnde in eadem consequitur morum reformatio, illustrior fidelium decor, & fragrantia suauior: Hoc nūc ipsamet fatetur Ecclesia: interrogata enim à filiabus Ierusalem, quo Christus abierit, quando ab ea in Prouinciis quibusdam declinauit, prout conquestā illam audierant in superioribus; ad semet ipsam, hortumque ipsius aduentasse eum, inquit: aptissimis autem verbis totum id explicat, quod ab illo, & per illum factum in se est. Primo enim suum eum vocas dilectū, vt dilectam se pariter ab illo habitam indicat, quod apertius in subsequenti explicabit versu, nouit quippe,

sponfam se ab illo nūcupatam, eum & hortus pariter dicta est in cap. 4. a Hortus conclusus: foror mea sponsa, hortus conclusus: ideoque ad se vt ad hortum quidem & vt ad dilectam descendisse illum, ait: Descendens autē vsus est verbo: tum vt ostenderet modū, quo in ipsam venit: per gratiam nimirum speciale, quæ instar pluuia è caelis descendit, iuxta illud Psalmi: b Pluuiam voluntariam segregabis Deus hereditati tuæ, & infirmata est, tu vero perfecisti eam: id est cum infirmata videretur perituum abcessum, tu descendens sicut pluuia in vellus, gratia ipsa tua speciali perfecisti eam: tum, vt occasione quoque subindicaret talis eius aduentus: quia scilicet à Prouinciis hæresi infectis vt ab asperimis, difficillimisque montibus abiciens, pergrato iucundissimoque fauore in ipsam vt in deliciarum suarum hortum deuenit, morum reformationē in ea causans: descendere enim dicitur, qui ab excelsis asperimisque deuenit montibus. Ideoque, cum haud asignanda est istiusmodi occasio similis eiusdem Christi aduentus, nequaquam hoc reperitur verbū descendendi, vt colligitur ex principio capitis quinti, vbi & Ecclesia Christi inuitatis, c Veniat, inquit, dilectus meus in thorum suum: & Christus: Veni, ait, in hortū meum foror mea sponsa.

B Porro, quia Catholica Ecclesiæ reformatio, quæ fit ex dicto Christi aduentu, elucet maxime in reformatione trium in primis ordinum, Clericorum, Religiosorum, ac Virginum, seu continentium: ideo postquæ dixit, Dilectus meus descendit in hortum suum, tres addidit partes eiusdem sententiæ: Ad areolam aromatum: Vt pascatur in hortis: & vt lilia colligat, in quarum singulis vnū prædictorum designat ordinum: siquidem ordinum Clericorum nomine designat, areolam aromatum: ipsi enim sunt, qui nedom prædicatione verbi Dei; sed & vitæ sanctitate odorem ad plebem fidelium deferunt notitiæ Christi, illius bonus odor existentes in omni loco: ipsi sunt, qui aromata pro populo proferunt orationum, & sacrificiorum, quibus diuinas recreant nates: Hinc est, quod ad hanc potissimum areolam aromatum, ad hunc potissimum ordinē speciali auxilio gratiæ suæ descendisse dicitur Christus, cum ab hæreticis fugatur, vt nimirum illum reformet: neque enim frustra ad talem descendit areolam, sed vt aromaticas, quæ in ea consistunt, plantationes excolat, quo maiorem proferant aromatum copiam, vtue ea ipsa colligat quæ protulerint virtutum aromata, metens in eis myrrham mortificationis, & passionis suæ cum reliquarum etiam virtutum aromaticis suis, prout alias significauit in principio capitis 5. reddentque Clericos ipsos configuratos similitudini vitæ, mortisque suæ. In versione Septuag. Phialæ aromatis, nuncupati ijdem reperiuntur: Dilectus meus descendit in hortum suum ad phialas aromatis: in Ecclesiam quippe descendens Christus Clericorum ordinem reformas, eundemque vt areolam aromatum excolens, efficit, vt singuli quippe eorum, instar aromaticarum plātationum topiario opere in phialarum formam contextarum, phialas se exhibeant, è quibus quotquot ad illos accesserint, aromata hauriant virtutum vniuersarum, & per quos ante thronum Dei odoramenta spargant orationum, imitantes seniores illos, qui in Apocalypsi phialas suas ante thronum Dei fudisse leguntur aromaticum, & odoramentorum, quæ sunt orationes Sanctorum. Quia vero ad Clerum spectant & Religiosi, quorum tamen ordo distinctus in Ecclesia est ab ordine Clericorum, in Catholicam Ecclesiam, vt in hortum suum descendens Christus, & ad Clerum vt ad areolam aromatum, in hortis multiplicium Religionum pascere dicitur oves suas: Vt pascatur in hortis: In reformatione siquidem Ecclesiæ sicut areolam excolit ordinis Clericalis; ita & singulos excolit hortos Religionum, in quibus tamquam in pretiosis, apteque dispositis hortis delictari consuevit, ab æstu declinans sæculi. Perbellè autem sponsa & illam sanctarum Religionum reformationem per Christi in se descensum f. cta in finuat, dum ait: Vt pascatur, seu vt pascat in hortis: sane enim

a Cant. 4. 18 *Aduentus Christi in Ecclesiam, & enim hinc per noue gratie exhibitionem. b Psal. 67. 10.*

c Cant. 5. 1. *num suum: & Christus: Veni, ait, in hortū meum foror mea sponsa.*

4 *Reformatio Ecclesiæ elucet maxime in reformatione Cleri.*

Clericorum ordo quando fit areolæ aromatum.

Clerici cur dicuntur areolæ aromatum.

Apoc. 5. 8. *Religiosorum reformatio quam necessarius ad reformationem Ecclesiæ.*

5 *Religiones obseruantes sunt hortus, in quibus Christus pascit fideles etiam seculares.*

enim in hortis, iis præsertim, qui pretiosiores sunt, & nobiliores, haud moris esse nouimus, vt bruta pascantur animalia, quæ vniuersa deaustaret, conculcarentque, nulla habita ratione plantarū, florum, fructuumque, nec dispositionis, ac artificij, quibus maxime cōciliatur voluptas: sed homines, qui singulorum pulchritudinem admirantes, eximiumque eorum omnium, quæ in eis disposita sunt, ordinem considerantes, oculis iucundissime in eis pascuntur. Quid vero ordinatius conspici in hoc mundo potest, quam recte instituta religiosorum conuersatio? Quid eorundem vnione iucundius? Quid eorum obseruantijs venustius? Quid tranquillitate suauius? Quid studijs, spiritualibusque exercitijs fructuosius? Vbi maior aromatum, orationumque copia? Vbi vberior pomorū charitatis, multipliciumque fructuum, & virtutum omnium prouentus, quam in hortis hisce voluptatis, dū recte à Christo fuerint exculti? Quid ergo miramur, si rationales oues suas, eosque etiam, qui in sæculo degunt, in istos is ducit hortos, quādo tanquam bonus pastor sanctam Religiosorum vitam illis ob oculos ponit: cum nil sane reperiri ab illis queat, quo maiores in eius fide, & in vita spirituali acquirant vires. quā pastus istiusmodi? Porro, quia sicut nulla re magis venustas deturpatur Ecclesiæ, quam Clericorum, Religiosorumque libidine, è qua potissimum contra illam oblatrandi ansam desumere solent hæretici: ita nulla re magis decoratur, quam continentia, puritateque eorundem, quamue & Virginum ordine. Idcirco referens Ecclesia ipsa Catholica, quomodo insurgentibus alicubi hæresibus, speciali exhibitio auxilio gratiæ suæ Christus eius dilectus in se descenderit, vt ipsam reformaret, reformationem hanc in Clericali præsertim ordine, atque in ordine Religiosorum efficiens: ideoque ad areolam aromatum descenderit, vt pascatur in hortis, addit, & lilia colligat: è lilijs nimirum cœlibum Clericorum, continentiumque Religiosorum, atque candidissimarum, & suauolentium sanctarum Virginum coronam compacturus, qua illam coronet: vt, sicut ipse virginum choro semper comitatus incedit tanquam sponsus decoratus corona: ita & eā pariter vt sponsam liliorum eorundem corona circundet, qua inter vniuersas infidelium, hæreticorumque sectas vti Regina emineat: Quod itaq; hoc loco à catholica dicitur Eccles. breuiter tale est.

Paraphra. sis.

Christus, cuius abscissum dolui coram vobis filie ad cœlestem spectantes Ierusalem, à Prouincijs quidem illis, quæ hæresi infectæ sunt, discedens vt ab asperimis, difficillimisque montibus, speciali gratiæ suæ exhibitione in me descendit, montem quidem excelsum, at sibi facilem, atque suauem, exfulcitarum hæresum occasione gratia ipsa sua, quam denuo mihi exhibuit, reformationem in me efficiens: Descendit autē ad reformandum in primis ordinem Clericalem, vt exculturus areolam aromatum: necnon & ordinem Religiosorum, qui in bene ab ipso excultis Religionum, ac monasteriorum hortis vitam degunt à sæculi perturbationibus semotam: in hortis hisce rationales suas pasturus oues, quibus eorundem Religiosorum sanctam conuersationem spectandam proponit: Descendens autem in me vt in peculiarem hortum suum, descendit, vt singularis dilectus meus ad me vtique dilectam itē suam, vt Clero reformato, & Religiosorum ordine, tanquam ipsius sponsæ collectis è me fragrantissimis, candidissimisque cœlibum, continentium, ac Virginum lilijs, coronam mihi compingat gloriosissimam.

A *Vers. I. cap. VI. Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatum, vt pascatur in hortis, & lilia colligat.*

EXPOSITIO III.

De secunda sponsa, quæ est Anima Iusti.

B *Q* Vi delicias suo exhibere velit amico, in voluptatis hortum, nobilifque tendit in viridarium suum; ibique in secretioribus, pulchrioribus, ac iucundioribus horti partibus fructus, floresque colligens, lautissimum ei instruit conuiuium.

Pari sane ratione Christus sanctarum animarum sponsus, cum nil magis habeat in optatis, quam vt fidei cuique animæ suauissimas exhibeat voluptates, in hortum passionis suæ proficisci hic dicitur; vt ibi in secretioribus variorum mysteriorū hortus eam dulcissimis pascat meditationum ferculis: vtue collectis hinc inde fragrantium, purissimarumque virtutum lilijs, floribus & mensam conspergat, & pulcherrimas anima contemplatiua compingat corollas. Hæc autem sunt, quæ ab ea, quæ hic loquitur, hisce significantur verbis: *Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatum, vt pascatur, &c.*

Multi quidem circa hunc sensum dicenda forent, ni alias ostensum à nobis fuisset, & quomodo meditatio passionis Christi sit peculiaris eiusdem Christi hortus; & quomodo, dante se pia anima ad huiusmodi meditationis studium, conferre se in eundem hortum dicatur eius sponsus: quibus de rebus videri possunt, quæ dicta sunt superius tū in versic. 6. cap. quartii exposit. tertia illorum verborum. [*Vadam ad montē myrrhæ, & collem thuris:*] tū in principio capitul. quintii exposit. item tertia in illa verba: [*Veni in hortum meum soror mea sponsa: messus myrrham meam,*] &c.

Præter hæc nihilominus, & in singulis huius sententiæ verbis peculiare aliquod considerandum superest.

Ac primo circa verbum, descendit, illud animaduertendum est, quod sponsa ascendere dicitur, cum fit sermo de eius progressu ad prædictam passionis Christi meditationem, vt patet ex verbis illis: [*Quæ est ista, quæ ascendit de deserto,*] vel per desertum, quæ habentur in capit. 3. & in capitul. 8. cum vero de eodem agitur progressu, vt à Christo fit, ponitur verbum descendendi.

Ex qua verborum diuersitate intelligimus, piam quidem animam, dum se confert ad meditanda mysteria sanctissima passionis, eleuari de infimis hisce vallibus rerum terrenarum ad montem excelsum, ac maxime delectabilem: E vestigio vero Christus eius dilectus, quando vna cum eadem anima ad eadē passionis loca sua diuina proficiscitur præsentia, à celsissimis cælorum sedibus deuenire ad ea, quæ demississima sunt respectu cælestium.

Qua in re summa illius admiranda est benignitas, qui, cum sat exploratum habeat, in infimis terrenarū rerum cōuallibus perfectas pijs animabus haud posse parari delicias; perpenlaque earundem imbecillitate intelligat, illas haud posse ascendere ad plene intuentia cælestia, in quibus voluptatum, quæ vere dicendæ sunt voluptates, repositus est cumulus, demittēs sese quodammodo ad ima descendit passionis suæ loca, easque illico eleuans, summis ibidem ipsas perfundit delicijs: In quo illum imitari videtur Principem, qui eum videat, amicum suum ascendere minime posse vsque ad verticem montis, vbi vniuersa, quæ desiderari queunt, habentur parata, quo illi aliquam animi sui ostensionem præbeat, in alio, quem inferius habet, horto, quoque illum ascendere posse cognoscit, lautissimum item alterum eidem parat conuiuium.

Quamquam

Virginum, & continentium reformatio, quam necessaria ad reformationem Ecclesie.

6
Simile.
In passionis Christi meditatione voluptates exhibentur anima contemplatiua.

7
In passionis meditatione quam bonum experiamur Christum, consolationibus nos respiciantem.

Similes

Quamquam, si descendendi verbum eo sumamus sensu, quo in prima soni litteræ expositione sumptum à nobis est, aliud ex hisce ipsis desumitur arcanum: nempe, studium meditationis passionis Christi difficile quidem videri, & motem, montesque excelsos eis, qui illud minime attingunt.

Attamen illud ipsum respectu studiorum quibus in sæculo miseri detinentur homines, facillimum esse, ac iucundissimum, ita ut, cum pia quæque anima ab illis se cõfert ad istud, quasi à cellisissimis, asperissimis, maximeque periculosis montibus ad suavissimam descendere videatur planiciem: à Libano quidem veniens, de capite Amanæ, de vertice Sanir, & Hermõ, de cubilibus Leonum, atque de montibus pardorum in perpulchrum myrrhæ montem, & in facillimum thuris collem.

Bene autem dum in itinere isto & tam periculosis montibus comitem habere se noscit Christum, peculiari ratione illum dilectum suum appellat, indicans, eo summam illius erga ipsam peruenisse dilectionem, ut qui felicissimus regnat in cælis, comitem se ei præbuerit & in ascensu asperissimorum montium sæculi; quo ab illis eam auerteret, descenderetque cum ipsa in facillimum montem prædictum meditationis passionis suæ, iuxta illud.

[*Servire me fecisti in iniquitatibus tuis: præbisti mihi laborem in iniquitatibus tuis.*]

Porro istud meditationis studium, hortusue iste [areola] vocatur [aromatum;] & bene [aromatum;] in plurali: quia non vnius dumtaxat aromatis, ac virtutis: sed omnium virtutum copia ibi confita reperitur; bene etiã areola, non area. neque enim in ea perfectione à nobis ea percipiuntur, qua in maxima percipiuntur area cælesti.

Duo quoque verba, quæ subsequuntur, *ut pascatur in hortis*, peculiare quid indicat; per ea quippe intelligimus, Christum ad hoc nobiscum in prædictam descendere areolam, ut nos pascat, dulcissimum porrigens mel gestuum, ac consolationum, suavissimumque doctrinæ cibum. In hortis autem pascere, ibi dicitur, ut exinde colligere quisque valeat, quinam sint, qui à Christo in mysteriis sanctissimæ passionis pascantur, oves nimirum rationales, animæque spirituales, quæ nec respiciunt, nec gustant iam herbas in terra positas, sed oculos, mentemque eleuant ad fructus ex sublimibus pendentes arboribus; quæue eorum omnium, quæ in passione peracta sunt, habent rationem: *b Animalis naque homo (ut ait Apostolus.) nõ percipit, quæ sunt spiritus Dei: Bene autem nõ in horto simpliciter, sed in hortis istæ pascuntur oves: quandoquidem singula passionis mysteria deliciosissimorum florum, ac fructuum copia redundant, sicut plurimum hortorum lilia: quæ in hortis hisce colligi à Christo dicuntur, dũ dictas in eis pascit oves, quæ sunt cogitationes spei gloriæ cælestis, quas in meditatione mysteriorum eiusdem passionis sanctæ quæque concipiunt animæ: ostensum est enim sapius, lilia esse spei hieroglyphicum, & sane nulla ex re maiorem cælestis gloriæ concipimus spem, quam ex cõsideratione passionis Christi: lilia pariter & ij sunt virtutum actus, patientia in proximis, quæ à meditante anima ex ipso proferuntur meditationis studio, quos Christus colligere dicitur, ob id sane, ut ex illis coronam illi compingat, quam repromisit Deus diligentibus se.*

a 1. Cor. 2. 4.
Passionis Christi meditatio quomodo areolam aromatum.

b 1. Cor. 2. 14.

A Vers. I. cap. VI. *Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatum, ut pascatur in hortis, & lilia colligat.*

EXPOSITIO IV.

De tertia Sponsa, quæ est B. V. Maria.

I Interrogata à filiabus Ierusalem, & à Iudæis Virgo Benedicta, quo se receperit Christus, & ubi inueniri possit; eorum interrogationi satisfacit hoc loco, dicens, reperiendum illum esse in Ecclesia discipulorum suorum, ad quam descendit etiam postquam ascendit in cælum, iuxta pollicitationem suam, qua dixit: *Vado, & venio ad vos*, id est licet ascendam in cælum, veniã tamen, & descendam ad vos: Descendisse autem illum per suam sanctam gratiam, non locum mutando, sed misericorditer operando in Ecclesiam ipsam, quam supra in capit. 4. b hortum suum nuncupavit; nuncue nedum hortum, sed & areolam aromatum Virgo sanctissima eam dicit: quia in ea est omne sanctitatis genus: quia in ea Martyres, Confessores, Virgines, Doctores, omnique aromaticarum platanionum genus: Descendisse vero Christum in hac, inquit, areola: *ut in hortis* sacrarum Scripturarum rationales suas pascat oves; *ut lilia colligat* purissimarum animarum, quas per mortem succidit, coronam compingens, & diadema spei, quod in sua gestat manu.

9
In Ecclesia Apostolica reperitur Christus.

a Io. 14. 28

b Cõt. 4. 12

B

C

Verf. I. cap. VI. *Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatum, ut pascatur in hortis, & lilia colligat.*

Appendix Expositionum, ex Antiquis Patribus collecta.

P Araphrasis Chaldaica: Dominator autem sæculi suscepit voluntarie orationem eorum, & descendit in Babylonem ad concilium sapientum, & dedit populo suo requiem, & eduxit eos de captivitate ipsorum per manum Cyri, & Esdræ, & Nehemiæ, & Zorobabel filij Salathiel, & seniorum Iudæorum, & ædificauerunt domum sanctuarij, & constituerunt Sacerdotes super oblationes, & Leuitas super custodiam verbi factitatis, & misit ignem de cælis, & suscepit voluntarie oblationem, & incensum aromatum: & sicut vir, qui nutrit filium suum dilectum in delicijs, ita delicate nutriuit eos: & sicut vir, qui colligit rosas de conuallibus, ita congregauit eos de Babylonia.

Communiore sensu de eo Christi descensu hæc intelliguntur, quod is per specialia auxilia in Ecclesiam hortum suum descendit, ut ipsam ascendere faciat.

Quia vero hæc specialia auxilia pijs specialiter animabus elargitur, ad singulas earum descendisse dicitur ut ad areolam aromatum; cum in eis variarum virtutum aromata, ut in areola, disposita sint, & earundem virtutum redoleant fragrantiam: probatque Beda, quam bene huiusmodi anima dicatur areola ex eo Palm. quo iuxta versionem Hieronymi ex Hebræo dicitur: [Sicut areola præparata est ad irrigationes aquarum: sic anima mea præparata est ad te Deus:] Quæ item animæ iuxta versionem Septuag. dicuntur phialæ aromatum: quia ut bene asserit Greg. Nyssenus hom. 15. virtutum aromata proferunt, quæ tales sunt, ut sapientiæ crateres factæ, diuinum, & incorruptum vinum in se recipiant, per quod omnem assequantur lætitiã. Phialas aromatum easdem dictas, inquit Tres Patres: tum quia sancti Spiritus, & gratiæ vnguentum continet, tum quia instar vitrearum phialarum Christo referunt exemplar.

10

In Ecclesia ut in hortum suum Christus per specialia auxilia descendit. Iustorum anime sunt areolæ, & phialæ aromatum. Psal. 41. 2.

Greg. Nyss.

Tres Patres.

Quod adijcitur: [vt pascatur in hortis, & lilia colligat.] Qui hunc sensum primū sequuntur, tantundē esse putant; ac vt delectetur pijs laboribus sanctorum: vt eisdem sanctos ad se in aeternam colligat beatitudinē: ita Casiodorus, Gregorius Papa, Beda, atque Anselmus, qui addit, significari insuper quosdam à Christo colligi & eligi fideles, quos puritate candidatos efficiat lilia.

Casiod.
Beda.
Greg. Pap.
Anselm.

11
Theodor.

Ab hoc primo sensu haud admodū dissentit Theodoritus, qui arbitratur, in his significari, Christum descendisse in Ecclesiam vnam, vt delectetur in phialis aromatis, ijs scilicet, qui redolent odorē suum, vt omnes pascat Ecclesias hortos particulares, & vt Ecclesiae Catholicae adiungat, quos collegerit factos lilia per imitationem pulchritudinis sponsae.

Rup. Abb
In Ecclesiam
quomodo,
& ad quid
descendere
dicatur
Christus.
2 Matt. 28
20.

Sensum quoque Ruperti Abbatis ad primū istum referre possumus; secundum quem descendere Christum in Ecclesiam, atque in pijs animas, nil aliud est, quam perseverare, vt in Ecclesia nobiscum maneat, quo modo semel descendit, quandoquidem dixit: a [Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationē saeculi.] Eo vero, quod adijcitur, [vt pascatur in hortis] significari, vt faciat voluntatem Patris, quod suum esse cibum cōtestatus est in b Evangelio.

b Jo. 4. 34.

Atqui cum electos suos congregat ad se, tunc plane colligere lilia, ait Rupertus.

Greg. Nyss.
Christus
descendit in
homines, vt
illos efficiat
paradisos.

Secundum Gregorium Nyssenū homil. 15. Descensus sponsi in hortum suum, descensus est Dei in animam, seu in humanam naturam, quam pulcherrimam plantarat hortum, ac paradisum; vt quam a per de filia diaboli vastauerat per peccatum, denuo ad pulchritudinem restitueret Paradisi.

c Phil. 4. 8.

Per id, quod dicitur, [vt pascatur in hortis, & lilia colligat,] significatur, ipsum fideles, rationalesque oves suas floribus, ac lilijs pascere virtutum, atque sanctorum operum: ea quippe esse inquit lilia, de quibus Apostolus: c *Quaecumque vera sunt, quaecumque pudica, &c.*

Tres Patres.

Ad hunc Nyssenī sensum referri potest & id quod dicitur à Catena Trium Patrum: Deum inuisibilem descendisse in creaturā, quam plantavit, & ad animas sanctas, phialas (vt dictū est) aromatum: vt in hortu, tum creaturā intelligibilis, tum naturā sensibilis, in quibus virtutū rationes, & modi consiti sunt, oves pascat ratione praeclitas, & colligat [veluti lilia ex spinis, nempe ex animabus, quae solitudinibus saeculi suffocatae sunt, animas, quae iisdem abrenuntiarunt solitudinibus.

Pfellus.
Iustus.

12
In incarnatione descendit Deus in veterum virginis vt in hortum suū.

Ad Verbi descensum in Incarnatione referunt hanc Pfellus apud Theodoritū, & Iustus Orgelitanus quando descendit in vterum Virginis, vt in aromatum diuinorum phialam mundam. Quod dicitur, vt pascatur in hortis, & lilia colligat, Pfellus interpretatur, vt fideles sanctis pascat eloquijs, quae vocantur lilia. Alio modo Iustus: Vt regnet in gentibus, vel in Ecclesijs delectetur; vt ex eis Virgines, vel sanctos quosque assumat.

Philo Carp.
Aponius.

d Luc. 23.
43.

De descensu Christi ad inferos exponunt Philo Carpathius, atque Aponius. Quod enim tunc in hortum suum Christus descenderit, colligit Philo ex illis eius verbis ad latronem, d (Hodie mecum eris in Paradiso: idem quippe est paradisi, & hortus.

13
In scriptura sacra lectione, vt in hortum descendit Christus.

Per phialas, seu areolas aromatum, sanctos intelligit Patres, ad quos ille descendit: De quibus & Patribus intelligit Aponius, quod dicitur, (vt pascatur in hortis, & lilia colligat.) Tametsi alia ratione id explicet Philo; nimirum, ex praedicto Christi descensu factum esse, vt in fragrantissimis mentium humanarū hortis christiana fide, & charitate flagrantium pasceretur ipse Deus; ex ihsue cādidissima liliofum odora menta, ac ferta Apostolorum, Martyrum, & omnium Beatorum ad caelestem thalamum adornandum legeret.

Singulari demum ratione Hieronymus circa finem comment. in Zachariam, praesentē sententiam & legit, & interpretatur: legens namque: (Fratruelis

meus descendit in hortum meum ad phialas aromatum, pascere in hortis, & colligere lilia.) Hortus, inquit, & paradisi, in quem sponsus descendit ad sponsam, sanctorum lectio scripturarum est, de quibus lilia, & violas, & rosas, & varia decerpit aromata, vt impleat phialas animarum credentium, & Domino ex eis lilia defundat.

Verf. II. cap. VI. *Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui pascitur inter lilia.*

EXPOSITIO I.

Iuxta sonum litterae.

Quae in istius sententiae explicationem forent dicenda, videri possunt fusius iam exposita in simili sententia, quae habetur supra in versicul. decimo sexto cap. secundi. Ea tantum hoc loco notanda supersunt, quae ad connexionis pertinent feriem.

Duobus autem modis connecti haec cum superioribus possunt, adeoque & duplicem habere queunt sensum: vel enim primo pertinent adhuc ad eandem sponsae responsionem, quae in praecedenti versiculo respondere illa coepit sociabus, & filiabus Ierusalem, dicentibus: (Quo abiit dilectus tuus, o pulcherrima mulier? quo declinavit dilectus tuus, & quaremus eum tecum?) vt interrogationi quidem de loco satisfactum per id ab ea fit, quod iam dixit: *Dilectus meus descendit in hortum suum*, & cet. vt explicatum est. Per haec vero, zelotypia nonnihil commota, ad illud respondeat, quod ab eisdem dictum fuerat: *Et quaeramus eum tecum*: ac si dicat,

Nihil est, quod dilectum meū quaeratis adeo electum, adeo speciosum; illi enim ego sola sum dilecta, sicut ipse mihi dilectus est solus: Is, vt propriam, ac singularem me habet dilectam, sicut & ego pro singulari, proprioque dilecto meo vnum illum habeo, qui pascitur inter lilia: epithetum ipsius item singulare, quo eius & puritas designatur, & pulchritudo, atque fragrantia, prout in citato loco a explicatum est.

Vel ad eandem socias haec ipsa ab eadem sponsa dicta sunt ex occasione, quod inter loquendum is, de quo sermo habebatur, comparere coepit dilectus, ipsam suam reuolvens dilectam: vt statim, ac ipsum domus suae limina attingentem inspexit, in haec proruperit.

Descendit quidem, vt vobis dixi, dilectus meus in hortum suum, vt pascatur in hortis, & lilia colligat: At haud operum pretium est, vt illum quaeramus: illum enim ipsum, qui pascitur inter lilia, haud minus pro me sollicitum, quam sim ipsa pro illo sollicita: Ego enim sola illi sum dilecta, sicut & is pariter vnus mihi est, & solus dilectus.

Verf. II. cap. VI. *Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui pascitur inter lilia.*

Appendix Expositionum, Ex Antiquis Patribus collecta.

Paraphrasis Chaldaica: Et in illo die ego seruiui Domino saeculi dilecto meo, & dilectus meus habitare fecit maieffatum suam in medio mei, & nutrit me delicijs.

Gregorius Nyssenus homil. vltima, duabus praeclearis similitudinibus haec exponit, quarum altera est: vt sicut is, qui in tabula picturam videt accurate efformatam, ad primum exemplar, & archetypum, vnam vtriusque formae esse pronuntiat, dicēs imaginis pulchritudinem esse ipsam archetypi pulchritudinē, & archetypum in simulacro conspici: Eodem modo & pia

pia anima, hæc dicens, significet, pulchritudinem suam conformatam ad Christi exemplar, postquam amissam Dei recuperavit similitudinem in virtutibus firmam: Altera desumpta ex speculo: ut sicut speculum ad vsum apte comparatum pura in superficie incidentis faciei accurate reddit characterem: sic postquam anima se ipsam recte comparavit, omnemque huius vitæ labem abiicit, puram incorruptæ pulchritudinis sibi imprimens speciem, dicens: Meus est cognatus meus, & ipsius ego sum; eque ac si diceret: Postquam toto mei officio cognati mei Christi faciem intueor, per hoc ipsum tota formæ ipsius venustas in me conspicitur.

Simile.
Iusti anima
speculum
referens
imaginem
Christi.

Quas voces videtur imitatus Apostolus, ubi dixit. *a Gal. 2. 20* a *Vino ego iam non ego, vivit vero in me Christus*, id est abratiss quasi poliendo uniuersis, quæ in Christi naturam non cadunt, nihil in me habeo, quod non in ipso sit: & ea de causa mihi vita Christus est, qui est sanctificatio, & puritas, & immortalitas, & lumen, & veritas, & huiusmodi alia, quæ cumque animam meam pascunt, non in gramine, vel virgultis, sed in splendoribus sanctorum: id enim significant lilia; cum splendido quodam sint ornata colore.

Propter hæc alterum quoque hoc loco notandum videtur ex Ruperto Abbate, is quippe ea, quæ hic dicuntur: *Ego dilecto meo*, & cetera. ita cum superioribus iungit, ut subaudiatur, pessulum ostij mei aperui, vocis meæ obsequium præbui, ut audirent, & non nescirent filia Hierusalem, qualis ipse sis: Et dilectus meus, qui pascitur inter lilia, id est qui corda munda, & casta diligit corpora, mihi scilicet vicem reddit laudationis, & beatificationis, quæ sequitur.

Rup. Abb.

Verf. III. cap. VI. *Pulchra es amica mea, suavis & decora sicut Ierusalē, terribilis ut castrorum acies ordinata.*

EXPOSITIO I.

Iuxta sonum litterarum.

Confirmat in hac sententia sponsus id quod in primo sui appulsu ad fores sponsæ dictum in præcedenti versu ab ea acceperat, laudationisque egregiam eidem rependit vicem: Tria ibi ab illa dicta fuerant, dum socias alloquens, adstantem sibi videret sponsum: Quod is ipsam solum, unamque haberet dilectam, quod & ipsa vicissim vnum illum, ac solum haberet dilectum: ac demum peregrino epitheto illo, *Qui pascitur inter lilia*, insigni eundem commendarat encomio pulchritudinis, puritatis, atque fragrantie.

Encomio isti satis sane perbreui vicem rependit, at auctiorem panegyricam pulchritudinis ipsius exordiens orationem, in qua more suo generali prius eam celebrat omnimodæ pulchritudinis laude, subnectens postmodum & particularia præcipuorum membrorum ipsius encomia.

Porro generale, quod exorditur, pulchritudinis eius præconium, multo est quolibet alio, quod hucusque habuit, illustrius: illud siquidem omne in illa esse testatur, quod ad omnimodam necessarium sit pulchritudinem, sigillatim quasque in eadem indicans eius pulchritudinis conditiones, cum nedum pulchram illam dicat, sed & suauem, & decoram, atque etiam terribilem ut castrorum aciem ordinatam.

Enimvero tametsi pulchritudo communi hominum consensu in proportionata membrorum textura cum debito colore esse definiatur; contingere nihilominus potest, ut proportionatis quis constet membris, debitoque colore: atque adeo & pulcher primo appareat aspectu, qui tamen re vera nec pulcher æstimetur, nec ut vere pulcher amorem sibi conciliet: cum haudquaquam sit suavis, gratia nimirum ea carens & venustate illa, quæ ultra membro-

Primus
sensus.
Pulchritudo
perfecta
quibus con-
sistat.

rum proportionem, debitumque colorem veræ necessaria est pulchritudini: quin & sapius contingit, ut ob membrorum proportionem, debitumque colorem pulcher appareat quis, atque etiam ob prædictam gratiam, & venustatē suavis; qui tamen adhuc omnimodo pulcher dici nequeat, deficiente ei decoro vestimentorum ornatu. Quemadmodum & in picturis obferuare est; Sunt quippe nonnumquam imagines quæpiam summo cum artificio, circinoque, adhibita singulis membris proportionem, necnon & optimis elaboratæ coloribus, quæ tamen, licet ijs, qui ignari sunt artis pingendi, pulchræ videantur; numquam tamen bonis probantur pictoribus, cum artificiosa cuiusdam expertes sint gratiæ, ob quam viuæ dicantur. Quis vero nesciat quoties contingat, ut pulchritudinis eadem imago perfectam non mereatur laudem, licet & viuæ dicatur, & requisita membrorum proportione, congruisque constet coloribus: quando congruenti haud decora sit ornamentorum cultu.

Perfectam ergo in sponâ celebrans pulchritudinem, & omni ex parte completam, ita pulchram illam dilectus prædicat, ut simul quoque suauem eandem pronuntiet, atque decoram: Quin quia grauitas, & maiestas externi habitus, faciei, totiusque corporis ipsam mirum in modum illustrat pulchritudinem, quæ alioquin despicibilis reputatur, ad cumulum eiusdem encomij, & hanc quoque in pulcherrima, suauis, decoraque dilecta euehit, dicens: *Terribilis, ut castrorum acies ordinata.*

In tam eximio autem huiuscemodi pulchritudinis encomio duo duntaxat duabus adhibitis explicat similitudinibus, extremas nimirum eiusdem pulchritudinis partes: In primis quippe duabus haudquaquam hoc loco se detinet: quia quod ob membrorum proportionem, concinnumque colorem pulchra re vera illa dicatur, præcipuorum membrorum laudatione speciali confirmabit in ijs, quæ mox subijciet: Quod vero & suavis pariter ob ingenitam sit gratiam, nulla comprobatur similitudine; quia nulla reperiri potest similitudo, qua ipsa eius exprimi possit venustas, & gratia, quæ nec proprio, simpliciter explicari potest vocabulo; ita ut in textu Hebraico ipsius suauitatis nomine expressa reperitur, cum sic ibi legatur: [Pulchra es proxima mea sicut suauitas:] quod alia ratione expresserunt Septuag. *ut videtur* [sicut beneplacitum,] seu sicut complacencia, id est ita ob venustatem suavis es, ut gratia, & venustas tua sit ipsa quodammodo suauitas, & complacencia.

At vero tertiam eiusdem pulchritudinis laudem, è decoro desumptam indumentorum ornatu peregrina illustrat similitudine, non iam ex agro, & rusticata, sed ex nobilissima, amplissima, augustissimaque vrbe petita: eo modo, quo & Dauid in Psal. 143. de eadem agens pulchritudinis parte, perpulchrè ornatas puellas afsimulat templo dicens: a *Filia eorum composita, ut videtur* b *Ciuitatē novam Ierusalem descendentem de celo à Deo, paratā sicut sponsam ornata viro suo*: Sicut ergo ait, & decora sicut Ierusalē, Ciuitati Ierusalem, quæ inter omnes, nedum Iudææ, sed etiā totius Asiæ vrbes illustrior esset, quam Ieremias c perfecti dicit decoris, de qua denique & Propheta Regius d gloriosa ab uniuersis terræ populis asferat dicta, decoram afsimulat dilectam suam: quia sicut in augustissima Ciuitate illa id omne conspicietur decoris, & ornamentis, mœnium, porticum, templi, turrium, spectabilium ædificiorum, ac ædium, fontium, pomæriorum, platearum, nobilissimique populi conuentuum, thesaurorum, ceterorumque similibus, quæ pulcherrimæ cuique necessarii sunt Ciuitati: ita ut nihil in ea desiderandum superesset, quod ad externum spectans cultum, intru-

F

entes ad se allicere soleat. Eodem modo id omne in ipsa sit, quod ad muliebrem, decorumque cultum est necessarium: quin quicquid in ea decoris est, quicquid cultus

cultus externi, pereximiū illud sit, nobilissimum, & maxime spectabile, adeo vt per eam vel à longe non minus alliciantur intuentes, quā à celsissima Ciuitate Ierusalem è longinquiorebus partibus alliciantur viatores.

Grauitatem etiam, decetēque maiestatē, quartam omnimodę pulchritudinis partem altera euehit similitudine aciei recte instructa.

Nihil enim huiusmodi castrorum acie, vel maiestatem perpulchra illa sibi videatur, maximeque spectabilis, æq; ac militum acies spectabilis est præfulgidis decora armis, instructisque ordinibus visui iucundissima est amicorum, terribilem potius, quam spectabilem dicit vt castrorum aciem ordinatā, quoniam nedium quartam, quæ dicta est per hanc similitudinem in sponsa commendaret pulchritudinis rationem, sed & id potissimum confirmaret quod secundo loco ab ipsamet sponsa dictū audierat: *Et dilectus meus mihi*: sicut etiam quod ab eadem dictū fuerat prius, *Ego dilecto meo*, in tota prima huiusmet versus parte confirmat: Dixerat illa, *Dilectus meus mihi*, id est mihi is solus est dilectus; vnum ipsum solumque meū agnosco dilectum: respondet modo idem, *Terribilis es vt castrorum acies ordinata*: Ac si dicat.

Verissime id à te dictum confiteor; sat enim mihi exploratum est, ceteris vniuersis, quos haudquaquā vt dilectos habere vis, instar instructa militū cohortis, quę in aduersarios directa sit, te esse terribilē, terroremque inferre, iuxta versionem Septuag. *Solus, Paucor, vt instructa, s. acies*. Dixerat illa, *Ego dilecto meo*, id est ego sola dilecto meo amica sum; me vnam is habet amicam, atque dilectam: respondet ipse, amicæ nomine eam compellās, probatque quam rationabiliter eam vnam vt propriam teneat dilectam, dicens: *Pulchra es amica mea, suavis, & decora sicut Ierusalē*: ac si dicat: Tu certe amica mea es, vnaque dilecta, cum omnimoda insignita sis pulchritudine. neque enim apta dumtaxat membrorum, colorisque compositione es pulchra, sed & ob inexplicabilem gratiam, ac venustatem suavis es: ita vt non immerito ipsam te dixerim gratiam, complacentiam, suauitatemque ipsam te reputem; præsertim cum & ornatu decora sis congruentissimo, ita vt eximio faciei, totiusque corporis habitu, cultuque externo angustissimā comparāda sis Ciuitati Ierusalem, nihil in te deficiente ornamentorum, externiue decoris, decoreque ipso tuo vniuersarum mulierum extendente decorem; non secus ac Ciuitatis Ierusalem decor decori supereminet excultarum quarumcunque Ciuitatum.

Sic secundū istum sensum sponsus confirmat spōsæ dictum, quod ipsam solam amicam habeat per id, quod illa pulcherrima sit mulierum, quo epitheto alias ab eodem nouimus honestatam.

At efficacius id ipsum confirmaret, si è contrario exinde probaret; illam vnam, peculiaremque habere dilectam, quod adeo in eam esset propēsus, vt ob singularem complacentiam iure optimo ipsam vnam amicam perfectā pulchritudine insignem æstimet, prædicetque. Quem sensum optime exprimit Hebraicus textus, in quo pro eo quod in Vulgata legimus *suavis*, habetur vox *כתרצה* chethirfah: quę si appellatiue sumatur, vt sumendam indicant antiquæ versiones omnes, significat, *sicut suauitas, sicut complacētia, sicut res grata, & accepta*: prout recte eam reddiderunt Septuag. *ὡς ἰδοκία, sicut beneplacitum, sicut complacētia*, bonaque volūtas: vt quod hic dicitur, simile ei sit dicto, quo in Euāgelio cælestis Patris vox illa refertur: *Hic est filius meus dilectus, in ὡ ἰδοκία, in quo mihi complacuit*: & illi, quo idē Pater apud Isaiam ait: *Ecce seruus meus, suscipiā eum: electus meus, cōplacuit sibi in illo anima mea*. Exprimitur tamen melius hoc loco idem sensus

per versiones Aquillæ, quæ habet, *ὡ ἰδοκία: secundum beneplacitum*: & quintæ editionis legitis: *ὡς ἰδοκία, donec, seu quamdiu complaceo*. ac si dicatur.

Quamdiu, & quatenus cōplaceat in te anima mea, pulcherrima certe tu mihi es amica mea: seu, ὡ amica mea, adeo verum id est, quod asseris, dilectā peculiarem meam te esse; vt ob id vnam pulcherrimam prædicandam te censeam, quod accepta mihi es, prout Hebraicam vocem, chethirfah, expressit R. Salomon in suis commentarijs, cui consonat multo antiquior versio Symmachi, quæ eandē vocem reddit, *ὡ ἰδοκία, Symmach. beneplacens*: nec ab hoc sensu nostra aliena est lectio Vulgatæ, si vox *suavis* in hoc sumatur significatu, gratæ, acceptæ, ac beneplacētis.

Circa lētionum varietatem nonnulla quidem iam dicta sunt, duo tamen addenda super sunt. Primum Hebraicam vocem *כתרצה* chethirfah ob omnibus fere Hebræorum Doctoribus, & à nonnullis etiam ex nostris haud appellatiue sumi, prout sumpta à nobis est, sed proprie.

Interpretantur enim eam, sicut *Thersa*, quæ erat Ciuitas Regia Regum Israel ante Samariam ad id deleta, sicut nuncupata ob situm pulchritudinē, & amœnitatem, de qua agitur 3. Reg. 14. 15. & 16. Vt spōsæ pulchritudo hic celebratur per comparationem ad duas præstātissimas, nobilissimæ Iudææ Ciuitates, quod sicut Thersa, & Ierusalem vniuersas alias Ciuitates pulchritudine, magnitudine, amœnitate, diuitijs, & populi superabant multitudinem: ita & illa specie sua insigni, apta membrorum dispositione, multiplici gratiarum copia, eximia tum in loquendo concinnitate, tum in ridendo suauitate, tum in cuiuslibet actionis, gestusque venustate, & maiestate præ reliquis omnibus excellat mulieribus. Melius nihilominus eadem dictio appellatiue sumpta à nobis est, iuxta lētionem Vulgatę, versionesque omnes antiquas, iuxta communem fere omnium expositorum nostrorum consensum, & iuxta interpretationē Paraphrasos Chaldaicæ ita hæc reddentis: *Pulchra es hodie tempore secundi templi, sicut accepta fuisti olim tempore primi*: Cui ex Hebræis adhæret R. Salomon, cum in expositione huius loci hæc habeat: Ecclesiam laudat Dominus, & ait: Nonne propterea pulchra es, elegans es, socia mea, quoniam accepta es mihi? Quinimo ratio etiam probabilis prædictam reijciendam suadet Hebræorum opinionē: cum Ciuitas illa Thersa tēpore Salomonis Regia minime fuerit, haud adhuc diuiso Iudæorum Regno, nec tantæ pulchritudinis, & gloriæ, vt cum ea, & que ac cum Ierusalem sponsa comparanda ab ipso esset. Noster Interpres vertens *suavis*, aduerbium omisit comparationis, quod in Hebræo erat, imitatus Symmachum, qui eandem dictionem pari modo sic vertit, *ὡ ἰδοκία, beneplacens*, sensum explicans, quem obscuriorem cum dicto aduerbio reddere *ὡς ἰδοκία, vt beneplacitum*.

Secundo notandum, quod in Vulgata legimus, *Vt castrorum acies ordinata*, in Hebræo ad verbum esse *כנרגלה* chanidgaloth, vt vexillatæ (in plurali scilicet) militum cohortes. Sic enim inquirunt Rabbini subintelligendum substantiuum commodum. Tantundē autem est, *Sicut acies vexillatæ, ac, Vt castrorum acies ordinatæ*: cum sub vno vexillo cohors quælibet ordinetur.

e Cant. 2. 9.

2

Paraphras.

Paraphras.

R. Salomon.

Symmach.

B

C

D

E

F

Chaldaeus.

R. Salomon.

Vet.

¶ Matt. 3. 17.

¶ Isa. 42. 1.

Verf. III. cap. VI. Pulchra es amica mea, suavis & decora sicut Ierusalē, terribilis ut castrorū acies ordinata.

EXPOSITIO II.

De prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

3 **Q**uam recte Catholicam Ecclesiam amicam suam Christus appellet, eandemque dicat pulchram ob concinnam membrorum eius, multiplicumque, qui in ea sunt, sanctorum ordinum harmoniam, sapius iam expositum à nobis est in superioribus. Reliquū modo est, ut tria hæc explicemus: quomodo eide Christo Domino suavis illa sit: quomodo sit decora sicut Ierusalē, & quomodo terribilis sit, ut castrorū acies ordinata: quæ tria pro speciali omnimoda pulchritudinis eius explicatione hoc loco ab ipsomet eius dilecto afferuntur, & in confirmatione eorū, quæ ab illa dicta fuerant in versu præcedenti, quod & eam solam is habet, propriamque dilectam; cum & ipsa illum solum pro vero habeat dilecto. Suavis sane Catholica dicitur Ecclesia ob gratiarum copiam, per quas eide gratissima est dilecto Christo, à quo gratias ipsas accepit: ita ut ob id potissimum Christo sit suavis, quod Christus eam pro sua acceptarit dilecta, complacens in ea potius, quā in vlla alia populorum collectione; vnaque cū bona voluntate hæc sua gratias item suas in illam refundens. Quæ omnia peregre apud Isaiam explicata habemus, dicente Domino ad eandē Ecclesiam: a Non vocaberis ultra derelicta, & terram non vocabitur amplius desolata (gratias scilicet delicta diuinis) sed vocabitur voluntas mea in ea, & terra tua inhabitabitur. Et paulo infra declaras idemmet Dominus, quomodo per id, quod ex ratione venusta diuinis redita est gratias, suavis pariter illa sibi extiterit, subiicit: Et gaudebit spūs super spūsā, & gaudebit super te Deus tuus: Ex quibus satis aperte apparet, quā recte ad vnā & eandem Ecclesiasticę pulchritudinis partem significandā, in hoc eius encomio idemmet Dominus dilectus ambigua in Hebræo vsus sit voce, quam & sicut bonā voluntatem, ac complacentiam redderet Septuag. & suam nos ter redderet Interpres, prout explicatum est in prima exposit.

Ecclesia suavis est Christo propter gratias, quæ ei in illa complacent.

2 Isa. 62. 4

Decor Ecclesie in quibus sitis sit, & quomodo similis decori Ierusalē.

6 Isa. 49. 18.

c Isa. 52. 1.

d Isa. 12. 6

A hæc sunt, quam prædicta. Deus nanique qui monile est in illa, est & moenia fortissima, atq; pulcherrima, iuxta illud item Isaiæ: Urbs fortitudinis nostræ Sion, Saluator ponetur in ea murus, & antemurale. Aedificia vero & portæ ipsi sunt eius fidelium conuentus: ipsi sunt ite fidelium, qui alijs præfunt, aliofue docent, Apostolorum locum obtinentes. Vnde Dominus: Ecce ego, ait, sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in sapphiris, & ponam iaspidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides scalptos, & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles. Declaransque, qua ratione faciendæ hæc forent, adiicit: Vniuersos filios tuos doctos à Domino, & multitudinem pacis filijs tuis.

c Isa. 26. 1.

f Isa. 54. 12

B Per quam multitudinem pacis sit, ut nedum similitudo, & nomen ei competat Ciuitatis Ierusalē, quæ interpretatur visio pacis, sed & similitudo aciei castrorum ordinatæ. Vnde enim multitudo pacis in Ecclesia, nisi ex eo, quod inter multos, innumerisque fideles debitus seruetur ordo, multo certe pulchrior, & firmitior, quam qui in exercitijs spectatur multorum militum? adeo ut obseruatum ordinem in compluribus fidelium collectionibus, ecclesijsque particularibus eo quoque nomine gloriatur Deus eius dilectus, quo dicitur Dominus Deus exercituum. Bene autem in hoc encomio ob eandem multitudinem pacis, ordinisue maiestatem (ut castrorum aciem ordinatam terribilem) illam dicit, seu (ut est in Hebræo) Terribilem ut vexillat: quia dum Ecclesia seu in vna, seu in pluribus aciebus sub vno ordinata est Christo, quem instar vexilli super se eleuatum omnes spectant fideles, quemue vnum, solumque ipsa habet dilectū, terribilis certe est & diabolo, & omnibus hæresiarichis, qui nomen illi suum exhibere conantes, dilectos se eius efficere nituntur. Nulla siquidem hæreticis quibuscunque, potestatisque tenebrarum maiorem incutit pauorem, quam dum ob multitudinem pacis seruatus in ea cōspicitur ordo sub Christo militantium: ac propterea discipulis, militibusque suis eiusdē Ecclesiæ dilectus haud aliud militiæ tradidit symbolum, quam pacem ipsam, præcipiens, ut in quamcunque domum intrarent, primo dicerent, Pax huic domui, & omnibus habitantibus in ea, ut pacis præcones, iuxta illud.

4. Ob pacis multitudinem Ecclesia est instar castrorū acies ordinata.

Pax à Christo relicta in symbolum militiæ Ecclesiasticæ.

g Luc. 10?

D Quam speciosi pedes euangelizantium pacem? quod sane symbolum & ipse, qui nedum Ecclesię dilectus, sed & acierum eius extitit Dux, Pax vobis, iugiter dicēs, semper habebat in ore, quando ut sponsus cum sua erat dilecta. Quod ergo dicitur, breuius tale est.

Pulchra es amica mea Ecclesia Orthodoxa ob multiplices sanctorum ministrorum ordines, quibus quasi pulcherrimis membris compacta es: Cum ita in te vna complacuerim, ut eximjs te insignierim gratijs: ita es venusta; ut sis & mihi suavis: quin & fidelium ornamēto, & ob id, quod instar monilis in medio tui me habeas, Ciuitati Ierusalē similis, decora es & indumentorum, & monilium, & murorum, ædificiorum, portarumque ornamēto. Porro fidelibus iisdem ob pacis multitudinem debitum inter se seruantibus ordinem, meque vnum sequentes vexillum, quem & vnum tu fateris dilectum non tam mihi es speciosa vero dilecto tuo, quam vniuersis, quotquot mihi aduersantur, terribilis es ut castrorum acies ordinata.

Paraphra sis.

Verf. III. cap. VI. Pulchra es amica mea, suavis & decora sicut Ierusalem, terribilis ut castrorum acies ordinata.

EXPOSITIO III.

De secunda Sponsa, quae est Anima Iusti.

5 CONFIRMATUS DEUS PIÆ ANIMÆ DILECTUS ID QUOD CAb ipsa iucundissime audierat dictum, eam nimirum ita habere peculiarem dilectam, ac si solam illā diligeret, haud prius ipsam dicit amicam, quam pulchram eandem pronuntiet: Ait enim, Pulchra es: tum recte subiicit, Amica mea, cōgruens ei addēs vocabulum, in quo solo illa gloriatur. Explicatum est autem sapius, pulchritudinem animæ sitam esse in bonis moribus: Quia vero moralis bonitas haudquaquam perfecte pulchram eandem redderet animam, nisi quicquid boni in illa esset, gratiæ niteretur, propter quā potissimum Deus illam, quæ pulchra dicta fuerat, amicam appellat, seu iuxta lectionem Hebræam, & versionem Septuag., proximam suam, vt per gratiam ipsam diuinæ naturæ consortem effectam: Ideo quam pulchram simpliciter dixerat, suauem quoque dicit, & gratam ob ipsam gratiæ venustatem, qua ipsemet ipsam insigniuit, dum pecculari eam diligens charitate, singulare ipsam sibi in dilectam elegit, & sponsam. Hæc quippe vnica significauit Hebraica voce כַּתְּרִיחַ cheturiach, quā nos ter vertit, suavis, & Sept. verterunt, sicut beneplacitum, sicut complacentia, seu, bona voluntas. Vnde per Sophoniam Prophetam in hūc modum hisce verbis istā eius explicatur suauitas, propter quam suavis à Deo hic dicitur: a Dominus Deus tuus in medio tui fortis, ipse saluabit: gaudebit super te in letitia, silebit, seu (iuxta lectionē aham) quiescet in dilectione tua: exultabit super te in laude, id est, vt Deo suavis voluprate illum perfundes: suavis autē illi eris: quia is perseverabit in tui dilectione, qua scilicet te prior dilexit, gratiaque insigniuit. Vnde postmodum consequetur, vt super te ita suauem redditam nedum infra se gauisurus ille sit, sed & externo insuper volupratis indicio sit exultaturus in laudem; tum te nimirum laudans, suauem quoque prædicabit.

Pia anima quomodo dicatur suavis Deo.

a Sophon. 3. 17.

6 Charitatis in Deum atque proximum necessarius est decor ad perfectam animæ pulchritudinē. Matt. 22. 11. In charitate proximi situs animæ decor.

1. Io. 1. 14.

c. 1. Ioan. 4. 16.

Verum, quia ad perfectam animæ pulchritudinem nec moralis probitas sufficiens est, nec ipsa duntaxat Dei charitas, per gratiam redditur venusta re vera, & suavis, nisi & decor adsit charitatis ipsius animæ & in Deum & in proximum, quam plerique Sanctorum Patrum b vestem nuptialem esse inquirunt, quæ ita ad ornatum necessaria est, vt quotquot illa careant, deformes vel in ipsis nuptijs à Deo censeantur, iuxta Euangelium: Ideo bene eam, quam vere Deus suam fatetur esse dilectam, ita asserit pulchram, atque suauem, vt & decoram quoque prædicet. Et vt intelligeremus, quam verum id sit, quod iam dictum à nobis est, decoram illam esse inquit sicut Ierusalem, nobilissimam eā assemblans Ciuitati, indicans quod sicut decor vniuersus augustissimæ Ciuitatis ex communi multorum ciuium resultat cohabitatione, ex illorum diuitijs, ædificijs, & mercibus simul conuenientibus; Ita & decorum pariter animæ ex charitate potissimum provenire, eave ex charitate, quæ ad comunē proximorum vtilitatem, & commoda sit directa iuxta illud Ioannis: Si diligamus inuicem, Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta est. Non cuiuslibet autem Ciuitati vel nobilissimæ eam quæ hac ratione decora est, assemblat animam, sed vni Ciuitati Ierusalem, cuius præcipuum decorē in eo situm nouimus, quod templum in se habens Deum ipsum in medio sui haberet, vt sapius ei per Prophetas significatum vidimus: quæue interpretatur visio pacis. Exploratum est autem vnicuique, Deum per charitatem in anima manere, qui & charitas ipsa est, iuxta illud c item Ioannis: Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo

manet, & Deus in eo: Et quæ pacis decore insignita est, haud dubium, quin & suavis grataque ipsi sit Deo: Vnde nascente Domino, & tan. quam sponso egrediente de thalamo vteri virginalis, in hunc modum Angelorum choros nato sponso cecinisse, legimus iuxta lectionem Græcam; d[Gloria in altissimis Deo] (qui scilicet carnis diademate coronatus, felicissimus adhuc excelsis regnat in cœlis) [Et in terra pax hominibus bona voluntas.] eadem voce, quam iuxta versionem Septuag. in hoc piæ animæ encomio vsurpauit idem noster sponus, vt dictum est supra. Allata quippe in terra pace per Regem pacificum, qui exortus erat, hominibus bona consecuta est Dei voluntas, ijs nimirum, in quibus pax ipsa conspiceretur, ita vt dici possent visio pacis, & Ierusalem, existens illis hominibus per istiusmodi pacis decorem eisdemmet Deo gratis, vt pote in quibus sibi complacet, vt in amicis pulchris, suauibus, atque decoris: Vnde merito pulcherrima sponsa, quæ hic primo dicitur suavis, postmodum vero decora, in subsequenti pulchra es, & decora, charissima, in delicijs? Quam

Pacis decore anima insignita est, & suavis, & grata Deo.

d Luc. 2. 15.

Cant. 7. 6.]

Porro anima pacifica tribus præditis celebrata spiritualis pulchritudinis partibus, quartam quoque eiusdem pulchritudinis partem habere hoc loco asseritur vltimo isto, quo insignita est epitheto, Terribilis, ut castrorum acies ordinata: quo insignis illa designatur maiestas, & grauitas morum, qua illustris est quilibet, qui per pacem Dei, quæ custodiens corda, & intelligentias, exuperat omnem sensum, vniuersas in se ordinatas habet potentias: qua certe ordinatione sicut nihil spectabilius, ita nihil est terribilius. Ad quid enim forciæ illæ eius, quæ hic dicitur pulchra, suavis, & decora sicut Ierusalem, vt maxime spectabilem in fine capitis huius sexti ita alloquentur: e Reuertere, reuertere, Sulamitis, id est pacifica: Reuertere, reuertere, vt intueamur te: nisi quia maiestatem istam maximam in illa admitabantur? Ad quid illamet, quæ vnum Deum pro suo elegit habere dilecto quemlibet alium dedignans in cap. 7. in hunc modum singulos quoque asfatur dilectos? Quid videbis in Sulamite, & pacifica, nisi choros castrorum? Certe vt ipsum patefaciat pauorem, quo pace ipsa suaterribilis hoc loco asseritur ut castrorum acies ordinata.

Pacifica anima pace ipsa sua interna est terribilis ut castrorum acies ordinata, & maxime spectabilis.

c Cāt. 6. 11

f Cant. 7. 1

Breuitur ergo cœlestis sponus hæc sibi velle videtur per hanc sententiam. Gloriaris iure optimo, quod mihi sis dilecta peculiaris (Amica enim mea es) cum nedū morali pulchra sis probitate, sed ob diuinam gratiam, qua in te complacens, te insigniui, hominibus, Angelis, mihi que sis suavis: Quinimo per charitatis tuæ ornamentum es & decora tamquam Ierusalem, cuius decor in mutua fitus est ciuium communicatione, & in templo habitationis meæ: charitatis enim in proximum decora es indumento, & vna cum charitate me pariter inhabitantē contines vt templum sanctitatis meæ. Insuper & ob id ipsum, quod ita decora es sicut Ierusalem, quæ visio pacis interpretatur, pacis decore insignis, suauissima mihi es, atq; charissima. Porro, cum decor iste pacis in ordine sit potentiarum, affectuum, & passionum tuarum, decora existens, atque pacifica instar castrorum aciei ordinatæ, ob maiestatem spectabilis mihi es, visuique iucunda. E vestigio vero es terribilis omnibus quotquot mihi aduersantur, & pacem istam tuam ferre non possunt.

Paraphras. 15.

Verf.

Verf. III. cap. VI. Pulchra es amica mea, suavis & decora sicut Ierusalē, terribilis ut castrorū acies ordinata.

EXPOSITIO IV.

De tertia Sponsa, quæ est B. V. Maria.

7 **Q**Uæ ob carnis cognationem proximâ Deo est, atque sanctissima Virgo, merito iuxta Hebræam, Græcamque lectionem, Pulchra ab eodemmet Deo dicitur, & proxima: Ad exprimendam autem insignem sanctitatis illius pulchritudinem, tria ei tribuuntur epitheta præximia: Dicitur primo suavis, seu sicut beneplacitum, [aut complacentia:] secundo, [decora sicut Ierusalem:] tertio, [Terribilis ut castrorum acies ordinata.]

QUæ ob carnis cognationem proximâ Deo est, atque sanctissima Virgo, merito iuxta Hebræam, Græcamque lectionem, Pulchra ab eodemmet Deo dicitur, & proxima: Ad exprimendam autem insignem sanctitatis illius pulchritudinem, tria ei tribuuntur epitheta præximia: Dicitur primo suavis, seu sicut beneplacitum, [aut complacentia:] secundo, [decora sicut Ierusalem:] tertio, [Terribilis ut castrorum acies ordinata.]

Maria quomodo proxima Deo.
Luc. I. 27
Luc. I. 30
Gen. 6. 8.
Gen. 18. 3.
Gen. 7. 46
Ob gratiæ plenitudinē Maria dicta Deo suavis, & grata
Luc. I. 46

8 Præclare autem ob id beata dicta est ab omnibus generationibus, quod Deo respicienti humilitatem eius suavis hac ratione extitit atque grata. post primū epithetum istud suavis, immediate alio isto (& decora sicut Ierusalem,) hic ab eodem cuncta est dilecto. Enimvero quod illa dixit, Ecce ex hoc beatam me dicent omnes generationes, id ipsum & à Propheta Regio sub metaphora Ciuitatis Ierusalem similitibus expressum est verbis hæc: i Gloriosa dicta sunt de te, Ciuitas Dei: idque ob id, quod Dominus eandem vt Ciuitatē maxime decoram diligeret super Ciuitates reliquas vniuersas, & super omnes alias filias Israel in illa sibi complacens, vt in suauis, gratiaque plena. Hæc enim omnia David perpulchris metaphoris in eiusdem Psalmi initio significauit: siquidem primo dixit, fundamenta eius scilicet Ciuitatis Sion, & Ierusalem (in montibus sanctis,) designans B. Virginem ita fuisse in gratia fundatam; vt ipsa gratiæ eius fundamenta, quibus tota eius nitebatur suauitas, in celsissimis essent gratiarum cubulis, prout quos & gratia plena merito diceretur. Vnde apte l' subdit: Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob: quo loco animaduertendum, quā egregie per Prophetam eximius, præstantissimusque externus B. Mariæ decor celebratus sit per similitudinem decoris ciuitatis item Ierusalem: dicēs quippe, Diligit Dominus portas Sion super om-

Maria quomodo decora sicut Ierusalem.
i Psal. 86. 3
k Ps 86. 1.
i Psal. 89. 2

A niat tabernacula Iacob; tantumdem est, ac si dixisset, Suauior Deo est vel externus Mariæ decor, quam interna cuiuscumque animæ sanctissimæ pulchritudo, & sanctitas. Reliquas namque animas idcirco sub metaphora exprimit tabernaculorum Iacob, quod ita interna sanctitate pulchras illas supponit, vt Deum intra se tamquam in proprio contineant tabernaculo: At vero Mariam illis præferens, vt Ciuitatem Ierusalem, & ipso eam ijs præferens externum, apparentique eius decore, similitudine excessus externi decoris eiusdem Ciuitatis Ierusalem, ait, Diligit Dominus portas Sion, externum decorem Ciuitatis Ierusalem metaphora explicans portarum eius: quia per portas interna subeuntur Ciuitatis cuiusque; portæque sunt, quæ primo oculis obijciuntur eorum, qui ab extra Ciuitates spectant, sicut & muri. Vnde factum est: vt cum in scriptura sacra illustri Ciuitatis cuiuspiam celebratur decor, à muris in primis celebretur, atque à portis, prout auertere est apud Isaiam, vbi, cum Ecclesia sub metaphora Ciuitatis item Ierusalem maxime spectabilis à Deo promittitur decor, dicitur: m Ponam iaspide propugnacula tua (murosum nempe) & portas tuas in lapides sculptos. Et in Apocalypsin descriptione decoris Ierusalem cælestis paratæ, sicut sponsa ornata viro suo, dicitur in primis: n Et habebat murū magnū, & altum, habentem portas duodecim. Porro, cū externus, præstantissimusque B. Mariæ decor in partu potissimum virgineo patefactus sit: hunc namque & sub amictus decore in libro item Apocalypsin ostensum nouimus, quando o Signum magnū aparuit in celo: Mulier amicta Sole. Prout recte Bernardus Serm. de Virgine, alijque exponit. Aperte decorem eundem David persistens in similitudine Ciuitatis Ierusalem, metaphora expressit portarum illius. Quis enim ignorat, quā recte ob virgine huius partus decorem Dei genitrix sub eadem portæ metaphora aliaseuēta sit? vt peruulgato illo loco, quo apud Ezechielem dicitur: p Et conuertit me ad viā portæ sanctuarij exterioris, quæ respicit ad orientē, & erat clausa. Et dixit Dominus ad me: Porta hæc clausa erit, non aperietur, & vir nō transibit per eā, eritque clausa Principi: Princes Christus Dominus sedebit in ea, quādo absque virginitatis corruptione è cœlis in Virginem ipsam descendet: vt comedat panem coram Domino, cū natus, absque eiusdem virginitatis læsione, vocatusque Emmanuel, Butyrus, & mel, iuxta alium q Prophetam, comedat, vt scias q Isai. 7. 16 reprobare malum, & eligere bonum. Iure itaque optimo de hac tam pulchra Virgine, quam decoram sicut Ierusalem asserit cælestis sponsus, ob ipsum eius virginei partus decorem illam diligens super vniuersas alias animas, gloriosa dicta idem asserit Propheta David, vt de Ciuitate Dei.

E Gloriosissimam Ciuitatem ipsam, beatissimamque Virginem adeo pulchram, adeo suauem, decoramque; sicut Ierusalem oppugnare nituntur, quotquot eius impugnant dilectum, hæretici fere omnes, omnesque potestates tenebrarum tam splendidum haud ferre valentes illius decorem, quo per solis amictum eorū obtūdit obrutus, prout idemmet David in alio testatur psalmo, in quo eandem Virginem sub eadem item euehit metaphora Ciuitatis Ierusalem: Postquā enim nonnulla eius protulit encomia, Deum in illa, seu per illam celebrās, & dicens: r Magnus Dominus, & laudabilis nimis in Ciuitate Dei nostri in monte sancto eius, &c. subintulit, s Ecce Reges terræ cōgregati sūt, cōuenerūt in vnum, ad eam scilicet oppugnandā. Ipsi vidētes sic admirati sūt, conturbati sūt, cōmoti sūt, tremor apprehēdit eos. Videntes quippe illam sic munitam pulchritudine, suauitate, atque decore ipso met obrutū conturbati sūt, & commoti. Viderunt namque tria prædicta per belle, atque fortissime ordinata, atque adeo in stare bene instructæ aciei castrorum ex illius intuitu pauore conturbati sūt, tremoreque commoti. Ex quibus apparet, quam cōgruenter sponsus in hoc eius encomio postremo loco tertio illam euekerit epitheto, dicens: (Terribilis vt castrorum acies ordinata.) Et efficacius iuxta versionē Sept. (Pauor vt instructæ) plū-

Mariam oppugnare nituntur quotquot Christo aduersantur.
i Psal. 47. 2
i Psal. 47. 6
Maria quomodo terribilis, vt castrorū acies ordinata.

res scilicet acies. Siquidem Virgo sanctissima tantum a sanctitate sua, suauitateque, ac decore hareticis quibuscumque incutit terrorem, vt recte ijs ab Ecclesia laudetur verbis, (Cunctas hareses sola interemisti in vniuerso mundo.) Quæ ergo ob carnis cognationem vltra cælestis gratiæ consortium proxima Dei extitit Virgo prædicta, breuiter in hoc encomio hæc à cælesti sponso laudari videtur verbis:

Paraphras. sis.

Sanctitate pulchra es proxima mea: inuenisti certe gratiam in conspectu meo, cælestiumque gratiarum plenitudine insignita suavis mihi extitisti, venusta, & grata sicut suauitas ipsa, vt ut ipsummet beneplacitum meum. Virgineoque partu es decora (instar Ciuitatis Ierusalem, in cuius medio ipse, qui Deus sum, requiesco. Porro quæ ob istiusmodi prærogatiuas sanctitatis, atque decoris mihi, amicisue meis spectabilis, maximeque amabilis es, ob eandem aduersarijs quibusque item meis es (terribilis vt castrorum acies ordinata.) Dum sanctitatem tuam impugnare nituntur haretici, dum plenitudinem gratiæ qua mihi gratissima es, ferre nequeunt infideles quique, dum aduersus Virginei tui partus decorem, nitoremque insurgere conantur potestates tenebrarum (terribilis es vt castrorum acies ordinata,) pauorem ijs omnibus incutis per ipsasmet ordinatas, instructasue in te prærogatiuas hæc sanctitatis, ac pulchritudinis.

Verf. III. cap. VI. Pulchra es amica mea, suavis & decora sicut Ierusalē, terribilis vt castrorum acies ordinata.

Appendix Expositionum, Ex Antiquis Patribus collecta.

10

Paraphrasis Chaldaica. Dixit Dominus in verbo suo. Quam pulchra es tu, dilecta mea in tempore, quo vis facere voluntatem meam? Pulchra est domus Sanctuarij, quam ædificasti mihi similem priori domui sanctuarij, quam ædificauit mihi Salomon Rex Ierusalem: & terror tuus fuit super omnes populos in die, quo ambulauerunt vexilla tua per desertum.

Ecclesia similis caelesti patriæ, & Angelis. Greg. Pap. Cæsiod. Beda. Iust. Orgel.

a 1. Pet. 1. 13.

Concordia fidelium Ecclesia redditur terribilis demonibus.

Cæsiodor. Ecclesia quomodo terribilis vt castrorum acies ordinata.

Beda.

Lectionis nostræ Vulgatæ communiori sensu hæc tribuuntur Ecclesiæ Catholice, & vniuersali, communioemque hunc sensum optime explicat Greg. Papa homil. 8. in Ezech. dicens. Quia Ierusalem pacis visio interpretatur, cuius nomine patria cælestis exprimitur, sancta Ecclesia suavis, & decora vt Ierusalem dicitur; quia eius vita, & desiderium visioni iam pacis intimæ comparatur: vt in eo, quod auctorem suum diligit, quod eius speciem videre concupiscit, de quo scriptum est: a In quæ desiderant Angeli prospicere, per ipsa iam amoris sui desideria Angelis similis dicitur; quæ quantum Deo amabilis efficitur, tantum agit, vt malignis spiritibus terribilis fiat. Qualiter autem sit terribilis subiuncta comparatione ostenditur, id est, Vt castrorum acies ordinata. Porro, per hanc similitudinem id significari, inquit Gregorius, terrorem exinde hostibus prouenire ab Ecclesia; quia fideles per charitatem vniti sunt, & districti, numquam interrupti per discordiam. Eo enim electorum multitudinem maligni spiritus pertimescunt, quo eos per charitatis concordiam unitos contra se, & conglobatos aspiciunt.

Similia fere sunt, quæ dicuntur & à Cæsiodoro, & Beda: Cæsiodorus tamen addit, terribilem vt castrorum aciem ordinatam dicit etiam Ecclesiam; cum vnusquisque fidelis ordinem, & vocationem suam custodit: Vel eandem Ecclesiam dici quidem pulchrâ, suauem, &c. in virtutibus: Terribilem vero; quia imperium suum, & potestatem profere non cessat vsque ad terminos totius orbis. Terribilem insuper eandem dici, inquit Beda; quia vniuersam virtutum aciem in se habet instructam. Quamquam idemmet Beda primam huius sententiæ partem ad Ecclesiam referat

triumphantem; secundam vero: Terribilis, &c. ad militantem. Quod ita explicat Anselmus: Terribilis es inimicis; quia in te milito, & tu militas in seruitio meo, sicut in castris militatur; & es ordinata per institutionem sanctorum.

Anselm.

Non tam Ecclesiæ, quam synagogæ dum ad Euangelium conuertetur, hæc dicta putat Gregorius Papa super hunc ipsum locum, dicens: Digne synagoga cõuerla, sicut Ierusalē pulchra, & amica, & suavis, & deoora dicitur: quia dum sanctam Ecclesiam imitatur designatam per Ierusalem; quatenus etiam militans pacem contemplatur patriæ cælestis, quatuor Euangeliorum præcepta operatur, à quibus pulchritudinem morum accipit, vt placeat: exercitium sanctæ operationis colligit, vt in audacia hæreat: suauitatem mansuetudinis discit, vt permaneat: speciem decora conuersationis ostendit, vt per exemplum trahat. Quod additur, (Terribilis vt castrorum acies ordinata,) explicat vt supra de Ecclesia per charitatem vnita.

II Greg. Pap. Synagoga cum conuertitur, sicut pulchra, suavis, &c.

B

Ad Gentilitatem item ad fidem conuersam hæc habita, censet Athanasius in synopsis, dicens: Verbum, fide gentium inspecta, & probata dicit, (Pulchra es amica mea sicut probatio, decora sicut Ierusalem, stupor sicut castrorum acies ordinata.) Opõrter enim eos, qui ex gentibus sunt, non esse dispares Ierolyimæ, vt fiat vnus populus: hoc autem fit quando simul & legem honoramus, & in Christum credimus: Est enim vnus Deus & legis, & Euangeliorum. Et qui Ierusalem assimilatus non fuerit, non efficitur Verbi amicus.

Gentilitas quomodo sit facta suavis, &c. Athanas.

C

Ad concordem Religiosorum cohabitationem hæc referens Hugo de S. Victore erudit. Theologicæ ex Miscellan. 2. li. 1. Suavis est, ait hominibus, decora numinibus, terribilis demonibus. Quare: quia ambulat vt castrorum acies ordinata, non dispicata per inuidiam, sed cõspicata per charitatem. Acies est per conuentum, castrorum per procinctum, ordinata per consensum: Conuentum facit pœnitentia, procinctum ponit vigilantia, consensum præbet concordia.

Hugo V. Religiosorum concors habitatio, pulchra, suavis, &c.

D

Reliquorum fere omnium Patrum consensu ad piam animam relata multis, variisque modis exponuntur. Ac primus eorum, qui lectionem exponunt Vulgatæ. Apon. Pulchritudo, inquit, in lenitate morum, suauitas in munditie cordis ostenditur, decor autem in amore pacis: eo quod Ierusalem visio pacis interpretatur: terribilitas vero in veritatis, & castimonie armis, quibus accincta anima non solum nihil metuuit in procinctu contra hostes suos, sed etiam terribilitatem incutere probatur.

Iusti anima quomodo pulchra, suavis, decora, &c. Aponius.

E

Pulchram eandem dici, inquit Anselmus, secundum hoc, quod habet tantam voluntatem eum cognoscendi suauem; quia alios ad idem inuitat, non inuidens, sponsum suum alias habere amicas; decoram vero secundum opera: pulchram sicut Ierusalem cælestis; decoram sicut Ecclesia mater tua, &c. vt supra. Eorum autem, qui versionem interpretantur Sept. primo Gregorius Nyssenus homil. vlt. in his verbis, Pulchra es proxima mea sicut beneplacitum, seu, sicut benevolentia, decora sicut Ierusalē, stupor sicut instructa acies. Triplicem in piam animam conferri laudem, ait. Primam, ex eo, quod ita suis præclaris operibus pulchra fieri studuerit, vt enixa sit pro suis proximis ea peragere, quæ Christus Dominus pro sua erga homines benevolentia in mundum descendens egit: Ac si dicatur.

Anselm.

12 Greg. Nyss.

Iustus nititur erga proximum eam habere bonam voluntatem, quâ habuit Christus, cum venit in mundum.

F

Talis est animi tui pulchritudo, qualis fuit Domini erga nos benevolentia, qui se ipsum exinaniuit, formam serui accipiens, deditque in precium pro mundi vita. Porro, quod talis pulchritudo reperitur in anima perfecta, probat Nyssenus, tū ex eo, quod illico ac apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris nostri, ab Angelorum exercitu cantatum est, b Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus. iud. xlii. eadē vox, quæ & hic, id est, bonæ voluntatis, ac benevolentie & beneplaciti: Tū ex eo, quod Apostolus pulchritudine in se manifestissime declarauit, cum diceret: c Optabam ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis. Secundā laudē, quod

b Luc. 1. 14

c Rom. 9. 3. iusti anima quomodo

similis caelesti Ierusalem.

quod sit formosa tanquam Ierusalem caelestis, probat ex eo, quod cum illa habeat inhabitantem intra se Deum, ex quo omnis pulchritudo inest caelesti Ierusalem, recte pulchra sicut illa dicatur.

Ps. 44.5.

Atque insuper, cum diuinæ pulchritudinis characteres sint, veritas, iustitia, & mansuetudo, iuxta illud Pfal. d. Specie tua, & pulchritudine tua, intende, prospere procede, & regna. Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam, profecto anima talibus ornata pulchritudinibus fit formosa tanquam Ierusalem, venustate Regis cohonestata. Porro tertiam laudem in eo fitam, ait idem Nyssenius, quod ipsamet anima omnia ordinate, decenterque faciens, talem sui excitat admirationem, qualem ordinatæ caelestium spirituum copiam merentur ex summo, & perpetuo ordine, quem in suis seruant ministerijs.

Influs ordinare operans fit similis Angelis.

Ambrosius. Anima iusti pulchritudo qualis.

In hunc Nysseni sensum recidunt fere, & quæ dicuntur ab Ambrosio, qui in lib. 1. de Virginitibus legens, Pulchra es amica mea, tanquam beneplacita: Non caduci, inquit, ista est corporis pulchritudo vel morbo peritura, vel senio, sed nullis obnoxia casibus opinio bonorum numquam moritura; quoniam non iam humanis, sed caelestibus digna est comparari. Et in libr. de Isaac, & anima ca. 7. Laudatur sponsa à sponso, ait, & iam non solum foror dicitur, sed etiam beneplacita nominatur, quasi ei complacita, qui complacuit Patri: Et speciosa sicut Ierusalem, sicut admiratio ordinata, quod Ciuitatis aeternæ vniuersa habet mysteria, & admiratio ni sit omnibus intuentibus eam: quia plena ut æquitas, atque perfecta est, & fulgorem de Verbi lumine mutua, dum in id semper intendit: sit etiam terribilis ordine quodam ad summum proeucta virtutum.

Theodorit. Iusti animae vocatur probatio, & bona voluntas.

Eodem fere sensu Theodoritus quoque hæc exponit, nisi quod vocem *viduatus* accipiens pro probatione, ait: Quemadmodum anima in superioribus sponsum nominauit desiderium, ex affectione sua, qua illius ardebat desiderio, ei nomen imponens: sic etiam sponsum probans, & volens eam sibi sponfam adiungere, probationem ipsam vocat ex re, quæ propter eam facta est, illi nomen imponens. Decoram, inquit, eadem dici sicut Ierusalem caelestis; quatenus Angelicam viuendirationem imitatur. Meditatur in terra quæ caelestia sunt, & in carne ambulans, non militat secundum carnem. Dicit denique & pauorem, seu stuporem ut acies ordinatas: quia terrorem ingerat inspicientibus, illius admirantibus ordinem, quippe quæ rerum ordinem diligenter retinens, sponsum rebus omnibus anteponit, & post sponsum eos potissimum obseruat, qui ad eum proxime accedunt.

Tres Patres. Iusti pulchritudo qualis.

Diuersissimo tamen sensu Tres Patres apud eundem Theodoritum ita hæc reddunt. (Bona es propinqua mea) ex diuinæ sapientiae, & bonitatis participatione, utpote quæ voluntati meæ, per quam ex nihilo facta es, minime repugnes; sed ex ea tota pendes, dū imaginis, & similitudinis decus conferuas. Quamobrem decora etiam es sicut Ierusalem; formosa nimirum, dum notam meam, atque habitum ab omni perturbatione remotissimum defendis, in te ipsa me patris pacem contemplaris, qui te illi conciliaui (Ierusalem namque est visio pacis.)

In contemplatione pia anima est tota stupor.

Quapropter es etiam stupor ut acies ordinata, tota videlicet stupor, dum in contemplatione naturæ meæ incomprehensibilis obstupescis, sicut & Angelici ordines admiratione stupidi inaccessæ pulchritudinis me reuerentia, & formidine contremiscunt.

Philo Carpat. Voluntaria opera bona commendantur à Deo.

Philo Carpat. per id, quod eadem pia anima dicitur, ut *viduata*, id est, ut probata voluntas, ait illam commendari ex voluntaria dilectione erga sponsum, & voluntaria mentis oblatione, atque ex mutua item sponsi erga illam charitate. In reliquis nihil affert ab ijs diuersi, quæ dicta sunt à Nysseno, Theodorito, vel à Gregorio Papa.

Exp. Abb. Mariæ pulchritudo sita

Denique quod hic dicitur iuxta versionem Vulgatæ à Ruperto, refertur ad B. Virginem: Ac si illi dicatur. In hoc est perfectio pulchritudinis tuæ, quod non

A solum suauis, nec solum terribilis, sed vtrumque es, & suavis, & terribilis: etenim in suauitate supernam contemplaris pacem: & contra malignos spiritus in procinctu es secundum castrorum similitudinem.

in suauitate, & terribilitate.

Verf. IV. cap. VI. Auerte oculos tuos à me: quia ipsi me auolare fecerunt.

EXPOSITIO I.

Iuxta sonum litteræ.

Generali pulchritudinis encomio deuenit sponsum ad particularium eiusdem dilectæ membrorum laudes. Exorditur autem ob oculis, prout & alias tum in capite primo, tum in capite quarto, tamen peculiari ex occasione hoc loco inde videtur exorsus, quod sponsam ipsam in id totam absorptam animaduertit, ut oculis in eum coniectos seruaret; Defixis namque oculis illa eum intuebatur, quem post vehementissimum, longissimumque desiderium iam videbat præsentem; quemue tam benigne id superiori sententia confirmantem acceperat, quod ab ipsa fuerat dictum, se illi peculiarem, solamque esse dilectam, æque ac ipsa vnum eum agnosceret dilectum, quo nihil ei dici potuit iucundius.

Quinimo benignioribus eum intuita videtur oculis ob id, quod postremo loco is in eius encomium dixerat, [Terribilis ut castrorum acies ordinata:] ipsa oculorum benignitate efficacius, quam verbis vllis illi-contestans, nihil in se erga eum velle suspicandum terribilitatis, quam totam in quoscumque conuertisse alios.

Quæ sane multo aptius (iudicio meo) dicuntur, quam quæ asseruntur à Legionensi, alijue eius sectatoribus, existimantibus, sponsum ex prædictis quidem verbis, *Terribilis ut castrorum acies ordinata*, desumpsisse occasionem, ut in hæc prorumperet, quibus illud confirmaret: quam nimirum vere dicta fuisset similis castrorum aciei bene instructæ: quippe quæ robore pulchritudinis suæ ita ipsum superat, ut vel oculorum intuitu eum à se abriperit.

Legionensis.

Enimuero eam, quæ dictis verbis adiecta est, vocē [Terribilis], ad terrorem potius, quam ad robur referendam, patet ex Hebraica dictione, *מורא* aiummah, quam recte efficaciusue expressere Sept. per substantiuum, verentes *Pauor*.

In isto itaque oculorum dilectæ encomio sponsum vim laudat eorum, sumpta occasione ex ipso potius ipsorum in se defixo intuitu: vim, inquam, ipsam illam celebrat, quam eis inditam euexit c. 4. tum quando dicit, a *Oculi tui columbarum absque eo, quod intrinsecus latet*, tum quando apertius, efficaciusue dixit. b *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum*. Ex quorum verborum expositione ea petenda sunt, quæ pluribus dicenda hic essent. Re vera enim vnum idemque hoc cum illo est encomium, sicut & quæ subsequuntur encomia capillorum, dentium, atque genarum eadem plane sunt cū ijs, quæ habentur item in capite 4. Idem quippe est, *Ipsi me auolare fecerunt*, ac quod ibi dictum est: *Vulnerasti cor meum*: seu clarius iuxta aliam lectionem; *Abstulisti mihi cor in uno oculorum tuorum*, sicut in prima illorum expositione videre est explicatum à nobis. Verū est nihilominus, quod maioris energiae videtur præsens encomium istud, dum tāta asseritur prædicta oculorum vis, ut nedum vulneret cor, auferant, & auolare faciant, quæ in idem recidunt; sed & ita hæc ipsa efficiunt, ut ipsum tam suauis vulnere vulneratum, vi ipsa sua id vnum efflagitare cogant, ut auertatur à se: quorū intuitu alioqui nihil habet iucundius, iuxta id, quod alias cōtestatus ea est commendatione, qua & in primo, c & in quarto d capite dixit. *Oculi tui colubarum*: quia

a Cant. 4.1 b Cant. 4.9

nimirum id maxime in illis celebrandum censeret, quod

c Cant. 1.15 d Cant. 4.1,

quod & gratum magis, & suavius esset coniectos eos A in se esse semper, æque ac columbarum oculi in vnũ defixi sunt parem, & coniugem singularem.

Porto sicut in expositione alterius illius eorundẽ oculorum encomij, *Vulnerasti cor meum*, &c. ex ambiguitate verbi Hebraici **לכבתי** libabthini, multi, varijque deducti sunt sensus, vt & multiplex, variaq; apud interpretes causata est versio, ita & in encomio isto ex ambiguitate pariter alterius Hebraici verbi **הרהיבני** hirhibuni diuersos sensus deducere fas est.

Dictum quippe verbum in coniugatione hiphnighil, in qua verba transitiuam habent significationem, deducitur à radice verbi **רָהַב** rahab, quod significat roborare, eleuari, inualescere, seu, præualere, ac superare, superbire, seu intumescere, ac excellere; nos ter Interpres optime sane illud reddidit, *Auolare fecerunt*, secutus Sept. efficacius ipsam exprimẽtes eleuationem; ad quam eandem acceptionem & illa reducenda est eiusdem verbi versio, *Superare me fecerunt*, multo melius, quam quod à Legionẽsi asseritur, per inuersionem poeticam tantundem id esse, ac *superauerunt me*, & *præualuerunt mihi*, quomodo & explicatũ ex Hebrais R. Abraham, & R. Dauid: Diuerso tamen sensu idem R. Dauid in lib. Radicum istud ipsum explicat verbum, vt significet, *roborauerunt amorem meum*, seu, *roborauerunt me in amore*. Sed cõtrario sensu R. Abraham Aben Ezdra in suis Cõmentarijs interpretatur, *Abstulerunt robur meum*. In significato demum superbiendi illud accipit R. Salomon in suis item Cõmentarijs.

Ac si dicatur, *Superbire me fecerunt*. Verum cum ex omnibus hisce interpretationibus duæ dütaxat mihi probẽtur. *Auolare fecerunt*, & *superbire fecerunt*: duos tantum eorum, quæ hic dicuntur asserã sensus, iuxta lectionem Vulgatę alterum, & alterum iuxta lectionem textus Hebraici, ad quem & lectio Vulgata reduci haud incommodè possit.

Germanus ergo lectionis nostrę sensus est, vt spõsus eorum more, qui vehementiores sunt in amando, manu in altum sublata, eademque versus dilectam opposita, & vultu, & oculis aliquatulum ab illa auersis, in hæc proruperit, *Auerte*, &c. Ac si dicat.

Tantus est oculorum tuorum splendor, vt ferre illum nequeam. *Auerte*, amabo, aliquatisper ipsos à me, vt respirare possim: *ipsi enim me auolare fecerunt* extra me, eodẽ plane sensu, quo in capite 4. iuxta lectionẽ e Cant. 4.9 Sept. dicit, e *Excordasti me in vno oculorũ tuorũ*. Id quod & hoc loco expresserunt interpretationes illæ verbi Hebraici, *Quia ipsi abstulerunt robur meũ: quia ipsi me superauerunt*: & *Quia ipsi roborauerunt me in amore*. Quamquã nulla maiori id ipsum explicetur vi, quam cum dicitur, *Quia ipsi me auolare fecerunt*.

Alter vero sensus est, vt idem sponsus hoc vno encomio duo efficiat, amboque artificio singulari, & ipsos dilectæ euehat oculos, & simul multo id confirmet efficacius, quod in præcedenti sententia confirmarat, se vnam illam amicam suam, solamque habere dilectam, in qua cõplaceat; quo & norat, eidem spõsæ nihil dici iucundius, quippe quæ nihil frequentius in hoc Cantico amatorio repetat, quam hoc ipsũ variando scilicet ordinem, seu modum dicendi, cum in hoc capite dicat, *Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi*: in secũdo vero capite ordine conuerso, f *Dilectus meus mihi, & ego illi*: & deniq; in 7. ca. g *Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius*. Sic cum is dicit, *Auerte oculos tuos à me, quia ipsi me superbire fecerunt*, tantundem est, ac si dicat.

Auerte, queso, oculos tuos adeo pulchros, adeo splẽdidos, adeoque ardentes: ipsis namque nimirum eleuor in superbiã, quod scilicet te adeo pulchram, suauẽ, & decoram, vt iam explicauì, peculiarẽ mihi habeam dilectam: Vt quod ait, *Auerte eos à me, nõ tã ob id dictum à spõso sit, vt re vera illos à se vellet auerti: quo certe nil ei contingere possẽt grauius, quam vt egregio, & singulari, vt dictum est, artificio eorundẽ oculorum inexplicabilem exprimeret vim,*

Ad hunc sensum (vt supra tetigi) reduci potest Vulgatę lectio, vt quod in ipsa dicitur, *Quia ipsi me auolare fecerunt*, tantundem sit, ac si dicatur: Ita me extulerunt, vt plane pennas per illos mihi inditas censeã.

Circa lectionum varietatem præter ea, quæ dicta sunt, id vnũ adijciendũ est, quod in lectione Hebraica dicitur, *Auerte oculos tuos* **אני מנגדי** minmegdi, id est, *de contra me*, rectissime à nostro interprete redditum, *Auerte oculos tuos à me*, iuxta versionẽ Sept. & explicationem Hebræorum Doctõrum, ne quis fortasse legens, aut vertens *contra me*, contrario audacius id intelligat sensu.

Illud quoq; obiter aduertendum, Hebraicum verbũ **אני** haiebbi *Auerte*, sceminini esse generis: Vnde apparet, sententiam S. Gregorij Nysseni homil. in Cant. haud subsistere posse, cum ad sponsum ab spõsa hæc dicta existimat.

Verf. IV. cap. VI. *Auerte oculos tuos à me: quia ipsi me auolare fecerunt.*

EXPOSITIO II.

De prima sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

DEUM ab Ecclesia præsentis sæculi fide vt proprijs oculis conspici ex ijs manifestum est Pauli verbis: *Videmus nũc per speculum, & in enigmate*. Quã autem fidei huius, & istorum oculorum intẽtio sit Domino placita, quamue sit necessaria, per eundem Apostolum in alia epistola significatum nouimus, vbi dicit: *b Sine fide impossibile est placere Deo, & Accedẽtẽ ad Deum oportet credere*. Quis ergo in animũ sibi inducere potest, vt Christus re vera hosce Ecclesiam suam dilectam ab ipso velit auertere oculos, cũ ait, *Auerte oculos tuos à me*? Quinimo per hæc id exprimit, quã iidem, eademque fides sibi sint grata, quã optata: Singulari namque artificio Antropopathos eorum exprimit excellentias, viresque inexplicabiles. Quid enim magis optare se indicat amarius ille, qui in cortice litteræ proponitur hæc dicens, *Auerte oculos tuos à me, quia*, &c. quã vt ijs ipsis sibi frui liceat oculis, quos à se petit auerti? Instar huius amanti (õ immensam Dei benignitatem!) se Christus repræsentat Dominus noster ingens suum palam faciens desiderium fidei fideliam.

Haud operæ pretium est, vt hoc loco detineamur in explicandis horum oculorum Ecclesiæ vitibus, quas efficacissimè sponsus his expressit verbis: *Quia ipsi me auolare fecerunt*: iam enim pluribus de ijs actũ à nobis fuit in secunda exposit. verborum illorum, e *Vulnerasti cor meũ, soror mea sponsa, vulnerasti cor meũ in vno oculorũ tuorũ*: Vbi & id pariter explicatũ videre est, quod hic dicitur, eorum vires eo peruenire, vt Deum ipsum auolare faciant extra se illum ponentes, & cor ab illo auferentes. Vide ibi.

Verf. IV. cap. VI. *Auerte oculos tuos à me: quia ipsi me auolare fecerunt.*

EXPOSITIO III.

De secunda sponsa, quæ est Anima Iusti.

COMMUNIS Sanctõrum Patrum fere omnium sensus horum verborum est, vt per ea Deus piæ cuique animæ significare voluerit, ne ipsum comprehendere nitatur, mentis oculis perscrutans eius maiestatem, quandoquidem talis perscrutatio auolare ipsum faciat, iuxta illud a Psalms: *Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus*: id est, licet homo cor eleuet, vt mente Deum comprehendat, Deus tamen altius aduolat, magisue ab illo exaltatur; cum magis illi

Legionensis.

R. Abrahã.
R. Dauid.

R. Salomon.

Primus sensus.

Paraphrasis.

e Cant. 4.9

Secundus sensus.

f Cant. 2. 16
g Cant. 7. 10.

Paraphrasis.

2

a 1. Cor. 13. 2.

Fidei vires, quamue ea sit Deo placita.

b Heb. 11. 6

e Cant. 4.9

3

Primus sensus. Intellectus compefcendus in perscrutandis.

a Ps. 63. 6.

Simile.

Mi se exhibeat incomprehensibilem, eiusque captui difficilem. Id ipsum autem secundum sensum istum dici hoc loco videtur piæ animæ, quod expertus venator ei diceret; qui aliqui capturus volucrem, defixos in illum teneret oculos: nempe si capere eum vellet, vt oculos ipsos suos ab illo auerteret, latenter sub arbore aliqua aucupans; alioquin eum auolaturum. Quodue ei, qui in splendidissimū solem suos pariter defigeret obrutus, ab alio diceretur, vt auerteret nimirum à solari corpore oculos: per illos namque fieri, vt ab eo sol auolet, cum perdurante quidem illo in suo splendore, oculis obcæcabitur ipse.

Simile.

Primi sensus applicatio secunda.

Aptius tamen, ijsue, quæ dicta sunt iuxta primum sensum allatum in prima expositione, congruentius dicitur, in his Deum immensam piæ animæ exprimere vim deuotionis eius, oculorum metaphora designatæ, qua ipsam à se auolare efficit. Qua de te videnda est tertia expositio alterius illius oculorum encomij sapius citati: b *Vulnerasti cor meum, &c.*

b Cant. 4. 9. Paraphras. sis.

Vt autem quid diuersi ab ijs, quæ ibi dicta fuere, dicamus & hic: Alia ratione lic eadem verba eidem tribui possunt Deo, piam alloquenti animam deuotione nimis feruentem: Ac si dicat.

Simile.

Adeo intente te diligo; vt amoris huius mei vires exprimere vix queam, nisi te hortando, vt tantisper fulgentissimos deuotionis tuæ oculos à te auertas desistens aliquantulum ab oratione, & contemplatione: quia pudicissimi oculi tui isti me auolare fecerunt, efficientes, vt ad tempus me tibi subtraherem, quantum ad dulcem, suauemque præsentiam; quo fructu me quæras auctiori, sicque proficias magis, & ipse pariter in tui amore magis confirmet. Secundum quem sensum instar amantissimi medici se gerere videtur benignissimus Deus. Contingit enim aliquando, vt ægrotus ob consolationem, quam ex medici percipit præsentia, ita in illum suos defigat oculos, vt medicus, cui alioqui ab illo aspici perplaceret, tunc venens, ne defixo oculo, assiduoque intuitu in ægroti corpore aliquid causetur mali, benigne ei dicat, *Auerte oculos tuos à me, nec tam diu, adeoque infixi intuearis obrutu, alioquin quantocyus à te auolabo.*

Ob deuotionis, orationisue studij necessaria omittit, haud placitum est Deo.

Tertio insuper modo dici posset, Benignissimum Deum, cum aduertat piam ipsam animam ob gustum, quem ex eius percipit præsentia, ita contemplationi deditam: vt plura omittat, quæ necessario facienda ei forent, & ad quæ ex præcepto tenetur, nihilue de proximorum curet salute, his verbis clam affari: Ac si dicat.

Paraphras. sis.

Tamet si nihil mihi iucundius, quam à te per contemplationis studium conspici, haud tamen id mihi iucundum, & placitum vllatenus est, vt contemplationis causa ea omittas quæ vel Ecclesiæ; vel tibi magis ipsi necessaria sunt: idcirco hocce tuos à me auerte defixos adeo oculos: efficient namque id potius vt à te auolem. Qua in re videtur ille se gerere instar boni illius sponsi, qui, cum animaduertat dilectam sponsam suam ob vehementem, qua erga eum incensa est, dilectionem, totam in id deditam, vt in ipsum conijciat oculos, eiusue oblectetur aspectu, ideoque ea omittat, quæ domui sint necessaria; Is quippe talibus illam alloquetur: O charissimam mihi coniugem, periucundum sane mihi est, vt coniectos in me habeas oculos: exinde enim intelligo amorem, quo me prosequeris. Veruntamen nullatenus meo sedet animo, ita vni huic tuo indulgeas gustui, vt res perire sinas domesticas, puerulosque istos pati sinas, & familiam vniuersam. Idcirco auerte oculos tuos, quia ipsi alias auolare me fecerunt: efficientque vt te modo derelicta quantocyus abscedam.

Simile.

4. Secuncus sensus. Simile.

Iuxta alterum illum sensum, qui secundo loco in prima allatus est expositione, Deus Principem eum imitari hic visus est, cui tametsi plures non desint Magnates, illustresque ministri, quorum gloriari posset ministerio; pauperulo tamen vno, vilique, sed fidelissimo, ac virtute prædito sic gloriatur, vt dicere eialiquando haud erubescat: Tuo magis glorior fa-

A mulatu, quo & in superbiam quodammodo eleuor, quam ob id superbiam, quod tantorum Magnatum circunder comitatu, quodue per nobilissimos, torue perillustres viros mihi obseruiatur. Pari namque ratione qui Princeps est Regum terræ, licet millia millium, & decies centena millia sibi ministrent Angelorum, spirituumque cælestium, quorum sane iure optimo gloriari posset ministerio: ita nihilominus in fideli, humili, puraque, ac recta sibi complacet intentione, qua sibi à pauperula, & humili seruitur anima, vt eidem aperte contestetur, superbire se ob huiusmodi eius ministerium, eaque in primis gloriari intentione, quæ cum per oculorum metaphoram aptissime designetur (vt probatum à nobis est supra in exposit. tertia illorum verborum capitis primi, c *Oculi tui columbarum*) ideo ait, *Auerte oculos tuos à me, quia ipsi me superbire, gloriaeq; pennis me volare fecerunt.* Id quod & apud Isaiam significauit apertias, tum vbi dixit, *d Seruus meus es in Israel, in te gloriaber:* ob id nempe gloriabor, quod Israel existens, id est, videns Deum, recta me intueris intentione; tum alijs verbis illis, *e Ponam te in superbiam seculorum, gaudium in generationem, & generationem:* id est, efficiam, vt talis sis, qua in æternum & ipse superbiam, & in qua cunctæ gaudeant generationes.

B

Antequam ad alia accedamus, non videtur mihi hoc loco prætereundum, quod, tametsi clarissime tū ex communi expositorum consensu, tum ex Hebraico (vt notatum est) verbo, tum denique ex contextu ipso appareat, verba ista, *Auerte oculos tuos à me, quia, &c.* esse à sponso dicta in dilectæ suæ commendationem: non incongrue nihilominus, vt duos afferamus sensus morales non contemnendos, posse eadem tribui ipsimet sponse, præsertim cum in hoc habeamus, quem sequamur, S. Gregorium Nyss. homil. vlt. in Cantic.

Iuxta quam acceptionem singulari quadam ratione per hæc explicabitur ingens spiritualium consolationum magnitudo, de quibus per Prophetam hisce exclamatum nouimus: *f Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine?* Siquidem pia anima talibus inebriata delicijs, cum tantas illas esse percipiat, vt humani imbecillitas corporis ferre eas nequeat, ad Deū ipsum conuersa, *Auerte, inquit, oculos tuos, quibus mihi tantā exhibes rerum diuinarum lucem, vt mentis meæ perstringatur oculi: Auerte tantisper oculos consolationum tuarum à me; quia ipsi me auolare fecerunt:* me extra me rapuerunt, ita vt iam amplius corpus meum ferre illas non possit.

D

Vellem quidem vehementiusque optarem vt iugiter hisce me inspiceres oculis: attamen ni addideris vires, pro nunc auerte eos à me.

Sic de Sancto Ephrem legimus, tanta aliquando illum profusum fuisse dulcedinis suauitate, vt exclamare coactus sit: *Elongare, Domine, aliquantulum à me: quia imbecillitas mea tam grandem sustinere nequit dulcedinem.*

Porro in hac re pia anima videtur se habere instar illius, qui lautissimo assidens conuiuio, porrigentem sibi amico plures, variasque epulas, æq; bonas, æque & suaves, ac delicatas, aliasque semper denuo addeti, quando iam stomachi imbecillitas haud amplius ipsum comedere sinit, talibus affatur: *Gratias tibi ago immensas ob benignitatem istam tuam tantam, sane nihil mihi contingere potest iucundius, quam vt ea comedam, quæ à benignissima tua mihi porrecta sint manu: eoq; magis quod dapes istæ tuæ ita suauis sunt, vt vix vquam exsaturarer. Verum cum stomacho sim imbecilli, rogatum te velim vt dulcissima rum istarum dapum multitudinem hinc auertas: quia ipsæ mihi alioquin non parum afferent detrimenti, id plane affecturæ, vt ex hac euolem vita.*

Possunt denique & alio quoque pacto eadē tribui animæ, vt per verba ista, *Auerte oculos tuos à me, &c.* id intendant dicere.

c Cant. 1. 15

d Isa. 49. 3.

e Isa. 60. 15.

f Alius sensus.

f Ps. 30. 20. Consolationum spiritualium vires tanta, vt aliquando sancti ferre illas nequeant.

g Ephrem.

h Alius sensus.

Paraphra-
fis.
Prosperita-
tes nimias
respiit pia
anima.
Consolatio-
nes fauores-
quenimios
meruit pia
anima.

Auerte oculos tuos tantæ benignitatis à me, tãtas gratias, quibus in hoc mundo benignissimo me intueri soles intuitu, tantasque prosperitates minus amabo: quia ipsæ me aliquando auolare fecerunt.
Vel iuxta secundum litteram sensum.

Auerte tantisper oculos consolationum tuarum: quia ipsi me superbire fecerunt; Nonnumquam enim ob spirituales consolationes, gustusque sensibiles, quos tua benignitate suscepi, in superbiam elatus sum. Quamobrem obsecro te, dilecte mi, vt si ob eas in superbiam eleuanda sim, ipsos auertas potius à me. Simile quid & in humanis euenire solet aliquando, cum prudens aliquis, & sapiens nouis semper, maioribusque beneficijs & gratijs à suo Rege se cumulari animaduertens, se spicatur, ne adeo magnæ, adeoque eximia, ac frequentes gratiæ suam causent ruinam, superbum ipsum reddentes, ita vt locios contemnat, superbiaque ipsa sua eundem offendat Regem. Eapropter iter summa efflagitat prudentia, vt à tantis desistat fauoribus, ne per eos superbire sibi contingat.

Verf. IV. cap. VI. Auerte oculos tuos à me: quia ipsi me auolare fecerunt.

EXPOSITIO IV.

De tertia Sponsa, quæ est B. V. Maria.

6
Primus
sensus.
Maria
quanta exti-
terit puritas
mentis.

Verba ista à Deo dicta videntur Virgini Gloriosissimæ, detinenti se in meditatione celsitudinis, ac magnitudinis eius, quem solum ipsa pro suo elegerat dilecto, duo autem hisce Deus intendit, & puritatem extollere tantæ Virginis, & eandem Virginem à sublimium, & incomprehensibilium rerum meditatione ad Incarnationis mysteria auertere: Ac si dicat.

Paraphra-
fis.

Tanta fuit mentis tuæ puritas, tanta spiritualium istorum oculorum tuorum extitit vis: vt ipsi me quasi extra me rapientes auolare fecerint de sinu Patris in gremium ventris tui.

Verf. IV. cap. VI. Auerte oculos tuos à me: quia ipsi me auolare fecerunt.

Appendix Expositionum, Ex antiquis Patribus collecta.

7
Ambros.
Theodor.
Tres Patres.
Cassiod.
Greg. Pap.
Philo.
Beda.
Rupert.
Anselm.
Intellectus
compescendus
in diuinis
scrutandis.

Paraphrasis Chaldaica. Fac accumbere magistros tuos sapientes, congregatione magna in circuitu, in conspectu meo: ipsi enim consulebant me in captiuitate, & constituebant gymnasium doctrinæ legis meæ.

Præter communem sensum à nobis in principio expositionis tertio relatum, quem sequuntur Ambrosius lib. de Isaac cap. 8. Theodorus, Tres Patres, Cassiodorus, Gregor. Papa, Philo Carpathius, Beda, Rupertus, Anselmus, & alij, quo Christus suadet Ecclesie aut piæ animæ, ne sit scrutatrix maiestatis, neve oculis Deum videre contendat, quem non videbit homo, & viuet, quia quanto magis in ipsum coniectos habuerit mentis oculos, tanto magis eum intelligit incomprehensibilem; ideoque fat illud ipsi sit, vt fide per speculum videat, & in enigmate, non quærens in hac vita præmium diuinæ visionis, quod beatis in alia vita referuatum est.

Ambros.
Predicator
condescendere
debet infir-
miaribus.

Præter hunc inquam sensum fere communem, quatuor adhuc apud Patres reperio. Primum Ambrosij, qui in libro de Isaac, & Anima cap. 8. Sic legens, Auerte oculos tuos à me; quia ipsi me eleuant, existimat Christum Dominum significare animæ perfectæ se optare, vt patiat non eius duntaxat, sed & infirmiorum saluti, & consolationi ipsum indulgere. Ac si dicat.

Et si tu perfecta es: alia tamen adhuc animæ mihi

A redimendæ sunt, alia fulciendæ: quamobrem *Auerte oculos tuos à me*: eleuas enim me videndo: ego autem ideo descendi, vt omnes eleuem. Quanto enim quis ad Dominum intendit, tanto amplius Dominum eleuat, & ipse eleuatur.

Declarat hæc Ambrosius huiusmodi exemplo. Constitue aliquem Doctorem, qui rem obscuram velit aperire audientibus, qui etsi potens sit in sermone, & scientia: condescendat tamen ad eorum infirmitatem, qui non intelligunt, & simplici sermone vtatur, vt possit intelligi.

Simile.

Si quis igitur inter audientes viuacior sensu sit, qui facile sequi possit, eleuet eum, atque excutiat: hunc videns Doctor, reuocat dicens, vt patiar magis se humilioribus, & planioribus immorari, quo, & cet. sequi possint. Tale est, quod hoc loco dicit Dominus ad animam piam.

Secundus sensus à communi diuersus est Iusti Origelitani, qui ei hæc à Christo Domino dicta censet, quæ corpoream eius requirat præsentiam, semperque in corpore mortali illum meditetur, numquam se eleuans ad cœlestia: vt eorum sensus sit: Non me semper in corpore conspicendum requiras, quem spiritu per fidem melius cernis. Idcirco enim in cœlos ascendi, vt non semper localis tibi appaream, qui sic omnia diuinitatis meæ præsentia repleo, vt vbique adsum, cunctaque contineam & à nullo loco continear.

Iustus.
Christus
haud ampli-
us requirit
vult in præ-
sentia corpo-
rea, cum in
cælum ad-
scenderit.

Tertius sensus est Aponij, qui arbitratur, hæc à Christo dicta ad animam cum aliquo infidelitatis errore antiquissimis oculis ipsum intuentem, quibus ille offensus auolauerat ab ea: quandoquidem, existente oculo nequam totum corpus tenebrosum fuit effectum.

Aponius.
Fidei oculis
conspici vult
Christus.

Simul ergo Christus secundum hunc sensum animam ab infidelitatis reuocat errore, monetque, vt relictis ipsum inspiciat oculis fidei, ne id amplius ei contingat, vt eum non inueniens, in tenebris vulneretur, & cetera.

8
Oculis Chri-
sti quid boni
tribuat.

Sed quia ab omnibus diuersissimus est sensus, est Gregorij Nysseni, qui homilia 15. existimat hæc à sponsa potius dicta ad sponsam subtiliterque circa hæc philosophans, & legens, [Auerte oculos tuos à me: nam ipsi alas mihi reddiderunt;] duo supponit: Animam per peccatum amisisse alas, quas à Domino acceperat, quibus & Domino similis erat, nempe potestatem, beatitudinem, ac statum mortis expertem, & cetera huiusmodi.

Secundum tantumdem esse, *Auerte oculos tuos à me*, ac id, quod dicitur in Psalm. a Oculi tui videant æquitates, seu rectitudines, scilicet meas. Nā probasti cor meum, & visitasti nocturne: igne me examinasti; & non est inuentum in me iniquitas: Vt idem sit, Oculi tui videant rectitudines: & Oculi tui contrarium non spectent. Nam qui rectum intuetur, obliquum non videt, & qui obliquum non videt, omnino rectum videt.

Alas amissas recuperat anima per Christi intuitum.
a Psal. 17.2

Ac si dicatur, Oculi tui, cum me inspiciunt, auertunt à contrario, nempe à peccato, per quod alas amisi in meis primis parentibus.

Cumque nihil in me videant contrarij, atque peccati, id profecto ex ipsis tuis cōsequor, vt rursus alas habeam, & per virtutem recuperem alas eius, quæ est tamquam columba, vt volare possim, & quiescere; Hocque vnum est quod opto, dicens: *Auerte oculos tuos à me*, vt in peccato sum genita: videant tamen rectitudines meas.

Christi intuitus in anima rau-
sat despectum
mundi.

Sensum istum clare Psellus expressit apud Theodoritum, tamen in versione latina ea sint verba: Mihi quidem locutus est venerandus sponsus meus, *Auerte*, & c.

Psellus.

Ita enim hæc reddit: Iam cōiice in me oculos tuos: lux enim oculorum tuorum auolare me fecit, & omnia mundi negotia despexi. Quæ certe animæ aptius cōperunt, quam Christo; & nouimus (vt & alias notasse credo) Psellum esse auctorem Greg. Nysseni, vnde amborum commentaria simul in hoc cap. 6. concluduntur.

Ex

Ex Verf. IV. cap. VI. Capilli tui sicut grex caprarum, quæ apparuerunt de Galaad.

Verf. V. cap. VI. Dentes tui sicut grex ouium, quæ ascenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est in eis.

Verf. VI. cap. VI. Sicut cortex mali punici, sic genæ tuæ, absque occultis tuis.

HÆciam à nobis fusius explicata sunt in Commentariis super cap. 4. Videantur quæ ibi dicta sunt in expositionibus in primum, secundum, & tertium versum. Illud duntaxat notandum hic in versibus Sept. Symmachi, & Aquilæ id reperiri: *Sicut funiculus cocconis labia tua & eloquium tuum decorum*: quod & supra in dicto cap. 4. explicatum est.

Notandum & id esse nonnihil diuersitatis quoad verba hic, & in c. 4. licet idem sit sensus: Nam in encomio capillorum, quod hic est *apparuerunt*, ibi est *ascenderunt*: & intuper ibi est, *de monte Galaad*, cum hic sit tantum, *de Galaad*.

In verf. 5. quod hic est, *grex ouium*, ibi est, *greges tonsurum*: quod hic est, *in eis*, & ibi, *inter eas*.

In verf. 6. quod hic, *ut cortex*, ibi, *sicut fragmē*: & quod hic, *absque occultis tuis*, ibi, *absque eo*, quod *intrinsecus later*.

Ex Verf. IV. c. VI. Capilli tui, & c.

Verf. V. cap. VI. Dentes tui sicut, & c.

Verf. VI. cap. VI. Sicut cortex mali punici, & c.

Appendix Expositionum, Ex Antiquis Patribus collecta.

10 **P**araphrasis Chaldaica. In duabus primis sententiis eadem omnino habet verba, quæ relata sunt in ca. 4. in encomio capillorum atque dentium: In encomio genarum duntaxat est in ea aliquid diuersitatis, sic enim reddit versum sextum.

Regnum autem domus Hasmenæorum omne plenum est præceptis, sicut malogranatū, præter Malthiam sacerdotem magnum, & filios eius, qui erant iustiores illis omnibus, & confirmabant præcepta, & verba legis in puritate.

Præterea, quæ relata sunt ex Patribus in citatis locis capit. quarti, nonnulla addi possunt ex iisdem. Ac primum ex Greg. Nyssen. qui, cum in c. 4. per Ecclesiæ capillos eos acceperit Sanctos, qui mundo mortui sunt, & carni, ut sunt Religiosi: nullam tamen allatæ similitudinis caprarum attulit rationem: Hoc vero loco rationem triplicem illius affert.

Primam ex proportione, quam capræ ipsæ habent cum capillis: cum capræ pilos densos habeant & longos: atque adeo aptissimæ sint ad explicandum ornamentum capillorum.

Secundam ex congruentia, quam ij. qui vitam asperam sectantur, cum iisdem habent capris, quæ per saxa sine vlla pedū offensione tendunt, circa vertices motium versantur, & per prærupta loca silenter incedunt.

Et tertiam, quia per capras ad capitis encomiū aliquid accedit, quod animal ad multa sacrificia fit à Mose vsurpatum. Addit & aliam rationem desumptam ex eo, quod in libro Prouerbiorum a inter quatuor celerrime incedentia numeretur hircus ducēs caprarum gregem: quia & Religiosi, mortuique mūdo, qui per capillos designantur, instar caprarum Eliam pri-

Amum istius vitæ institutorem veluti suum celerrimū habeant hircum, quem sequantur, & imitentur.

Ex eodem Nyssenō id quoque notandū circa verf. 6. per hoc quod genæ piæ animæ comparantur cortici mali punici, significari, non alia quadam in re situm esse thesaurum ipsius animæ, sed illam suimet esse thesaurum: quippe quæ omnis boni apparatus in se continet.

Nam ut cortice continetur id, quod esculentum est in malo punico: sic etiam interior animæ thesaurus continetur pulchritudine illa vitæ quæ visui patet. Vnde bene subditur, *Præter id, quod in se reteritur*: ut intelligeremus, non tam ex his, quæ videntur, & verbis explicantur laudem animæ resultare, quam ex internis quæ silentio reguntur.

Tertio notandum ex Cassiodoro, & Beda, per dentes Ecclesiæ intelligi firmam illius stabilitatem, qui bene gregi ouium comparantur, quæ de lauacro adscēderunt: quia verba Ecclesiæ nihil nisi innocentiam, & mansuetudinem sonant, nihilque in se fœdum, & immundum habent. Et omnes gemellis fœtibus esse dicuntur; quia sermo sanctorum nihil aliud sonat, nisi quod ad dilectionem Dei, & proximi pertinet.

Quarto notandum ex Gregor. Papa, homil. 16. in Ezech. vbi ait: Genæ sanctæ Ecclesiæ sunt spirituales Patres, qui nunc in ea miraculis coruscant, & velut in eius facie venerabiles apparent: Cum enim videmus multos mira agere, ventura prophetare, mundum perfecte relinquere, cœlestibus desideriis ardere, sicut cortex mali punici sanctæ genæ rubet. Se d quicquid istud est omne, quod miramur illius comparatione, de qua scriptum est, quod *oculus non vidit, nec auris audivit, quæ præparauit Deus diligentibus se*: Bene ergo cum miraretur genas Ecclesiæ, subdit, *Absque occultis tuis*: Ac si aperte diceretur. Ea quidem quæ in te nō latent, magna sunt: sed illa valde ineffabilia, quæ latent.

Quinto demum notandum ex Aponio, in dentibus eos designari, qui ex Iudæis baptizantur, & propter acumen ingenij boni ad verbum Dei ruminandum, & robur tolerandi propter Christum iniurias, fortissimi dentes Ecclesiæ nuncupantur: propter innocentiam, vel patientiam comparantur osibus: Ad baptismum siue ad bonam conuersionem conuersi, ascendere laudantur, qui mente intrinsecus Deo placita, & corporis actibus, bono exemplo sanctitatis gemellos generant.

In genis autem eos, qui lapsi post baptismum luxuriæ maculis imaginem in se fœdauerunt creatoris, mundati verò lacrymarum ablutione faciem Ecclesiæ pulcherrimam reddunt, qui ideo cortici mali granati comparantur: quoniam lapsus sui metu alios continent à peccato, qui asperitatem poenitentiae ignorant.

In genis autem eos, qui lapsi post baptismum luxuriæ maculis imaginem in se fœdauerunt creatoris, mundati verò lacrymarum ablutione faciem Ecclesiæ pulcherrimam reddunt, qui ideo cortici mali granati comparantur: quoniam lapsus sui metu alios continent à peccato, qui asperitatem poenitentiae ignorant.

Verf. VII. cap. VI. Sexaginta sunt Reginae, & octoginta concubinae, & adulescentularum non est numerus.

F *Verf. VIII. cap. VI. Vna est columba mea, perfecta mea: vna est matrisua, electa genitrici sua.*

EXPOSITIO I.

Iuxta sonum litteræ.

Sicut in duabus aliis panegyricis, primi capitis altera, altera vero capitis 4. ita sponsus dilectæ suæ celebravit pulchritudinem, ut à generali encomio exordiens, in generale item encomium suas

Y y semper

Greg. Nyss.

Caprarum similitudinem adhibita in encomio capillorum.

a Pron. 30. iuxta Sept.

Theaurum suum anima habet in semetipsa.

Cassiod. Beda. Sermo sanctorum qualis.

Greg. Papa. Sancti genæ sunt Ecclesiæ

1. Cor. 2. 9.

Aponius. Iudæi ad fidem conuersi sunt dentes Ecclesiæ.

Poenitentes sunt genæ Ecclesiæ.

^a Cant. 6. 3. generali laude illa, *a Pulchra es amica mea, suavis, & cetera*. exorsus fuerat orationem item panegyricam, generali nunc pariter & isto, quod præ manibus habemus, claudit encomio sane perillutri. Quodve in panegyrica oratione ita maxime est animaduertendum, id ipsum in hæc eius coronide apertius, efficaciusve confirmat, quod & in principio prædicto confirmare fuerat obnixus, verissimum scilicet esse quod ab illa fuerat dictum. *b Ego dilecto meo, vna nimirum sola sum dilecta.*

Est autem non modica difficultas in ijs, quæ habetur in vers. 7. *Sexaginta sunt Reginae, &c.* quis ea protulerit. Nam tamen haud ambigendum sit sponso illa tribuenda: haud tamen constat, an Salomon, quem scimus in hoc Cantico sponsi obtinere personam, sub pastoris tamen allegoria in pastoris habitu hæc habuerit: An vero in persona propria Regis; Iam etenim sæpius vidimus in superioribus, illum personam ipsam pastoris exuisse. Nec tam hoc difficile est, quam id demum definire, de quibusnam Reginae, & concubinis, atque adolescentulis fiat sermo. Sunt, qui putant, Salomonem de suis ipsis loqui mulieribus, quarum ingentem habuisse numerum, colligunt ex ijs, quæ habentur in 3. lib. Reg. capit. 11. c. *Fueruntque ei uxores quasi Reginae septingentæ, & concubinae trecentæ: & auerterunt mulieres cor eius.* Quibus id refragatur, quod nec quantitas, nec paritas numeri consentit; cum hic plures asserantur concubinae, quam Reginae, ibi è contra plures Reginae: hic concubinae octoginta duntaxat, & Reginae sexaginta: ibi concubinae trecentæ, & Reginae septingentæ. Adde quod ibi illas tum habuisse dicitur, cum iam esset senex, & à Deo auersus: Probarum est autem à nobis supra in præfatione, librum istum à Salomone compositum, cum adhuc iuuenis in Dei dilectione ita perseveraret, vt dilectus Domini quasi proprio insignitus esset nomine. Haudquaquam de Salomone Rege eiusque feminis, sed indefinite de quouis Monarcha potentissimo hæc sumenda existimat Martinus Del Rio, vt sensus sit.

Sit aliquis, qui in Gynæceo suo clausas habeat plurimas coniuges primarias, ingenue conditionis, & plures concubinas conditionis inferioris, plurimas vero virgines adolescentulas, quæ in alteram thalami fortem mille clauibus asseruantur in domus penetralibus: quidquid in tam multis diuisim, in mea id coniuge confertim omne reperitur, quare & te dilectam omnibus præfero, & me tali Rege beatiorem duco.

Verum nec sententia ista meo sedet animo, ob id in primis, quod persuadere mihi nequeam numeros tam exacte appositos, atque distincte sumendos indefinite: præsertim cum quando de adolescentulis est sermo, manifeste numero non iam amplius determinato, sed indefinite dicatur, *Et adolescentularum non est numerus.*

Quamobrem probabilis dicendum arbitror, de mulieribus ipsis Salomonis hæc esse intelligenda, siue in propria, siue in pastoris persona ille loquatur: de illis tamen, quas in iuuentute habuit, quando hæc scripsit. Habuisse enim & tunc coniuges plures, verisimile est: cum & Dauid pater eius, quem Deus secundum cor suum esse dixit, plures habuerit mulieres, & concubinas. Neque enim quoad coniugium aliud discrimen est inter eas, quæ hic appellantur reginae, & illas, quæ concubinae nuncupantur, nisi quod Reginae dicebant illas, quas Reges assumebant, & ad thorum, & ad familiam, familiarum opes, iura, & communionem, vt pote ingenue conditionis.

Quas vero inferioris notæ accipiebant vxores indotatas, in usum duntaxat thori, non bonorum, & familiarum, concubinas antiquitus vocabant, vt bene colligitur communiter ex cap. 25. Gen. a vbi Abraham filius concubinarum dicitur largitus munera, Isaac tantum filio libera relicto herede.

Porro, quod coniugibus istis adijcitur, *Et adolescent-*

tularum non est numerus, de ijs intelligendum crediderim puellis Virginibus, quæ ad prædictarum Reginarum, atque concubinarum tanti Regis comitatu, & famulatum adstant, de quibus in Psalmo item Epithalamij dicitur: *b Adducentur Regi Virgines post eam,* scilicet Reginam, de qua paulo superius dictum fuerat: *Adstitit Regina à dexteris eius in vestitu deaurato.* Quo loco Psalms est eadem, quæ & hic habetur vox Hebraica *רַחֵל* a lamoth, plurale singularis *רַחֵלִים* aalma, quod voce Virginea significari probauimus alias. Has autem Virgines paulo infra filias appellat, vbi dicit: *Viderunt eam filiae, & beat. præd. Reginae, & concubinae,* &c. primo loco illarum mentionem faciens

immediate post Reginam præcipuam, maximeque dilectam, vt pote quam comitabantur vt dominam, & cuius sortem æmulabantur: quamve idcirco beatificauerunt, quod eius compos effecta esset dilecti Salomonis, quem & ipsæ vehementissima prosequerentur charitate, prout aperte colligitur ex ijs, quæ in cap. 3. huius Cantici dicuntur iuxta lectionem textus Hebraici: *c Medium eius incensus seu combustus charitate à filiabus Ierusalæ,* vt videre est supra in expositione prima eorum verborum. Ob id autem bene, & hoc loco vna cum coniugibus Salomonis istarum mentio fit adolescentularum, quod & ipsæ, sicut & coniuges eundem diligenter Salomonem, vt argumentum, quod modo explicabo, esset efficacious.

His suppositis, facile iam erit eorum, quæ hic dicitur, eruere sensus. Vel enim Salomon loqui censendus est in persona propria, vel in persona pastoris: siquidē vtroque modo accipi hæc possunt. Si primo modo, quod hic dicit tale erit.

Quamuis *Sexaginta* mihi sint *Reginae, & octoginta concubinae,* necnon innumeræ in meis palatijs sint *Virgines,* à quibus omnibus scio me summo opere diligere: attamen en ista est *vna columba mea,* ita nimirum mihi sola, sicut columbo sola columba sua est, in omnibus, & per omnia pulcherrima, vt iam audistis (loquitur namque conuersus ad sponsam socias adstantes) ideoque *perfecta, & immaculata mea,* non minus certe mihi vna, quam vna sit & *matrisuæ:* nec minus mihi præ omnibus grata, atque dilecta quam *electa sit & genitrici,* quæ illam è proprijs genuit visceribus.

Pro ista vna adeo pura adeoque perfecta Reginas vniuersas, omnesque concubinas, atque adolescentulas parui facio: cum qui quid vel pulchri, vel boni in singulis earum diuisim reperitur, id omne simul in hac perfectissimo modo reperitur vnitum.

Quod si secundo modo hæc dicta sumantur in persona nostri pastoris, per contentionem ad foeminas ipsas Regis Salomonis illum hæc protulisse dicemus; vt adstanti puellarum choro, & coram ipsamet, cuius encomia celebrabat, testatum faceret, quanto maiori dilectam ipsam suam prosequeretur charitate, quam Salomon Rex: quippe qui amore in tot partes diuiso varie distraheretur; cum ipse in vniuersa duntaxat eiusdem dilectæ suæ amore conuiesceret, illive vni totus quantus quantus in se esset dilectionis ignem, ac ardorem dedicasset, quæ Reginis ijs omnibus, omnibusque & concubinis & adolescentulis, & puritate esset præferenda, & pulchritudine immaculata.

Sed quamuis boni ambo isti sint sensus, aridet tamen mihi magis primus, quam iste secundus. propterea, quæ mox subiiciuntur: *Viderunt eam filiae, & beatissimam predicauerunt: Reginae, & concubinae laudauerunt eam.*

Congruentius namque videtur, vt coniuges Regiæ nobilesque Virgines beatissimam prædicent, & laudibus euehant Reginam primam Regi Salomoni præ ipsis omnibus dilectam, quam rusticam, ignobilemque sponsam pastoris item rustici.

Duo circa vocum significatus annotanda supersunt in fine primæ huius expositionis.

Primum, Hebraicam vocem *רַחֵל* tamathi, quæ tam noster, quæ Sept. Interpretes verterunt, *Perfecta*

^a Cant. 6. 3.
^b Cant. 6. 2.
^c 3. Reg. 11.

Del Rio.

Inter Reginas, & concubinas quid differimus sit.

^a Gen. 25. 6

^b Psal. 44. 15.

^c Cant. 3. 10

Primus sensus.

Paraphras. lis.

Secundus sensus.

2102,

meam, proprie significare integram, & immaculatam
meam, qua de re actum a nobis est supra expositio-
ne primâ illorum verborum, *Tota pulchra es, amica mea,*
& *macula non est in te* : quæ habentur in cap. quarto
versic. 7.

Alterum vero est vocem illam, *vna*, ibi, cū dicitur,
Vna est matri suæ, nequaquam sumendam proprie pro
vna, atque sola, sed in significatu eximia, & singularis:
Constat enim, sponsam, de qua est sermo, vel vnam
habuisse sororem, cum infra scriptum reperiamus:

¶ Cant. 3. 8. *d Soror nostra parua. Et: Quid faciemus sorori nostræ &c.*
Tamenti ad hæc responderi forsitan posset, sponsam
habuisse certe sororem, quæ ex eodem Patre, non ex
eadem esset matre.

Quicquid tamen sit, melius in dicto sumetur signifi-
catus vox *vna*, cum & ea, quæ adjicitur vox, *electa genitrici suæ*, pluralitatem supponat.

Quod enim electum est, ex pluribus est electum:
vnde in cap. 5. sponsus ipse, qui hie loquitur, dicitur
¶ Cant. 5. 10 *Electus ex millibus.*

Vers. VII. c. VI. *Sexaginta sunt Reginae,*
& *octoginta concubinae,* & *adole-*
scularum non est numerus.

Vers. VIII. c. VI. *Vna est columba mea,*
perfecta mea: vna est matri suæ,
electa genitrici suæ.

EXPOSITIO II.

De prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

2 **C**ongruunt sane peroptime ea, quæ hic dicuntur,
¶ Secundus **Secundus** sentus. **Romanæ Ec-**
clesiaenco-
mum. **¶ Cant. 6. 3.** vni Ecclesiæ Romanæ, cui reliquæ omnes uniuntur
Ecclesiæ particulares, quotquot Catholicæ gau-
dent, & Orthodoxorum vocabulo.

¶ Cant. 6. 3. Multoque magis per hæc illius confirmatur vnitas,
ac singularitas in ter populorum collectiones, quæ
Christi se iactant dilectas, quam efficacissimis expli-
catis sit verbis a illis: *Pulchra es, amica mea, suavis, & de-*
cora sicut Ierusalem: terribilis, ut castrorum acie ordinata:
Opponitur enim multis, innumerisve feminis iis,
quæ & Salomoni dilectæ essent, & Salomonem dilige-
rent: simulque ostenditur eadem Christo dilecto esse,
& virginem, iuxta illud Apostoli: *b Respondi vos vni vi-*
ro virginem castam exhibere Christo: & concubinam, id est
sponsam, licet infimæ, terrestrisve conditionis, ex qua
innumeri illi gignerentur filij, iuxta illud, quod apud
Isaiam ei dicitur: *c Et dices in corde tuo: Quis genuit mihi*
istos? Ego sterilis, & non pariens, transmigrata, & captiua.

¶ 2. Cor. 11. 2. Necnon in Reginam, ob Regium scilicet thronum,
¶ Isa 49. 21. in quo Romæ summus residet Pontifex, iuxta illud
¶ Isa 49. 21. Psalmi: *d Adstitit Regina dextris tuis in vestitu deaurato;*
¶ Ps. 44. 10. charitatis nimirum auro, *circundata varietate, diuerso-*
rum Sanctorum.

Id, quod nedum triumphanti, sed & militanti Ec-
clesiæ congruere, ex citato colligi potest Isaia loco,
¶ Isa. 49. 23 *¶ Isa. 49. 23* ubi dicitur: *Et erunt Reges nutrices tui, & Reginae nutrices*
tuæ: vultu in terram demisso adorabunt te, & puluerem pedum
tuorum lingent.

Atque adeo bene per contentionem dictas Salomo-
nis terreni Regis adolescentulas, concubinas, & Re-
ginas a diicit ipsemet pastor bonus Christus: *Vna est*
columba mea, perfecta mea: vna est matri suæ, electa genitrici
sua: tribus epithetis hie, columbæ, perfectæ, & ele-
ctæ genitrici suæ tria prædicta in illam vnam conue-
nire significans: Puritatem quidem virginem ut vir-
gini purissimæ, columbæ a appellatione designans: Co-
jugalem vero dignitatem, quam vna cum ipso ea habet,
tamenti vilis est: conditionis, nomine designans per-

A *fectæ immaculatæque suæ, & vnam dicens matri e-*
ius, quatenus in vna fidē per vnum baptismum ab om-
ni abluta macula desponsata ipsi est, vnam se seruans
primitiæ Apostolorum Ecclesiæ, quam, si terrenam
spectemus ipsorum Apostolorum conditionem, vi-
lissimam esse nouimus, adeoque & Apostolica nunc-
pata: Regiam denique maiestatem, tertio illi tribuens
epitheto electæ genitrici suæ, cœlesti nimirum Ieru-
salem, f quam matrem, & genitricem nostram appel-
lat Apostolus: Regina & ipsa in spe vitæ æternæ, sicut
& genitrix illa sua, & Regina est, & regnum æternū.
Itaque quod hic ab eo dicitur, breuiter tale est.

B Salomoni quidem terreno *sexaginta fuerunt Reginae,*
¶ Taraphra-
octoginta concubinae, & virgines innumera, quarū om-
lis. nium gloriabatur amore: quasve & ille amabat, suam
in tantas diuidens dilectionem, cum finita nihilomi-
nus, & exigua ea in ipso esset respectu immensæ cha-
ritatis meæ.

Sed meam hanc charitatem, quantaquanta est, in
vnam conuerti Ecclesiam dilectam meam adeoque
eam vnam mihi fateor esse Virginem pro Virginibus
illis innumeris: coniugem vnam pro pluribus ijs con-
cubinibus, & vnam denique Reginā pro sexaginta Re-
ginis illis.

¶ C *Est quippe vt Virgo vna columba mea: vt ex vili quide*
carnis conditione per vnum baptismum mihi sponsata,
ad liberos in fide procreandos: *Vna matri suæ, primiti-*
uæ Ecclesiæ Apostolorum perfectæ, & immaculata meæ
¶ *¶ Quin & vt Regina vna illa mihi est, cum electa sit cœle-*
sti Ierusalem regno simul, atque Reginae, quæ genitrix
eius est, Reginamque illam genuit, prout ipsa Regina
est, sponsa item mea in Regno meo.

Vers. VII. cap. VI. *Sexaginta sunt Re-*
ginae, & octoginta concubinae, & ad-
olescentularum non est numerus.

Vers. VIII. cap. VI. *Vna est columba*
mea, perfecta mea: vna est matri
sua, electa genitrici sua.

EXPOSITIO III.

De secunda Sponsa, quæ est Anima Iusti.

E **P**erulgata est communis Sanctorum Patrum sen-
tentia, vt per Reginas Christo vero Salomoni cō-
iunctas ij delignentur fidelium, qui filiali Deum dili-
gant reuerentia, atque adeo per veram eadem vnti
charitatem, in perfectorum constituantur gradu per-
fectoque sexagenario designentur numero: Per con-
cubinas inferioris notæ illi, qui eidem charitate qui-
dem inhærent, ac propter retributionem in gradu
proficientium cōstituti: multoque plures hi sunt, quā
primi, vt pote imperfectiores: ideoque & octogenario
numero imperfecto expressi: per adolescentulas deni-
que incipientes, qui non tam ex mēra charitate, quam
ex pœnarū timore serui in Christi Ecclesia coram
ipso met Christo digne conuersari cœperint, quorū
vt præ reliquis imperfectiorū inmensus est numerus.

Hos itaque viueros siue potius harum animas si-
bi quidem inhætere, asserit piarum animarū spon-
sus: sed nihilominus piam quamque animam, quæ tā-
ta illi vnita sit charitate, vt vna cum sponsa id vere, at-
que ex corde proferre queat: *¶ g Ego dilecto meo, & dile-*
ctus meus mihi, qui pascitur inter lilia: ita sibi esse dilectā,
vt iure de singulis dicere sibi liceat vnam sibi esse di-
lectam, quæ & puritate columba ipsius sit vna, & virtu-
tum decore perfecta, singulari gratia illustris, adeoque
eidem gratia vnita: cum per ipsam vti per matrē con-
cepta fuerit: cœlestique Ierusalem, quæ mater nostra
est electa.

Verum in tribus hſce epithetis, quibus cœleſtis ſpōſus ſuam inſignit dilectam, & piā quamlibet animā, quam ita diligit, ac ſi vnā ſolamque diligeret; ideoque & vnā genitrici ſuæ. aliquid ineſt inſuper, quod hic annotetur.

Primo autem circa epithetum perfectæ notādum, vnumquodque (vt bene ait D. Thomas lib. 1. contra Gentes, cap. 29.) dici magis, vel minus perfectū, quatenus magis, vel minus habet eſſe perfectum: Vnde, cum Deus ſolus habeat eſſe omnino perfectum, quatenus exiſtens ſuum eſſe, ſecundum totam eſſe eſſendi poteſtatem, ipſe ſolus re vera dici poteſt perfectus.

Verumtamen ſecundum ſimilitudinem quamdam iſtud ipſum perfectionis vocabulum licet improprie tribui nonnumquā ſolet creaturis; quo pacto Ariſtoteles hac ratione definiens perfectum; Cui nihil deſit ſecundum ſuam ſpeciem: indicauit, illud ſe definire perfectum quod in creaturis reperiri poteſt: nā cum ſingula creata ſint vna duntaxat res, necelle pariter eſt, etiam ſi ſint perfectæ, multa eis deſint. Poſſumus autē perfectionem hanc in creaturis in triplici gradu conſiderare, eamque omnem in anima pia reperiētes, videbimus, quā apte illa ſic dicatur *perfecta*, vt vna eſt eiſdem Chriſti *columba*. Enimvero ſunt perfectæ in genere ſecundum eſſe tale, quatenus in genere illo habent perfectiſſimum eſſe: in hunc modum aurum, argentumque illud dicimus perfectum, quod puriſſimū ſit, & expers ſcoriæ omnis, omnivſe mixtionis cum re qualibet alia. Secundo, alia ſunt perfectæ non in genere eſſendi (nunc vtor ſcholæ terminis, philoſophiā hāc tractans); ſed in genere repræſentādi: hac ratione Regis imago, quæ perfecte repræſentat eum ipſum repræſentet, perfectæ dicitur. Tertio nonnulla ſunt perfectæ reſpectiue, quatenus reſpectu aliorum ad Deum magis accedunt, quem ſummam nouimus eſſe perfectionem.

Hoc pacto animantia reſpectu plantarum, homines reſpectu brutorum, & inter homines ipſos ij, qui Deo adherent, perfectos iure appellamus.

Porro, cum anima ſancta eo peruenerit, vt Chriſti columba effecta ſit, tria hæc vniuerſa in ſe habet perfectionis genera: Siquidem columba, quatenus eſt animal puriſſimum, puritatis ſymbolum eſt: ideoque & anima *columba* exiſtens, puriſſima quoque ſit, operæpretium eſt, & perfectæ ſimul primo perfectionis genere, quod eſt ſecundum eſſe, in quo à Deo condita eſt omnis peccati expers. Quatenus vero columba eſt animal mitiſſimum, & abſque amaritudinis felle: anima ea dem, quæ eſt *columba*, mitiſſima pariter eſt, atque adeo *perfecta* in genere repræſentādi; dum nedum amicos, ſed & inimicos diligens iuſdemve beneficia conferens Deum ipſum perfectiſſime repræſentat, cuius eſt imago: Vnde quod in Luca Euaſgelio dictum eſt: *a Eſote Miſericordes, ſicut & Pater veſter miſericors eſt*: in Euaſgelio ſecundum Marthæum dicitur: *b Eſote perfecti, ſicut & Pater veſter perfectus eſt*.

Demū & tertio quoque perfectionis genere eadē, quæ columba ſit anima, *perfecta & Chriſto* dici merito debet: cum iuxta c Apoſtoli dictum, ita ipſi adherat Deo, vt cum illo vnus facta ſit ſpiritus; & exploratum omnibus eſt, columbam Spiritus Sancti ſymbolum eſſe in ſacris litteris.

Præter iſtud tamen perfectæ epithetum, adijcit ſpōſus & ſecundum, dicens: *Vna matri ſuæ*: eximium per id amorem innuens, quo illam proſequitur ſingulariter dilectam.

Moris namque ſacrarum eſt litterarum, vt cum quis exceſſum ſui in alterum amoris velit exprimere, matris afferat ſimilitudinem, quæ filium vnice diligit.

Sic 2. Reg. 1. d David ſuum erga Ionatham ampliſicans amorem. Doleo, ait, *ſuper te, frater mi Ionatha, decore nimis, & am. abelis ſuper amorem mulierum; ſicut mater vnicum amat filium ſuum, ita ego diligebam te.*

Quamobrem, cum Chriſtus hoc loco dilectam ſuā dicat vnā matris eius, hoc plane ipſum ſignificat, adeo illum ſibi eſſe dilectam, ſicut filia vnica matri dilectæ eſt ſuæ.

Perfectum sumi tripliciter.

Perfecta dicitur pia anima triplici genere perfectionis.

Perfecta dicitur pia anima triplici genere perfectionis.

Perfecta dicitur pia anima triplici genere perfectionis.

a Luc. 6. 36

b Matt. 5. 45.

c 1. Cor. 6. 17.

Amore matris Chriſtus diligit piā animā.

d 1. Reg. 1. 26.

Et quia contingere poteſt nonnumquam, licet id difficile videatur, matrem quampiam ita eſſe crudelem, vt nec vnicum diligit filium: apte admodum ſponſus tertio eandem animam inſignit epitheto, dicens: *Electa genitrici ſuæ*: ſignificans, ipſam eſſe ſibi dilectam, vt nedum vna ſibi ſit, ſicut filia vna eſt matris ſuæ: ſed ſicut filia illa, quæ electa, & chariſſima ſuæ item ſit genitrici, eo plane vtens argumenti genere, quo vſus eſt Iſa. 49. e *Numquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum, vt non miſereatur filio vteri ſui? Eſt illa obliuia fuerit: ego tamen non obliuiſcar tui. Ecce in manibus meis deſcripſi te: Muri tui coram oculis meis ſemper.*

c 76. 49. 25.

B

Verſ. VII. cap. VI. *Sexaginta ſunt Regina, & octoginta concubina, & adoleſcentularum non eſt numerus.*

Verſ. VIII. cap. VI. *Vna eſt columba mea, perfectæ mea: vna eſt matri ſuæ, electa genitrici ſuæ.*

C

EXPOSITIO IIII.

De tertia Sponſa, quæ eſt Beata Virgo Maria.

Quo loco iſtum bene perpenderit, colliget ſarie; manifesta probari ratione in B. Virgin. per Incarnationem vniuerſum diuini Verbi amorem collatum, qui in mundi opificio in plura fuerat diuiſus: ita vt quodammodo argumentari licuerit.

In Mariam vnā collatus in incarnatione totus Dei amor.

Salomon amorem ſuum in ſexaginta diuiſit Reginas, in octoginta concubinas, & in innumeras adoleſcentulas, & ego pariter in mundi creatione multiplices, innumeraſve in creaturas, amorem meum diuiſi, ſeſe fundens illum *ſuper omnia opera mea, & ſuper omnem carnem ſecundum datum ſuum, ſicut eſſudi & ſapientiam.*

f Ecl. 1. 12.

Attamen in eiſdem mundi reparatione me ipſum totum, & vniuerſum amorem meum in vnā eſſudi dilectam meam, cui ita me cōmunicauit: vt in eius deſcendens vterum, carnem ex ipſa ſuſceperim. Atque adeo quæ puriſſima ſemper extitit Virgo, & *columba mea, merito perfectæ mea* dicenda eſt, cum ita illam perfecērim, quando, perſiſtente ea Virgine, cōceptus ex ipſa ſum, & genitus; vt ideo perfectæ fuerit, quia extitit, & *vna immaculata mea*, vna nimirum, ſolaque expers maculæ, qua ob ſterilitatem reliquæ ſcedari aliquantulum videtur virgines. Ipſa ſane vna mihi extitit, ſicut & *vna extitit matri ſuæ* gratiæ; quippe quæ in ipſus gratiæ plenitudine nec ſimile viſa eſt, nec habere ſequētem. Quid ergo mirum, ſi *electa ſit genitrici ſuæ* cœleſti Ieruſalē, cuius Reginam vniuerſæ prædicant nationes.

Verſ. VII. cap. VI. *Sexaginta ſunt Regina, & octoginta concubina, & adoleſcentularum non eſt numerus.*

Verſ. VIII. cap. VI. *Vna eſt columba mea, perfectæ mea: vnā matri ſuæ, electa genitrici ſuæ.*

Appendix Expoſitionum, Ex Antiquis Patribus collecta.

Paraphraſis Chaldaica. Tunc ſurrexerunt Græci, & congregauerunt ſexaginta Reges de filiis Eſau, indutos loriceis, aſcendentes ſuper equos, & equites, & octoginta duces de filiis Iſrael, aſcendentes ſuper elephan-

elephantēs, præter reliquos populos, & linguas, quorum non erat numerus, & constituerunt Alexandrū Regem super eos in Principem, & venerunt, vt pugnantem contra Ierusalem.

Verf. 8. Et in illo tempore erat cœtus Israel similis colubæ perfectæ, & seruebat vnanimis Domino suo & apprehendebat legem, & laborabat in verbis legis in corde perfectæ: & puræ erant iustitiæ eius, sicut in die, quæ egressa est de Ægypto.

Communiori Patrū sensu tres, quæ in verf. 7. enumerantur feminarum ordines, Reginarum, concubinarum, & adolescentularum, ad tres distinctos referuntur fidelium gradus, & ordines.

Ira Gregorius Nyssenus homil. vltima, Origenes homil. 2. in Cant. ex quatuor, Theodoritus, Tres Patres, Pfellus, Cassiodorus, Greg. Papa, & Philo Carpathius. Iustus Orgelitanus, Aponius, Rupertus Abb. Anselmus, & Hugo de S. Victore eruditionis Theolog. ex miscellaneo tom. 2. lib. 1. cap. 13.

Tametsi in modo explicandi aliquid inter eos sit assignare discriminis.

Siquidem Origenes vbi supra. per Reginas perfectos intelligit; concubinas, proficientes, adolescentulas incipientes, eas nimirum animas quæ videntur extra aulam quidem positæ, non tamen extra Vibem Regiam.

Nyssen. Nyssenus per Reginas eos, qui ex charitate Deo inharerent; concubinas, qui ex timore eidem inseruiunt; adolescentulas imperfectos fideles, eos tamen, qui ad salutem spectent, de quibus intelligendum ait illud Psalmi: a Homines, & iumenta saluabis Domine, puerilem, & instar iumentorum vitam agentes.

Pfellus, Reginas filias, concubinas mercenarios, adolescentulas seruos.

Theodoritus, Tres Patres, & Rupertus, Reginas inharerentes Deo propter regni cœlestis præmium; concubinas eidem inharerentes ob metum pœnarum, atque suppliciorum; adolescentulas, qui in fide sunt rudes, nec adhuc digni sunt, vt adscribantur in numerum saluandorum.

Cassiodorus, Greg. Papa & Anselmus, Reginas intelligunt Sanctos Doctores, & Prædicatores, qui merito fidei, & scientiæ thoro Regis æterni propinquant & spirituales pariunt filios Concubinas Prædicatores, qui non sincere Deum prædicant, sed propter lucra temporalia aut propter laudes populares ad thronū quidem Regis per scientiam accedentes, & filios spirituales generantes: atamen à corona æterni regni alieni: Adolescentulas illos qui in Christo quidem regenerati, & renouati sunt, nondum tamen thoro Regis apti, quia necdū ad perfectionem Christum prædicandi peruenerunt: & omnino ipsam fidelium multitudinem.

Iust. Orgel. b i. Cor. 3. 17. Iust. Orgelitanus: Regiæ sunt perfectæ illæ sanctorum animæ, quæ non sunt peccatorum ancillæ: b Vbi enim Spiritus Domini, tibi libertas, concubine eorum animæ, qui suscepto semine Verbi Dei non spiritualia, sed carnalia sapiunt: Adolescentularum autem, quarum non est numerus, eorum est multitudo, qui parati semper sunt audire, quæ recta sunt & sancta, nec tamen quæ audiunt opere adimplere satagunt. His fere similia asserunt Aponius, & Philo Carpathius.

Quamquam idem Philo diuersæ à communi hoc sensu arbitratus quoque sit, per sexaginta Reginas designatos eos omnes, qui sancte vixerunt vel secundum legem naturæ; vel secundum legem scriptam.

Per concubinas vero Gentiles, qui sine lege naturæ, vel Moisi, veluti quædam meretriculæ sine vllo viro, lenociniō dæmonum illecti, omni vitiorum iugo, turpissime prostrati, idolorum cultibus seruiebant, antequam cum Christo sanctissime iungerentur. Per adolescentulas vero multitudinem omnium incipientium deseruire Christianæ fidei.

Ad communem quoque sensum referri possunt & quæ dicuntur ab Hieron. dum in Epistola 140. ad

A Principiam hæc habet: Quæ supergressæ sunt sex dies mundi, & futura regna suspirant, Regiæ appellantur.

Si qua vero circumcissionem quidem habet octauæ diei: sed adhuc non venit ad nuptias: hæc concubina vocitatur: Diuersa autem multitudo, quæ necdum sponsi potest copulari amplexibus, nec de eo liberos parere, adolescentula dicitur.

Augustinus lib. 33. questionum, quæst. 55. Regiæ, ait, sunt animæ regnantes in intelligibilibus, & spiritalibus; Concubinae, quæ mercedem accipiunt terrenorum, de quibus est dictum; c Acceperunt mercedem suam; Adolescentulæ, quarum non est numerus, quarum non est determinata scientia, & diuersis dogmatibus peregrinari possunt.

B Denique Epiphanius lib. 3. contra hæreses pagin. 341. fusius hunc locum pertractans, & subtilissime per sexagin. Reginas illos designatos inquit Patres, qui recensentur in genealogia Saluatoris sic appellatos: non quia omnes regnarint, sed quia cognouerint Dominum.

Per octoginta concubinas, multiplices intelligit hæreses, quæ ad hunc numerum peruenerint.

Per adolescentulas, quarum non est numerus, innumerabiles Philosophorum sectas multipliciter inter se dissentientes.

C De numeris sexagenario, & octogenario multa dicuntur à Patribus, quæ vnicique apud illos videnda relinquo, ne me, simul atque legentes confundam.

Secunda pars præsentis sententiæ, quæ habetur in verf. 8. Vna est columba mea, &c. Communioni sensu à Patribus intelligi solet de vna Ecclesia Catholica. Ita Greg. Nyss. Epiphanius loco citato, Greg. PP. Primus circa fin. commentar. in primum cap. lib. Apocal. Iunius Africanus in li. 1. questionum interrog. 109. Philo, Beda, & Origenes in citata homil. 2. in Cant. & Anselmus, Ansel.

D Porro hanc Ecclesiam, quæ vna est, haud ferens schismata. columbam suam appellat eius sponsus Christus ob Spiritum Sanctum, qui & in illam, sicut & in ipsum descendit. Quod vero eodem dicit vnam matrem suam, & electam genitricem suam, Cassiodorus ob id dictum putat: quia ad exemplum cœlestis Ierusalem, quam Paulus a matrem nostram appellat, in hac peregrinatione instituitur atque ad illam beatitudinem peruenire nititur. Per Ecclesiæ Catholicæ matrem, & genitricem primitiuam Apostolorum Ecclesiam intelligit Anselmus, vt significetur præsentem Ecclesiam ita esse vnam & electam, sicut vna & electa fuit Apostolorum Ecclesia.

E Melius tamen Greg. Papa. Mater nostra est (ait) regeneratrix gratia, apud quam vna columba eligitur, quia illos solos colligit, qui in simplicitate permanent, & ab vnitatis non scinduntur. Multi quippe fideles cum in idipsum intendunt, ex multis membris vnum corpus efficiunt, omnesque in vnitatis simplicitate, & vnitatis viuentes vna columba existunt, quæ sola perfectæ, & electa genitrici suæ dicitur: quia extra hanc, quam dicimus Ecclesiam, nemo ad perfectionem, nemo ad vitam, nisi per hanc solam, gratia fonte, nutritur.

F Hisce fere consentientia sunt, quæ dicuntur & à Greg. Nysseno per Ecclesiæ matrem, & genitricem accipiente Spiritum sanctum, qui vt columba ipsa Ecclesiam genuit item columbam.

Ceterum apud Ambrosium lib. de Isaac, & Anima cap. 8. Tres Patres, Theodoritus & Iustus hæc verba, vna est columba, &c. de perfectissima illa anima dicta censentur, quæ sponsa Christi sit. Hæc enim, vna perfectæ est (inquiunt Tres Patres) vt pote per diuinitatem vni & soli Deo coniuncta, & apud ipsum immobilis manens: columba autem vt spiritalis, atque perfectæ, cum omnium effectrice sapientia per amplum virtutum cultum coniuncta, atque in ipsa per singularum virtutum fructus progrediens.

Ecclesiæ tres ordines aut gradus fidelium.

Hug. Vict.

Origen.

Nyssen.

a Psal. 35. 8

Pfellus.

Theodoritus. Tres Patres. Rupertus.

Cassiodorus. Gregorius Papa. Anselmus.

Iust. Orgel. b i. Cor. 3. 17.

Aponius.

Philo.

Hieron.

Augustinus.

c Marc. 6. 3

Epiphanius.

Greg. Nyss.

Anselmus.

Cassiodorus.

a Ga. 4. 25.

Ecclesia quomodo vna matri & electa genitrici suæ Anselmus.

Greg. Papa.

Extra Ecclesiam nemo tendere potest ad perfectionem vitam.

8 Greg. Nyss.

Ambrosius.

Theodoritus.

Tres Patres.

Iust. Orgel.

Iusti anima est vna Dei

columba perfecta.

Qua quidem sapientia ab ancillis, & mercenarijs exi-

Ambros.

Melius autem Ambrosius loco citato, Laudatur, ait, quod cum vna sit columba, habens spiritus vnitatem, in qua sit pax, quæ fecit vtraque vnum, & quæ non sit composita ex diuersis elementis discretæ, compugnatisque naturæ. Anima benedicta omnis simplex, quæ imitatur dicentem: b *Vt omnes vnum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, & ipsi in nobis vnum sint:* Hæc enim consummatio, atque perfectio. Vnde & addidit, *Vt sint vni sicut & nos vnum sumus. ego in his, & tu in me: vt sint consummati in vnum.* Hæc est ergo anima columba, atque perfecta, quæ simplex, atque spiritalis, neque huius tribuatur corporis passionibus, in quo foris pugnae, intus timores sunt.

b Joan. 17. 12.

Pfellus. Rup. Abb. Maria vna Dei columba & perfecta vna matri.

Per vnam hanc cœlestis sponsi columbam, & cet. Pfellus apud Theodoritū, & Rupertus Abbas B. Virginem intelligunt: vnam, quia similem nullam habet, vnam matri suæ cœlesti Ierusalem, & electam Ecclesiæ Patriarcharum, Prophetarum, & Regum iustorū, quorum de carne progenita est. Et illi matri (inquit Rupert.) & huic genitrici vna, & electa est: quia nec inter Angelos, nec inter homines similem, vel primam habet, vel sequentem habitura est: vere columba: quia gratia plena: vere electa, quæ non solum salua existeret, verum etiam ipsam salutem pareret.

Aponius. Humanitas Christi vna Dei columba perfecta.

Denique Aponius singulariter per vnam hanc columbam, & c. eam intelligit humanitatem, quam diuinum Verbum assumpsit, sibi que vnione copulauit hypostatica: vnicam matri suæ synagogæ, quæ genuit eam secundum carnem, electam genitrici suæ, illius nimirū virtutis altissimi, quæ omnēs animas generat, quin & vnicam Gloriosa Virginis.

Ponderat autem Aponius, quod non dixit vnam genitricis suæ, sicut synagoga, sed electa genitrici suæ: vt ostenderet, inter multitudinem animarum vnam ipsam esse electam mediatoricem inter robur diuinitatis & carnis fragilitatem.

& eum, qui durissima quæque confringit corda, deuincitve animos alioquin alienissimos, dimissum conuersandi habitum: vt ex hisce omnibus & filia, & concubina reginaeque optime erga hanc sponsi dilectam essent affectæ, & (vt bene notat Greg. Nyss. vlt.) illius studiosæ extiterint. Ideo enim absque æmulatione vlla eam amicis intuentes oculis, & beatissimam prædicasse, & laudasse dicuntur.

Greg. Nyss.

Est autem notandum, ex diuerso modo, quo filiae asseruntur, illam beatificasse, Reginae vero, atque concubinae eandem laudasse, colligi, duo in his sponso fuisse intenta confirmare, prout supra quoque est dictū, & præstantissimam dilectæ suæ pulchritudinem, quæ merito coniuges suæ vniuersæ eueherent laudibus: & se ita illam singulari vinxisse fœdere, vt propterea filiae ac Virgines, quæ ad nuptias adhuc admissa non essent (id nâque filiarum nomine hebraica designatur phrasin) illam præ coniugibus reliquis beatissimam prædicarint. Hæc quidem recte, si eum sequamur sensum, quem primo loco in prima superioris sententiæ expositione attulimus, probabiliorem censuimus, secundum quem totam hanc orationem Salomon habuit in propria persona.

Verum, si sensum alterum sequamur, secundū quē haud in persona propria, sed in persona pastoris habitæ hæc ab eodem diximus per contentionem probantes, amicam suam sibi dilectiorem esse, vti pulcherrimam, quam Regi Salomoni plurimæ dilectæ fuissent coniuges, atque Virgines perpulchræ: per hæc eadem duo confirmabit, sed minus efficaciter, quam per eadē ipsamet confirmaret, iuxta primum sensum: Neque enim tam magnū est, vt quæ nobilissimæ sunt puellæ regio adstantes comitatu, & quæ in Regem amorem suum collimant, Regiæ quoque coniuges, atque Reginae ipsæ rusticā puellam, quæ decora sit specie pulchritudinis laudent, beatissimamque ob id reputet, quod pastori sui vnica sit dilectæ: cum ipsa in amore vno tot sibi inuicem sint riuales. Quinimo, hoc est fœminarū naturæ maxime consonum, hocve ipso æmulationem quamdā protestantur in rusticis puellas, sic ergo iuxta secundum sensum istum, quod hic dicitur, tale erit.

Secundus sensus.

Tanta insuper est mea huiuscolumbæ pulchritudo, tantus decor, eaque fors: vt ob istud ipsum, quod singulariter mihi est dilectæ, beatissimam eam prædicarint Virgines omnes, ob eximiamque speciem concubinae, & Reginae ipsæ eiusdem Regis Salomonis miris eueixerint præconiis.

Paraphras. sis.

Ex Vers. VIII. cap. VI. *Viderunt eam filia, & beatissimam prædicauerunt: Regina, & concubina, & laudauerunt eam.*

EXPOSITIO I.

Iuxta sonum litteræ.

9 Primus sensus.

Verbis hisce præclarissimo, maximeque efficaci epiphonemate concludit tandem sponsus, quam huc vsque profecutus fuerat panegyricam laudem dilectæ suæ orationem: sunt ve ea, quæ hic ab illo dicuntur tamquam nouum robur eius argumenti, quovsum eum vidimus in iis, quæ immediate præcesserunt. Eadem enim confirmant & eximium sponsi amorem in dilectam ipsam suam, quam vnam, solamque columbā vellet, ac amicam: & perfectissimam eiusdem sponsæ nedum corporis, sed & animi pulchritudinem. Enimvero cum ita natura comparatæ sint fœminæ, vt vix vlli in pulchritudine inuicem cedant, quando vel tantilla insignitæ sint forma quales certe extitisse censendum, quas Rex Salomon adamauit, eaque in primis, quas matrimonio sibi iunxit, Reginae, & concubinae: Et inter eas quæ ab eodem amantur, vnique pari iunctæ sint fœdere coniugij, zelotypia sit frequentissima: communisque in illam vnam excitetur inuidia, quam præ reliquis norunt dilectam, operæpretium est, vt eius, quæ hic celebratur corporis species, adiunctas tales haberit animi dotes, quæ in externa pariter forma effulgerent, modestiam, verecundiam, prudentiā, innocentiam columbinam, humanitatem, vrbانيتatem,

Ex Vers. VIII. cap. VI. *Viderunt eam filia, & beatissimam prædicauerunt: Regina, & concubina, & laudauerunt eam.*

EXPOSITIO II.

De prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

Iuxta Prophetæ sententiam, a *Beatus populus, cuius Dominus Deus eius, haud dubium, quin iure optimo Romana Eccles. cuius Christus Dominus sita est Deus,* vt sit simul & sponsus ipsam vnice diligens, vt simul eam habens dilectam, beatissima à virginibus prædicetur, quæ virgo pariter vni desponsata Christo: vnde peregrie Moyses Ecclesiā significans Israeliticā, quæ nostræ huius typū gerebat: b *Beatus es tu, inquit, Israel: quis similis tui, popule, qui saluaris in Domino?* Quam vere autē, & id hoc loco dicatur, quod Reginae, & concubinae laudauerunt eam, ob præstantissimam nimirum eius sanctitatis, veritatis, ordinisve pulchritudinem, ex multis Sanctorum Patrum elogiis, quibus illam vsque ad sidera eueixerunt, colligere licet: in quibus & à Reginae & concubinis ea celebrata asseritur, quatenus Sancti

10 a Psal. 149 15.

Romane Ecclesie laudes.

b Ecl. 10. 29

Sancti illi, doctissimi que Patres, vel Regiarum Ciuitatum, vel aliarum Ecclesiarum Praelati extitere.

Ex Vers. VIII. cap. VI. Viderunt eam filia, & beatissimam predicauerunt: Regina, & concubina, & laudauerunt eam.

EXPOSITIO III.

De secunda sponsa, quae est Anima Iusti.

II Charitatis proprium.

EA est charitatis proprietas, vt quotquot illa vel tantillum fuerint insigniti. Deo adhaerentes, qui primum est, ac praecipuum nostrae charitatis obiectum, in singulas Piarum animarum, eo magis affecti, quo magis vnaqueque est Deo dilecta, quo ue magis charitate decoram eam inspexerint. Hinc fit, vt absque zelotypia boni eius aemulatores existentes, & laudent illam, & praedicent: Neque enim Dei amor quidquam per id cuius diminiuitur, quod pluribus, innumerisue sit impensus: quinimo cum immensus ille sit, & infinitus, ita singularis impenditur Sanctoꝝ, ac si vni exhibitus duntaxat esset totus. Hinc est, quod hic incipientes, proficientes, atque etiam perfecti, adolescentula, seu filia, concubina, & Regina in piam animam suos coniicientes oculos, dum sanctitatis eius sunt inspectores, dumque, quam eadem sit vnice dilecta, agnoscunt, eam celebrent laudibus, & beatissimam libere praedicent.

Incipientes beatam praedicant illico piam quamque animam, non ita autem perfectiores.

Porro in his verbis, *Viderunt eam filia; & beatissimam predicauerunt: Regina, & cetera,* animaduertenda est diuersa iudicandi ratio, qua vtuntur incipientes, quae proficietis vtuntur, atque perfecti. Enimvero incipientes, vt primum quampiam inspexerint animam Deo gratam, diuina gratia exornatam, in lege Domini perfectam, diuini que consolationibus exultantem, eam illico nedum beatam, sed & beatissimam praedicant, existimantes beatitudinem ab ijs etiam in hac vita haberi posse, qui diuinis perfruuntur consolationibus, quive digne, & laudabiliter coram Deo conuersentur: Ideo enim dicitur, *viderunt eam filia; adolescentulae scilicet, & incipientes Dei iter calcare, & beatissimam praedicauerunt.* Non sic tamen eodem modo de proficientibus, & perfectis: at alio pacto ita subiicitur, *Regina, & concubina, scilicet pariter eandem viderunt, & laudauerunt eam:* Qui enim aliquid in vita spirituali profecerint, quive perfectionis iam ascenderit gradum, cum norint neminem in hac vita plane dici posse beatum, at beatitudinem veram tunc fore hominibus communicandam, cum a reuelata facie Deum contemplantes, in eadem imaginem transformabuntur a claritate in claritate: laudat euehantque piam animam, & insigni eius sanctitate sum opere oblectantur: beatissimam tamen, imo nec beatam audent proferre, quam adhuc in militis castris degere vident.

a 2. Cor. 3. 18.

Ex Vers. VIII. cap. VI. Viderunt eam filia, & beatissimam predicauerunt: Regina, & concubina, & laudauerunt eam.

EXPOSITIO IIII.

De tertia sponsa, quae est Beata Virgo Maria.

12 Maria quam merito praedicatur beatissima. b Gen 30. 13.

SILIA coniugi Iacob ob partum simplicis hominis, Seumque haud proprium, sed ancillae ipsius ea visa est obtigisse beatitudo, vt haec protulerit verba: b *Hoc pro beatitudine mea: beatam quippe me dicent omnes mulieres:* Multo sane congruentius caelesti sponso id de Gloriosa dicere licuit Virgine, quod filia, atque Virgines beatissimam illam praedicauerint, quam inter Virgines

vniversas ita Deo norunt dilectam, vt praeter ceteris electa sit, quae Deum pareret. Ob virgineum namque istud partum filij Dei beatitudinem illi collatam, & ea contestata est mulier Euangelij, quae exclamans voce magna dixit: *Beatus venter, qui te portauit, & vbera, quae succisisti;* & ipsamet in suo illo cantico id professam est cum dixit: *d Quia respexit humilitatem ancillae suae: Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Tamen si autem iure optimo ab omnibus generationibus beata dicenda foret, quia filium peperit, cui multo magis, veriusque beatitudinis competit nomen, quam filio ancillae Liae, quem Afer, id est, beatitudinem legimus appellatum. nihilominus caelestis sponso a filiabus, & virginibus beatissimam illam asserit praedicatam, sanctarum virginum Israelitici populi innuens desiderium, quo scientes, virginem vniam ex ipsis a Deo eligendam, quae iuxta Isaia vaticinium conciperet, pareretque filium nomine Emanuel, beatissimam illam continuata temporum ferie praedicabant, quae ad hunc electa partum fuisset. Addit vero admodum congruenter, *Regina, & concubina, scilicet viderunt eam, & laudauerunt eam,* per Reginas caelestes designans spiritus, qui iam regnant in caelis: per concubinas vero, id est, coniuges item Dei inferioris notae, pias quasque animas, quae vitam in carne degentes, vniuersis & in caelis laudatur, & in terris Gloriosissima Virgo, quae & caelis decorem intulit, & pacem terris per vnum, eundemque iurum, quem e suis genuit visceribus.

Maria ob partum virgineum beata c Luc. 11. 27

d Luc 1 42 Virgines sanctae populi Israel optabant eligi in Christi matrem.

Maria laudatur & in caelis, & in terris.

Ex Vers. VIII. cap. VI. Viderunt eam filia, & beatissimam predicauerunt: Regina, & concubina, & laudauerunt eam.

Appendix Expositionum, Ex Antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. Tunc egressi sunt filij Hamonaeorū, & Mathathias, & omnis populus Israel, & pugnaverunt contra eos, & tradidit eos Dominus in manus eorum. Et cum hoc viderent habitatores pronunciarum, beatos eos dixerunt, & regna terrae, & potentes, & laudauerunt eos.

13

Vix quidquam apud veteres reperiō Patres, quod hic annotem, nisi quod a Philone Carpathio asseritur, per haec confirmari id, quod a Domino dictum est in Euangelio: *e Multi prophetarum, atque iustorum desiderauerunt videre quae vos videtis, & audire, quae vos auditis, & non audierunt:* per filias quippe sanctos intelligit Prophetas, & Patriarchas, qui longius Ecclesiam futuram sponsum in sponso nascituro aliquando prospexerunt, ac beatam pronunciarunt: Sed & hanc ipsam, inquit, Apostoli caelesti sponso sua praedicatione copularunt.

Phil. Carp.

e Luc. 10. 24.

Patriarchae & Prophetae à longe praeviderunt Ecclesiae beatitudinem.

Aponius. Nascituro Christo Angeli illum beatissimum praedicauerunt. f Luc. 2. 14.

Aponius (qui per vniam columbam intellexit Christi humanitatem) *Viderunt, inquit, eam quae cūque virtutes, caelestis Ierusalem ciues charitati paternae unitam, nascentem in terris, pannis inuolutam, maiestatis gloria coruscantē, & beatissimam praedicauerunt,* dicēdo, *f Gloria in excelsis Deo.* Quae omnes beatitudines sola in terra inter omnes in integro obtinuisse monstratur.

Denique Rupertus Abbas ad B. Virginem haec referens, quod hic dicitur, per id explicat, quod ab ipsamet dictum est in suo cantico: *Quia respexit humilitatem ancillae suae: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.*

Rup. Abb.

ACTVS QVINTVS.

Verf. IX. cap. VI. *Qua est ista, qua progreditur quasi aurora cōsurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt castrorum acies ordinata?*

EXPOSITIO I.

Iuxta sonum litterae.

Comuni recentiorum fere omnium, omniumque Hebraeorum consensu ad superiore sententiam hæc referuntur, vt per Mimesim dicta; ac si ita scriptum foret, *Regina & concubina laudauerunt eam*, dicentes: *Qua est ista, qua, &c.* Ipse tamen, saluo meliori iudicio, nihil ad superiora eadem spectare crediderim, quin potius noui Actus exordium hinc sumi, pro vt in cap. 3. similibus quodammodo verbis ijs, a *Qua est ista, qua ascendit sicut, &c.* Tertium pariter huius dramatis actum vidimus, simile habere initium. Nec ab hac mea sententia antiqui discrepant Patres, Theodori us, aliique illi, qui à synagoga dici hæc, arbitrantur, Ecclesie miram admirante pulchritudinem, miroque progressus, Cassiod. Greg. Papa, Beda, &c.

a Cant. 3. 6.

Theodor.

Cassiod. Greg. Papa Beda.

Legionensis. Genebrard. Del Rio.

In hoc igitur actu quinto representatur primo loco sponsa iter faciens, cui in itinere fiat obuius puellarum chorus, quæ progredientem illam à longe prospicientes, eximiamque eius formam admirantes in hæc tandem proruperit inuicem colloquentes, ita tamen, vt & ab ipsa audirentur, quam præstantissimis fultere volebant laudibus, *Qua est ista, qua progreditur, &c.* Porro, quod à nonnullis recentiorum asseritur id quod hic habetur verbum, *Progreditur*, non tam de motu progressiuo, quam de augmento illuminationis sumendum: nec existimandum sponsam ascendere ab inferiori aliquo loco, sed apparere talē quales aurorā, cum apparēter disurgit, diciturque ascendere. Id quod confirmant nedum ex allatis trium rerum similitudinibus, quæ tunc progredi dicuntur, cum augmento crescant illuminationis, seu potius trium rerum, Auroræ, Lunæ, atque Solis, inter quas manifeste idem aduertitur illuminationis augmentum: verum ex vi Hebraici verbi *הַשִּׁקְפָה* hanisqaphah, quod proprie secundum eos significat, *quæ aspiciit*, seu, *quæ apparet*: vnde ab aliquibus vertitur, *quæ deorsum aspiciit*, ab alijs, *quæ inclinatur*, gestum ipsum explicantibus, qui fieri solet, dum è sursum aspiciit quis deorsum. Hoc, inquam, quod ab huius asseritur, haud tale profecto est, vt per illud à me iam dicta vel tautum desleat sententia, nam ipsum Hebraicum verbum, cum participium præfens passivæ coniugationis Niphgal verbi *הִשְׁקִיף* hsiqaph significantis aspiciere, prospicere, apparere, ex vi significationis talis participii proprie significat quæ aspiciit, seu prospiciit, & in hoc significato hoc loco desumptum est tum à Septuag. cum ab Interprete nostro, summoque iudicio per verbū, *quæ progreditur*, illud reddidere: Qui enim progreditur conspiciit à longe, & paulatim magis apparet, ideoque hæc duo verba se inuicem significent, vt ex hoc ipso capite sexto colligere licet, vbi in verf. 4. tam in lectione Vulgata, quam in versione Septuag. capilli sponsæ assimilantur gregibus b caprarum, *quæ apparuerunt de Galaad*: pro quo verbo, *quæ apparuerunt* in simili encomio, quod reperitur in verf. 1. cap. 4. c. Vulgata nostra habet, *quæ ascendeunt*, clarius progressiuum explicans motum earundem caprarum. Neque allatæ similitudines nostræ huic officiant sententiæ: quin potius eandem confirmant, & explicant.

b Cant. 6. 4.

c Cant. 4. 1.

Quis namque ignorat, Lunam, & Solem prospiciēda exhibere per motum progressiuum, quo in orbem feruntur? Atque ad motum istum designandum nouimus apud Poetas profanos Auroræ currum assignari, & in sacris litteris ascensum eidem tribui in 2. lib.

A Efd. d dicitur in libro e Genesis ascendere, & in lib. d 1. Efd. 4. Iob surgere, sicut & hoc loco: Præclare autem ambulantis sponsæ progressus progressui comparantur Auroræ, (revera enim duæ reliquæ comparationes Lunæ, atque Solis alio spectant, vt iam iam videbimus.) quia Aurora pedetentim, & grauititer incedere videtur, quove magis progreditur, magisque nobis approximat, pulchrior quoque apparet atque micantior: hocque illud est, quod in sponsa commendare voluerunt puellæ, cum inquam, *Qua est ista, qua progreditur sicut aurora cōsurgens?* Id est.

Paraphras. lis.

B *Qua est ista, qua à longe conspiciit* ita grauititer incedere, quove nobis magis approximat, magis & finos compotes facit nitore, illustrive decoris? Et in incessu sane, & in pulchritudinis nitore, quæ prospiciendum nobis exhibet, similis dicenda est auroræ paulatim cōsurgenti, paulatimque & suam manifestanti illustrem pulchritudinem. Tres reliquæ similitudines per auxesim adiectæ sunt ad amplificationem tum pulchritudinis, tum grauitatis eius: ideoque & oratio ipsa gradatim ascendit: Æque enim est, ac si dicitur: Quinimo cum è proximo illā intuemur, ita nobis actus videtur eius pulchritudinis nitor, vt plenæ Lunæ minime cedat: Et ecce, corā illam intuentibus, eandemque ob oculos habentibus, multo certe videtur illustrior aurora, Lunaque ipsa: est certe insignis, vt ipse Sol. Porro tanta est in vultu eius maiestas, tanta in toto corporis habitu grauitas, vt merito instructæ comparanda sit aciei. Neque enim minorem libidinosi ipsa incutere videtur pauorem, quam aduersariis inuentiæ castrorum acies ordinata.

Iam supra in verf. 3. istius capitis sexti, vbi hæc postrema habentur verba, *Terribilis vt castrorum acies ordinata*, ostendi ex vi Hebraicæ vobis *תְּרִיבִי* aumah, ad terrorem hæc referenda potius quam ad oblectationem, adeoque recte à Septuag. versum, *Pauor vt ordinata*. Et profecto nouimus, vultus, splendorumque in primis oculorum maiestatem ita pulchritudinem augere, ac decorem, vt inimicis intuentium oculis sit pariter terribilis: terroreque ipso, & pauore illustriorem eandem reddi pulchritudinem, vtpote que cum apto membrorum, colorisve harmonia, cum venustate decora adiunctam simul habeat maiestatem, ac modestiam, quæ quidem præstantissimum est totius pulchritudinis decus.

Iste autem horum verborum sensus nedum ex textibus Hebraico, & Septuag. sed & aliorum confirmatur versionibus: Nam Symmach. vertit, *ἐπιφανὴς ὡς ὄψις*, id est *Terribilis pauoremque incutiens secundum acies*: Sexta editio, *καταρτιστικὴ ὡς μάχη*, id est, *terrefaciēs inter magnificatas*. Quinta editio nihil de terrore, vertit enim, *ἐπιφανὴς ὡς μάχη*, id est, *illustris sicut magnificata*. Magnificata, vertunt Interpretationes istæ ambiguam Hebraicam vocem *תְּרִיבִי* kanidgaloth, à verbo *הִרְגֵּ* dagal, quod significat vexillum erigere, insignire & magnificare. Qui vero quod insigne est, & insignitur, manifestatur, & apparet præ alijs, ideo sensu admodum diuerso alius Interpres eandem vocem vertit, *ἐπιφανὴς*, id est, *vt apparitio*: cum communi acceptione reddatur, *sicut vexillata*, scilicet acies, eodem plane sensu, quo noster, *sicut castrorum acies ordinata*, vt supra declaratum est in verf. 3.

F **Verf. IX. cap. VI. *Qua est ista, qua progreditur quasi aurora cōsurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt castrorum acies ordinata.***

EXPOSITIO II.

De prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

Apostolicam Ecclesiam merito admirantur quotquot, progrediente ea per hunc mundi agrum, prosperif-

Ecclesia progreffus quæ prosperiflis.

prosperisque successibus, lōge lateque suum tam doctrinā, quam sanctitatis propalante decorem, obuiam ei fiunt per nouam ad rectam eius fidem conuersionem. Admirantur autem varios, eximiosque in primis eius progressus, quibus ipsius & fides recta manifestata est, & sanctitatis pulchritudo; & in vno eodemque itinere admirantur triplicem illius progrediendi rationem, triplicem considerantes in statu. Enimvero progredientem ipsam spectat primo à lōge, secundo vt magis propinquam, & tertio vt sibi proximam. A longe illam spectant in primis eius initijs, quando vndique persecutiones sustinebat, quando inter medios gladios, effuso innumerabilium Martyrum sanguine, progrediens, cum effuso sanctorum sanguine veritatis, ac sanctimoniam suam per vniuersam terrarum orbem paulatim diffudit lucem post idololatriam, & infidelitatis noctem. Bene autem longinquum progressum istum progressui assimilant surgentis auroræ, quæ post noctis tenebras paulatim suum diffundit lumen, roseoque colore conspersa. Spectant vero eandem magis sibi propinquam, cum illam considerant sedatis Gentilium persecutionibus post Imperatoris Constantini conuersionem, per quem pax illi exhibita est. Verum, cum temporibus ijs vndique inter hæreticos progredere, vt constat ex eius historijs, hac ratione inter hæreticos, Arium, Sabellium, Macedonium, Apollinarem, aliosve innumeros, qui successiue temporibus illis hæresis, ignorantiamque tenebris omnia repleverunt, pulchram eam inquit vt Lunam plenam, quia in medijs tenebris ipsi pulchra progredere: Et bene pulchra vt Luna; cum alioquin in tenebris ipsa eius pulchritudo conspici minime potuisset. Notum est enim, & in philosophia peruulgatum, non tam colorem, & pulchritudinem per se, quam eadem vt lumine collustrata esse visionis obiectum: Luna & pulchra progreditur, & pulchra apparet in tenebris; quia soli obiecta impertito illustratur lumine, sic illustrata candore, splendoreque suo orbem illuminat, radijsve, quos à se emittit, suam ipsam ostentat pulchritudinem, quæ in candore potissimum sita est, plenaque in rotunditate. Et certe Ecclesia quoque Orthodoxa, cum prædictis temporibus tantis vndique hæresum tenebris vniuersa repleta esset, pulchra semper perstitit, manifestauitque pulchritudinem suam, cum semper à Christo vero iustitiæ sole lumen suscepit eruditionis, & gratiæ. Porro pulchritudinem spectandam exhibuit similem plane pulchritudini Lunæ, candoris nimirum doctrinæ, & morum, perfectionisve in candore ipso, cuius radijs vndique diffudit; ita vt nec densissima obscurari potuerit hæreticæ prauitatis caligine. Sed tunc magis eadem perspecta est illustris, insignis, & pulchra, cum in proximo considerata est progressu. Ideo qui hic eam admirantur, tertium hunc eius spectantes progressum, adiiciunt, *Electa vt Sol*: Si quidem & ipsa discussa noctis caligine, quæ per fuscitatas hæreses fuerat causata, instar alterius Solis, inter fideles incedit insignis charitatis calore, doctrinæque fulgore: ita vt quasi ab altero Sole lux omnis veræ, rectæque eruditionis ab ipsa suscipiatur.

Cumque eodem tempore summo procedat ordine tam ministrorum, quam operationum suarum, terribilis plane esse aduertitur instar ordinatæ castrorum aciei vniuersis, quotquot ei obistere nituntur.

Vers. IX. cap. VI. Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt castrorum acies ordinata?

EXPOSITIO III.

De secunda Sponsa, quæ est Anima Iusti.

Quæ Dei sponsa est anima, talis profecto est, quæ merito fideles omnes admirantur, eiusve ob-

A stupefiant progressus: obstupescunt autem laudibus illam celebrant haud sane aliunde, quam ex ipsis eius progressibus: Progredientem enim eam inspicunt in sæculo isto haud adhuc stantem in atrijs Ierusalem celestis: tamen in caelis ipsi progredi ipsam non ignorent, quatenus eius conuersionis (iuxta Apostoli dictum) in caelis est; ideo quippe haud inquit: *Quæ est ista, quæ progreditur*, seu, *ascendit per desertum*, aut *de deserto*: vt alibi dictum nouimus in cap. 3. b & cap. 8. c sed simpliciter, *Quæ est ista quæ progreditur*, &c. triplicemque eius commendant progressum, in gradu incipientium, in gradu proficientium, atque in gradu perfectorum, Progressum primum progressui adæquant auroræ. & bene, nam & aurora nihil aliud re vera est, quam ipse aer obscurus, & tenebrosus, qui illicescens Solis lumine paulatim collustratus, paulatim & tenebras abiicit, & luce sensim effulget, quamuis exigua, simulque cum modica luce illa sua in rorem resoluitur. In incipientium quoque gradu spectata anima ea esse aduertitur, quæ peccatorum caligine obtenebrata fuerat, paulatimque celestis Solis luce, gratiæve perfusa sensum emittit sanctarum operationum lumen, tenebris ipsis scelerum suorum admistum; quatenus ita bona exercet opera, vt simul quoque peccata, quæ admisit, contra se iugiter habeat: atque adeo & in rorem resoluitur lacrymarum. Progressum secundum progressui plenæ Lunæ assimilant, dicentes, *Pulchra vt Luna*: Pulchram illam coram Deo incedere videntes; & Sancto innocentiam candore similem sane Lunæ, quæ candori suo exiguas mistas habet maculas: tamen maculæ illæ susceptam à Deo lucem minime excludant, neque id luminis impediant, quo minus ea radios diffundat splendoris sui. Anima siquidem in proficientium gradu progreditur pulchra gratiæ decore in spiritu ambulans coram Deo absque sceleribus, at non sine quibusdam peccatorum maculis, quæ susceptam à Deo gratiæ lucem nequaquam excludunt; nec eius impediunt splendorem sanctæ conuersationis, quo minus radios emittat bonorum exemplorum: quamquam reuera inter peccatores duntaxat, & eos, qui scelerum offusi sunt tenebris, ita apparet sanctitate fulgida, sicut & Lunæ splendor in nocte tantum apparet. In die atque inter eos, qui sanctiores sunt, atque adeo instar diei lucidi existunt, tunc eadem fulget anima, cum in gradu progreditur perfectorum, ita sanctitate insignis, vt quantum humana permittit fragilitas, omnis expers maculæ, tota dici queat pulchra, & nedum puritate, animique candore columba, sed & charitate perfecta ipsiusmet Dei: Quem sane eius progressum aptissima hic exprimit similitudine progressus Solis maxime illustris & insignis, dicentes: *Electa vt Sol*. Quis autem, qualisve sit iste tam eximius Solis progressus, tamen hoc loco minime explicetur, reperitur tamen explicatus in Psal. 18. vbi Dauid ait: *A summo caelo egressio eius, & occurfus eius usque ad summum eius, nec est qui se abscondat à calore eius*. Sol quippe in cellissimis semper progreditur, à summis caelorum fulgere incipit, & desinit in summis item caelorum, eosque de se vna cum præfulgidis radijs emittit æstus, vt nemo sit, qui eiusdem expers sit calor ipsius. Pari vero ratione anima, quæ perfecta est, & in gradu progreditur perfectorum, cellissima aggreditur perfectionis opera, circa heroicas versatur operationes, nec vquam finit gradum, nisi ad summum, quantum sibi licuerit, virtutis cuiusque peruenerit culmen, tantisque vna cum luce sanctarum actionum exuberat charitatis æstibus, vel non sit vel in caelis, vel in terris, qui charitatis eius non sit aliquatenus particeps, nec Deus ipse, cui per charitatis vinculum vnita est, nec coelestes spiritus, quibus vt salutis suæ administratoribus meritum totius item suæ communicat sanctitatis, nec aliquod hominum genus, instructam in se habens charitatis aciem. Vnde haud mirum, si in hoc ipso progressu celebrata, postquam dicta est, *Electa vt Sol*, dicatur quoque, *Terribilis vt castrorum acies ordinata*. Cum enim prædictam instructam in se habeat aciem charitatis, terribilis

Ecclesia prima progressus qualis.

In hæresum nocte progressus Ecclesia similis progressui Lunæ plena.

Ecclesia progressus inter fideles quomodo similis progressui Solis.

Progressus pie anime admirabilis. Psal. 3. 20

Cant. 2. 6. Cant. 8. 4.

Incipientis anime progressus similis progressui auroræ.

Proficientis anime progressus similis progressui Lunæ.

Perfectæ anime progressus similis progressui Solis.

Psal. 18. 7.

bilis plane vniuersis ijs est, quotquot ipsam impugnat charitatem. Dicitur quoque, iuxta lectionem Hebraicam, *Terribilis ut vexillata*; quatenus duo super se elevata habet vexilla, quae in ista praefortis cohortis in ista militat vita; vexillum Christi crucifixi, quod praereliquis vniuersis tartareae formidant potestates; vt vexillum pacis, quo terribilis ijs redditur, qui fraternam perturbant charitatem. Dicitur demum & iuxta versionem Septuag. *Paui vt ordinatae*, quatenus ordinatas in se suas obtinens potentias, & ordinatos sensus, pauorem mundo incurit, & carni pariter suae, a quibus progressus eius praevediri possent.

Verf. IX. cap. VI *Qua est ista, qua progreditur quasi aurora consurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt castrorum acies ordinatae*

EXPOSITIO IIII.

De tertia Sponsa, qua est Beata Virgo Maria.

4. Mariae triplex progressus.

Triplicem in Gloriosissima pariter Virgine admirantur progressum, qui per meditationis studiū ei obuiam procedunt; progressum cōceptionis, atque natiuitatis, progressum virginem paritū, & tertio progressum assumptionis in caelum.

Primum assimilant progressui aurorae dicentes, *Qua est ista, qua progreditur sicut aurora consurgens*: quia in tenebricofo corruptionis tempore, quando sicut & caeteri, quotquot ex Adam ortum ducunt, in iniquitatibus concipi debuisset, per praillucescentis gratiae lucem ab omni peccati caligine praeseruata, in obscuro materni ventris orbe oriundi iustitiae solis lumen extunc suscepit, cuius postmodum in natiuitate sua externum habuit signum, orta sicut aurora consurgens: quandoquidem sicut aurora finis est praeteritae noctis, & initium diei sequentis: sic ipsa (vt bene inquit Rupertus Abbas) mundo exoriens, finis exitit dolorum, & consolationis initium. Progressum secundum progressui assimilant Lunae plenae: cum enim candida persistens & virgo, mundo edidit Saluatorem, *pulchra vt Luna* progressa dicitur, quod tantis repleta est gratiarum cumulis, vt in gratiarum copia vni duntaxat cederet Christo, qui luminare extitit maius: quin sicut luminare minus hoc ipsum, quod est in pulchra, & lucida processit, ex ipso habere se fatebatur iustitiae Sole, aequae ac Luna quicquid pulchri habet, & lucis, a Sole habet.

Porro in tertio progressu ipsimet assimilatur progressui Solis, diciturque *Electa vt Sol*: quia post mortem aequae ac Christus in caelum processit & anima, & corpore instar eiusdem Solis eximia, insignifve: Regina caelorum & ipsa, sicut ille Rex est. Vnde nil mirum, si & *Terribilis vt castrorum acies ordinata* asseratur, quae tot Sanctorum Spirituum cohortibus vt caelorum Regina praesidet.

Verf. IX. cap. VI. *Qua est ista, qua progreditur quasi aurora consurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt castrorum acies ordinatae*

Appendix Expositionum, Ex Antiquis Patribus collecta.

5 **P**araphrasis Chaldaica. Dixerunt nationes: quam splendida sunt opera populi huius sicut manet

A Pulchri sancti iuvenes eius sicut Luna; & pura sunt merita eius sicut Sol: Et terror eius erat super omnes habitatores terrae, quando ambulabant vexilla eius per desertum.

Duo sunt communiores istorum verborum sensus apud Patres, licet & alii quoque sint, vt videbimus. Qui ceteris omnibus est communior, est de Ecclesia, eiusve progressu: In cuius tamen explicatione non exigua est diuersitas: nam secundum Cassiodorum, & Bedam haec sunt voces synagogae, cum in fine mundi conuertetur, sive Ecclesiam admirabitur. *Qua est ista, qua quasi aurora*, transactis tenebris infidelitatis, lumen veritatis habere ostendit, proficiens de virtute in virtutem, totumque orbem caelesti occupans praedicatione? *Pulchra vt Luna*, quia Christi veri Solis gratia illuminatur: & quia in vita praesenti aliquando concessa pace crescit, aliquando per aduersitates decrescere videtur. *Electa vt Sol* in alia vita, vbi perpetuo resplendet gaudio de visione conditoris sui: atque etiam in vita praesenti, quia Christum verum imitatur Sole: quae ve charitatis vnione vnita terribilis daemonebus est vt *castrorum acies ordinata*.

Ecclesiae quilibet progressus.

Cassiodorus. Beda.

B Haud ab his admodum distant, quae dicuntur a Theodorito ad finem commentarii, vbi docet, in his significari Ecclesiae progressum in suis fidelibus secundum diuersa tempora, dicens: Progreditur ergo sponsa Christi sicut aurora: ex parte enim hoc tempore cognoscitur eius pulchritudo. *Et perfecta est vt Luna electa* (sic ipse legit) quae Domini luce plena, radiis suis totum Orbem illuminat per bona opera. *Et vt Sol* in futura vita splendebit, & fulgore suo cunctis splendorem iniiciet, admirantibus omnibus illius ordinem. Porro Theodoritus existimat, haec esse verba ministrorum sponsae, qui cum ab illo sponsae pulchritudinem, & decus cognouissent, ad eam accuratius spectandam conuerterent, praegaudij magnitudine in haec proruperunt. In principio vero commentarii putat, illos admirari Ecclesiam seu eius fidelium pulchritudinem, & sanctitatem, cuius lux vix ex parte cognoscitur, dum mortali hoc corpore contenti sunt: ideoque bene aurorae comparantur. Sed postmodum, cum mortale hoc induerit immortalitatem, totaque ipsorum lux aperietur, tunc similes erunt Lunae electae, id est, plenae, & terribiles vt Sol fulgore suo spectantium oculos perstringens. His confitentur Ambrosius lib. 4. Hexameron cap. 8. & Augustinus epist. 80. & Gregorius Papa, & Philo in principio expositionis huius loci, asserentes, Ecclesiam iustorum in hac quidem vita prius instar aurorae a tenebris peccatorum ad sanctitatis lucem proficere: tum de virtute in virtutem crescere instar Lunae: ac postremo in die iudicii, relicta caligine & putredine peccatorum, ac mortalitate carnis, immortalitatis lumine, & aeterna claritate vestita Solem ipsum representabit. In reliquis eadem Philo, quae Cassiodorus: Sicut & Gregorius Papa quoad id, quod dicitur de Ecclesia progressu instar aurorae, in lib. 18. Moral. cap. 17. vbi ait, recte Ecclesiam aurorae comparari, quae per cognitionem fidei a peccatorum tenebris in clara iustitiae luce commutatur: In lib. vero 29. cap. 2. addit, ex eo, quod aurora lucem tenebris admistam habet, Ecclesiae fideles aurorae assimilatos: quia quaedam quae lucefiant, agunt, & tenebrarum reliquias non carent.

Theodoritus.

C Ad eiusdem Ecclesiae diuersos fidelium ordines haec ipsa referunt aliqui. Et quidem Gregorius in incipientibus illam progredi inquit vt auroram; quippe qui tenebris peccatorum luce sanctae operationis splendere incipiant. In proficientibus esse pulchram vt Lunam: quippe qui dum peccantibus bona praebent exempla, quasi Luna lucent in nocte. Et denique in perfectis esse electam vt Solem; dum nedum peccantibus, sed etiam bonis, ac sanctis virtutum praebet exempla: vnde fit, vt sit *terribilis*, &c. Quibus consentit fere in omnibus Anselmus, ita haec explicans: *Qua est ista, qua sicut aurora* per terram diffunditur? In qua sunt quidam vt Luna, vt Gregorius,

Ambrosius. Augustinus. Gregorius. Philo. Carp.

Gregorius. Pape.

Ecclesiae progressus in variis suis fidelium ordinibus. Gregorius. Pape.

Iustus Orgelitanus de tribus aliis id explicat ordinibus; ut in conjugatis Ecclesia ut aurora progrediat, cum caste, & sobrie vivitur in illis: pulchra sit ut Luna, cum in continentibus candido nitore resplendet: & electa ut Sol, cum in Virginibus perfectionis decore refulget. Per id, quod dicitur, *Terribilis, &c.* significari inquit potestatem ligandi, atque solvendi, quam habet in Petro. Terribilem eandem, ait Philo

Carpathius, propter miracula, quae facta fuerunt ab Apostolis.

Sed Bernardus ferm. 60. ex parvis, ad vnum duntaxat continentium, & Religiosorum ordinem haec censet referenda: Vult autem commendari triplicem dicti ordinis virtutem, humilitatem scilicet, castitatem, & charitatem: Per auroram, quae fugat tenebras, nuntiatque lucem, humilitatem: quia sicut aurora diem, ac noctem, ita humilitas diuidit iustum, ac peccatorem. Bene autem, ait, dicitur *aurora confurgens*, ut virtutum structura surgens ab humilitate tamquam proprio fundamento erigatur. Per Lunam vero, quae splendorem sumit à Sole, designari inquit castitatem: Congregatio enim si veri Solis obtutibus offeratur intus, ex visione illius admittit protinus in se decus pulchritudinis, & venustatem castitatis: Per Solem vero designatam charitatem; ideoque sponsam dici electam ut Solem: quia induta sit veste nuptiali charitatis, qua virtute, qui indutus splendebit, erit proculdubio terribilis, &c.

Altero sensu, qui & communior, ad vnam piam animam haec referuntur ab Ambrosio, Tribus Patribus, Hieronymo, Augustino, Gregorio Papa, Philone Carpathio, & aliis. Mens iusti, dicit Gregor. Papa lib. 16. moral. cap. 25. *aurora*, quae peccati sui tenebras deserens, ad lucem iam erumpit aeternitatis. Addit Philo: Ut aurora non nihil frigoris secum defert, & lucis exortum: ita & anima ad iustitiam conuersa à peccatis, initiū salutaris luminis intueri coepit, & vitiorum aetuis adstringentis frigoris temperiem, & requiem. *pulchra ut Luna*, eadem dicitur, idem ait Philo: non solum quia à Christo accipit gratiam; & quia aliquando in prosperis lucet, aliquando in tenebris aduersitatum relinquitur: sed etiam quia morte corporis aliquando defutura sit, & in nouissimo cum gloria resurrectura. *Electa vero ut Sol*, quatenus Christum verum imitatur iustitiae Solem, à quo & lucem sumit, & calorem.

Ambrosius de obitu Valentiniani, legens, *Quae est ista, quae prospicit sicut aurora, &c.* prospicit, ait, sancta anima de loco superiore, tamquam inferiora despiciens, Exiit de tenebris lumen saeculi ut Luna resplendens, ut Sol refulgens. Eodem sensu & Hieronymus ad finem epist. 2. ad Eustochium, Tunc, inquit, Angeli mirabuntur animam, scilicet ad caelestem patriam tendentem, & dicent. *Quae est ista, quae prospicit quasi diluulum, speciosa ut Luna, electa ut Sol?* Et Augustinus lib. meditationum cap. 22.

Tres Patres apud Theodorum, de Anima haec dicta accipiunt; quatenus diuersa ratione se habet in exhibenda luce doctrinae iuxta conditionem, & capacitatem discipulorum.

De B. Virgine haec dicta accipit Rupertus, & Hugo de S. Victore. Hic namque in instit. monast. ferm. 24. ait: Maria fuit aurora, quia praecedens temporis, quod quasi nox fuerat, exiit finis, & vera lucis gratia, solisque iustitiae, qui ex ipsa genitus est, praeventrix, & fidus antelucanum. At Rupertus, auroram illam exitisse, inquit, in natiuitate, Lunam in conceptione filij, electam vero ut Solem in assumptione ad caelos.

De Christo ita haec accipit Philo Carpathius, ut eius humana caro dicatur pulchra ut Luna, diuinitas vero electa ut Sol, ex illo Psalmi: *Et thronus eius sicut Sol in conspectu meo, & sicut Luna perfecta.*

At Aponius totum id, quod hic dicitur ad eiusdem humanitatem solum aptat, quae post ignorantiae tenebras ut aurora processit ad baptismum; ut Luna progressa est per miracula; ut

Sol resplenduit post resurrectionem. Vel quia in iudicio apparebit iustis in pulchritudine Lunae, Angelis in fulgore maiestatis, & impijs terribilis ut caecorum, &c.

Verf. X. cap. VI. *Descendi in hortum nucum, ut viderem poma conuallium, & inspicerem si floruisset vinea, & germinassent mala punica.*

EXPOSITIO I.

Iuxta sonum litterae.

Dissentio est inter Expositores in definiendo, cuiusnam tribuenda haec sint, sponsae, an sponsae. Et quidem ex utraque parte grauissimi sunt auctores. Mihi magis arridet sententia, quae ut à sponsa dicta haec accipit, Theodoriti, Catenae Trium Patrum, & Cassiodori, ex antiquis Patribus; Genebrardi & Hortolani, ex recentioribus, & R. Innominati, ex Hebraeis: Tamen si communi fere aliorum Hebraeorum, & communiori quoque Patrum, ac recentiorum nostrorum consensu sponso potius eadem tribuantur.

Genebrardus noui actus initium in his constituit: reliqui omnes cum superioribus iungenda arbitrantur. Nos, qui in praecedenti versu Actum quintum exordium sumere, asserimus, in hunc modum cum ijs ipsis haec connectenda dicamus: ut sponsa superiori audita admiratione illorum, qui progredienti sibi obuiam facti fuerant; antequam ab ipsis interrogaretur, more foeminarum dat rationem itineris sui. Dixerant illi; *Quae est ista, quae progreditur quasi aurora confurgens, pulchra ut Luna, &c.* Arbitrans ipsa, eosdem interrogaturos, quo tenderet, & vnde veniret, atque ad quid iter illud haberet, praecipuus haec habuit, *Descendi in hortum nucum, ut viderem, &c.* Quae duobus modis intelligi possunt, adeoque & duplex eorum afferri potest sensus: siquidem verbum, *descendi*, dupliciter accipi potest: vel pro praeterito, ut sonat; vel iuxta frequentissimam Hebraici sermonis phrasim pro futuro, *descendam*.

Si primo modo sumatur, significabit in his sponsa se esse in reditu ab horto nucis, ad quem descenderat; Ac si dicat.

Ne, quae, in animum inducatis, inaniter me vagari ut otiosam, & quae domi continere me nequeam: domum enim nunc repeto, cum exinde descenderim in hortum illum, qui ex confitis in ipso nucibus nomen sortitus est *nucum*: Eo vero me contuleram, ut quomodo res se haberent, inspicerem. Cura namque mihi rerum nostrarum est maxima, in primis pomorum, quae in conuallibus pulcherrime prouenire solent ob aquarum copiam; vineae, quam eo loci floruisse opinabar; necnon & malorum punicorum, quorum ingens ibi est copia; ut viderem, an eorum arbores bene germinassent, si floruisset vinea, utque inspicerem poma conuallium, eo tetendi.

Contrario sensu eadem fumentur, accepto verbo *descendi*, pro futuro, *descendam*; per ea quippe sponsa iisdem significabit iter suum illud ad hortum nucum directum esse, ut suas sibi res inspiceret, poma praesertim, ut proueniscent in conuallibus ijs irriguis, si floruisset vinea, ac si malorum punicorum germina apparere coepissent.

Circa lectionum varietatem notandum primo, vocem Hebraicam *נחל* nahal duplicis esse significationis. ideoque bene tam nostrum Interpretem cum Symmacho, & plerisque Hebraeorum in significato conuallium illam sumpsisse, quam etiam Septuag. cum

Theodor. Tres Patres, Cassiodor. Genebrar. Hortolanus, R. Innomi.

Primus sensus.

Secundus sensus.

7 Iusti progressus qualis. Ambros. Hieron. Augustin. Tres Patres Greg. Pap. Philo.

Ambros. Angeli admirantur iusti animam celos scandentem. Hieron.

August.

Do for iuxta cuiusque capacitatem, lucem emittit doctrinae.

8 Maria aurora. Hugo Vict. Rup. Abb.

Phil. Carp. Christus Luna & Sol a Psal. 88.

37. Aponius. Humanitas Christi aurora, Luna, & Sol.

cum alio interprete item Græco, aliſve Hebræorum A doctoribus accepisse eandem in significatu torrētis: nec minus recte per eandem designari posse conuallem, seu conuales torrente irriguas.

Secundo notandum, in versione Sept. in fine huius versus hæc reperiri: *Ibi dabo vbera mea tibi*, quæ si hic vere posita essent, manifeste arguerent sponsi præsentiam, utpote ad quem tota hæc sententia habita fuisset; quod nullatenus probò, nec ex dictis verbis probare cogor: cum constet tum ex Hebraico textu, tum ex nostra, aliorumque interpretum versionibus, verba illa adiecta potius hic esse ab alio, quam à Septuag. Interpretibus, desumptaque ex simili sententia, quæ habetur in cap. 7. vbi eadem sponsa manifeste suum alloquens dilectum, dicit. *b Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis: Mane surgamus ad vineas: videamus si, &c. Ibi dabo tibi vbera mea.*

Cætera parui momenti sunt, in quibus variare videntur textus, ut quod in Hebraico, & versione Septuag. legatur, *In hortum nucis*: frequens est namque sacrarum litterarum vsus, ut singularem pro plurali numero vsurpent, ut recte notavit Augustinus lib. 2. Locutionum de Exodo: Quodve in Hebraeo est, *Videre in arboribus, seu, in fructibus*, & in versione Sept. *Videre in genimina*, pro eo, quod Vulgata legit, *Vi viderem poma*: Et quod tertio pro eo, quod invulgata legimus, *Et germinasset mala punica*, alii ex Hebræo vertunt, *Et floruisse mali punica*, scilicet arbores: idem enim hæc sunt. Vnde in cap. 7. a vbi eadem verba repetita habentur in Hebræo, & à nostro quoque Interprete hic versa reperiuntur, *Si floruerunt mala punica*, prout & hoc loco vertere Septuag.

b Cant. 7. 11

Singulare frequenter positum pro plurali.

a Cant. 7. 12

Vers. X. cap. VI. Descendi in hortum nucum, ut viderem poma conuallium, & inspicerem si floruisse vinea, & germinasset mala punica.

EXPOSITIO II.

De prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

2 Primus sensus. Iudaicum populum conuertere quanto studio conata sit Ecclesia. Iudaicus populus hortus nucum.

Iudaici populi conuersioni per prædicatores suos vacasse se in his significat Ecclesia, cui vnum summumque est studium, vt ex infidelium conuersione suauissimam sibi procuret voluptatem. Ideo namque, vt in hortum, ad populum illum asserit se contulisse: Non potuit tamen se continere, quin eiusdem populi vel insinuaret duritiem, & amaritudinē, quosve subierit labores, vt vel tantillum dulcedinis ex eo percipere posset: propterea *hortum nucum* illud appellauit, & nucibus potius, quam ex alioquoquam arborum genere nomen illi tribuens, quia nux fructus profert durissimos, amarissimoque cortice obtectos, quive postquam verberibus excussis ex arbore fuerint, vix ad cultri cuspidem exiguum largiuntur dulcedinis. Porro ex modica ea dulcedine, quam in alicuius Iudæi conuersione gustauit, ad eiusdem populi eruditionem se deditit, non modicam colligendorū ex eo fructuū concipiens spem. Hanc ergo spem suam hic exprimit, cum, postquam dixit, *Descendi in hortum nucum*, subintulit, *Vi viderem poma conuallium, & inspicerem si floruisse vinea, & germinasset mala punica*: Æque enim est, ac si dixisset.

Paraphras.

Quamuis sat mihi explorata esset Iudaici populi durities, & amaritudo, quamuis & optime nossem, non minus mihi laboris infumendum in eiusdem conuersione, quam qui infumitur, vt dulce aliquod nucleum ex nucis gustetur arbore: libentissime nihilominus eome contuli, ac si per facillimum descensum in hortum

tenderem voluptatis: idque quia spem conceperam, superbissimum illum populū humilitatis fructus prolaturum, eundemve, qui in vineam electa à Deo plantatus iam diu fuerat, protulitque hucusque spinas, flores è se emissurum nouiter conuerforum, charitatisque atque vnionis indicia exhibiturum. Hæc tria, inquit, me impulerunt, *ut viderem poma*; fructusve conuallium torrente baptismatis irriguarum, *& inspicerē, si floruisse vinea, & germinasset mala punica*: Redeo autē modo, spe omni frustrata ob illius obstinationem.

Vers. X. cap. VI. Descendi in hortum nucum, ut viderem poma conuallium, & inspicerem si floruisse vinea, & germinasset mala punica.

EXPOSITIO III.

De secunda Sponsa, quæ est Anima Iusti.

Sedulium examinandæ conscientiæ suæ studium Speregregie hic explicat pia illa anima, quæ peccato mortua, desponsataque est Deo. Et quidem hortum nucum huiusmodi appellat studium: quatenus in eo peccatorum discussio fieri solet, quibus Deum aliquādo offendit, quæ recte explicantur similitudine nucum amarissimarum, durissimarumque, dum integræ comeduntur.

Tametsi, cum per contritionem franguntur, dulcissimum ex eisdem colligere liceat nucleum bonitatis, patientiæ, & longanimitatis Dei. Attamen licet nucum ob hanc meminerit rationem; conscientiam tamen ipsam suam hortum dicere non ambigit, quando quidem conscientia, quæ à peccatis libera est, & quieta, nec minus voluptatis exuberat fructibus, quā hortus quilibet, teste Salomone, qui in libro Prouerborum eius gaudia exprimens, dicit: *b Animus gaudens ætatem floridam facit*: & fructuum quoque indicat copiam, vbi ait; *c Secura mens quasi iuge conuiuium*: Bene autem cum ad hunc hortū se confert pia anima, haud ascendere, sed descendere dicitur: Ascenderet siquidem, si peccata ibi examinanda forent cum labore, & cum dolore: modo facili, iucundoque descensu, ad eundem se contulisse inquit, non vt amaras, durasve colligat peccatorum nuces; at vt quæ in illa conspiciuntur, sanctas suas examinet cogitationes sua desideria, fructusque operum suorum. Idcirco non dicit, *Descendi in hortum nucum, ut viderem*, seu, *ut colligerem nuces*: Verum, *ut viderem poma conuallium, seu, fructus torrentis, ut inspicerem, si floruisse vinea, & germinasset mala punica*. Per poma conuallium, seu fructus torrentis, fructus designans Spiritus sancti, quos enumerat Paulus in epist. ad Galat. *d Charitas, gaudium, &c.* non tam in habitu, quam in actu, sanctas nimirum operationes, quæ in conuallibus fiunt humilitatis. Per vineæ flores sancta intelligens desideria, quibus ipsius mens floret, & redolet. Per germina demum malorum punicorum, sanctas significans cogitationes à Dei, proximique charitate, cuius symbolum sunt mala punica, instar germinum erumpentes.

Notandum vero hic est, quā diuersus sit processus eorum, quæ sunt Spiritus, à processu eorum, quæ ad carnem, terramque spectant. Enimvero in carnalibus & terrenis primo sunt germina, tum flores, & demū fructus: at è contra res hæc in spiritualibus.

Primo sunt poma, & fructus, secundo flores, vltimo demum germina. Cuius diuersitatis hæc est ratio, quod terrena, & præsertim ea, quæ ad peccatum spectant, primo causant germina cogitationum, tum flores desideriorum, concupiscentiæ, atque consen-

3 Secundus sensus. Conscientia examini quomodo indulgeat pia anima.

Conscientia cur hortus nucum dista.

b Prou. 17. 22. c Prou. 15. 15.

d Gal. 5. 22.

Spiritualium rerum processus diuersus à processu carnalium

consensus, & tertio fructum operis atq; peccati, post
 quod mors ipsa est, atque corruptio: sicut & in arboribus
 euenit, quæ fructifera sunt. Vnde Iacobus Apostolus
 hunc in epistola sua persequens ordinis processum ait:
Nullusquisque tentatur a concupiscentia sua (en germen cogitationum) *Deinde, concupiscentia, cum conceperit, parit peccatum,* (en flores desideriorum, atque consensus): *Peccatum vero cum consummatum fuerit, generat mortem,* (en fructus, & poma, post quæ præter mortem nihil est reliquum.) In spiritualibus, & celestibus, quæ nec fatiæntem exhibent, nec afferunt mortem, sed viuidiorem vitam, post fructus inueniuntur flores, & post flores germina, ex quibus germinibus item oriuntur non flores desideriorum, at poma, & fructus; quandoquidem cogitationes ex charitate procedentes, in fructus illico prorumpunt sanctorum operum; quod indicat sponsa, dum ait: *Si germinassent mala punica, potius quam mali punice.*

Verf. X. cap. VI. *Descendi in hortum nucum, ut viderem poma conuallium, & inspicerem, si floruisset vinea, si germinassent mala punica.*

EXPOSITIO IV.

De tertia Sponsa, quæ est B. V. Maria.

4. Maria sedulum studium erga Ecclesiam.

Svam erga sanctam Ecclesiam sollicitudinem fidelibus hoc loco proteclans Virgo Benedicta, descendisse se ait, & descendere frequenter è celsissimo cœlorum habitaculo in illam tamquam in voluptatis hortum, ut exinde potissimum caperet voluptatem, quod egregia, sibique dulcissima ibi videret opera fidelium eorū, qui per humilitatem instar conuallium sunt depressi, diuinisque propterea irrigui sunt gratiarū aquis: & inspiceret perpulchros & suaueolentes Virginum flores ex vinea, atque ipsamet Ecclesia florentes; nouaque germina sanctorum Religiosorum, qui ita vniti intra claustra feruantur, quomodo intra corticem grana mali punici clausa aduertimus. Porro Ecclesiam ipsam & vineam dicit, & hortum nucum: Vineam, quia & in flore, & in fructu Virgines proferrat, vinum illud producents, quod per Prophetam a virgines germinare dicitur. Hortum nucum, quia licet illa primo aspectu ob ingentes persecutiones, & perturbationes, atque ob impiorum, qui ipsi admitti sunt, copiam, instar corticis nucum aspera videatur, & amara; intrinsecus tamen dulcissimum continet nucleum suauissimarum consolationum; sanctorumque fidelium, qui in ipsa latentem maximam intra se obtinent dulcedinem, quam & pariter extrinsecus alijs impertiunt. Descendere Gloriosissimam Virginem in Ecclesiam Sanctam, nemo iure ambigit, qui Ecclesiasticas Sanctorum Patrum reuoluerit historias, in quibus frequentissimæ illius leguntur apparitiones. Quomodo vero è cœlis descendat, haud præsentis est loci, ut exponatur à nobis.

a Zach 9. 17. Ecclesia cur dicitur hortus nucum.

Verf. X. cap. VI. *Descendi in hortum nucum, ut viderem poma conuallium, & inspicerem, si floruisset vinea, si germinassent mala punica.*

Appendix Expositionum, Ex antiquis Patribus collecta.

5. Paraphrasis Chaldaica. Dixit Dominator sæculi: In domo sanctuarij secunda, quæ ædificata est per manum Cyri, habitare feci maiestatem meam; ut vi-

derem opera mea populi mei, & ut viderem, si crescant, & multiplicentur sapientes, qui comparantur viti, & si germina eorum plena sint operibus bonis sicut mala punica.

Incertum est apud veteres Patres, à quonam dicta hæc fuerint, quisue sit hortus nucum, ad quem descendisse se ait, quisque ille est, qui loquitur.

Sponso hæc tribuunt Hieronymus, Gregorius Papa, Philo Carpathius, Aponius, & Anselmus: Duobus tamen modis hæc explicant vnimet hæc tribuentes Deo, atque Christo. Ad descensum in hunc mundum per Incarnationem referre ea videtur Hieronymus, dum lib. 3. in Zach. ad finem cap. 12. legens, *Descendi, ut viderem in gemmine torrentis, si floruisset vinea, si floruisset mala punica,* ait: Descendit Saluator ad torrentem huius sæculi, & turbidas aquas, de quibus, & in typo eius bibisse describitur lib. 3. Reg. a cap. 17. ut post flores vineæ & mali punici, fructum vtrumque suscipere, & inebrians Ecclesiam suam, audiret ab ea, *b. Po. tabis me de vino vnguentarij, de vino malorum.*

Clarius id ipsum Aponius asserens, diuinum Verbum reddere rationem prædicti descensus sui, dicens: *Descendi in hortum meum, ut viderem poma conuallium* &c. id est, *Descendi ad gentem mei notitiam habentem, in qua veluti in orto meo Patriarchæ, & Prophetæ nõ parum desudauerunt laborando in doctrina, ad conuallium huius mundi, ad conuersionem humanam: ut viderem poma conuallium, id est, lacrymas iustorum, quas pro exilio, & carcere, atque hominum peccatis fundebat: Ut inspicerem, si in domo Israel, quæ vinea mea est, flores oriuntur cogitationum per quos poenitentia fructus adolescat, si germinassent mala punica, præconia scilicet Prophetarum, quæ intra se mysterium magnæ dulcedinis obiectum continent, & medicinæ animarum, quæ in B. Ioanne Baptista germinare cœperunt super virginitatis amorem in descendente aduentum.*

Philos quoque Carpathius legens, *Descendi in hortum nucis viderem in gemmine torrentis:* Ecce, inquit, celestis sponso primo descendit in Synagogam Iudæorum ad Sacerdotes, & Scribas per assumptam humanitatem ex eorum femine. Per hortum quippe nucis Ierusalem, & sacerdotium significari putat, ex eo quod virga Aaron regalis sacerdotij dignitatem habuit, & nux Mosaicæ legi cõpetit. Ut enim nux arbor folia amara habet, eaque frigida, & fructum ipsum cortice amarissimo, & duriore testa circumtectu profert: qui in nucleus nucleum non ingratum quadrispicuum linea cartilagine intercusante, & tenui membranula, dum viridis est, illum continet: Ita lex Moysis ex sacrificijs carnalibus, & cæremonijs tamquam nux amara frondibus esse videbatur; quamquam trinum Deum, & vnum mystice significantis & duro admodum sensu, quamquam mystico, veluti amaro cortice tecta erat: velatum tamen suauissimum fructum, & maxime salutarem Christum Iesum cœlitus descensurum tenebat inclusum, huncque quadrifido Euangelico sensu per quatuor Orbis cardines propalandum, nõ nisi recte, & sancte enucleantibus eruendum, edendūque sanctissime. Per id quod dicitur, *Viderem in gemmine torrentis,* ex eo quod in Psalmis legimus, *c. De torrente in viabibit: &c. Torrente pertransiit anima nostra:* per geminem torrentis fructus passionis intelligit Philo:

Ac si dicatur: *Descendi in assumptam mortalitatem carnis, ac necem, videre an fructum aliquem ex ea suscepturus essem in vinea illa, quæ tamen pro vuis fecit spinas. Quod subditur, sic sine conditionali legens, Effloruerunt mali punice.* Per id Synagogæ opponi putat Ecclesiam Gentium: Ac si dicatur: Ecclesiæ Gentium tamquam mali punice speciosos fructus, atque suaves protulerunt. Quia vero in versione Sept. adiectum reperitur, *Ibi dabo tibi vbera mea:* ut ipsius Ecclesiæ responsum hæc accipit. ac si illa dicat: *Tua duo testamenta, õ sponse celestis, doctrina, vita, moribus, & exẽplis, operibusque iustitiæ sanctissime implebo, tibi que veluti fugenda præbebo, in proprijs filijs, quos mihi alendos dedisti.*

Aponius. In incarnatione Christi in torrente. Hieronymus. Greg. Papa. Philo. Aponius. Anselmus. Philo Carp. Rep. Abb. Lex Moysis nucis similis.

a 3. Reg. 17. 4. Cant. 8. 2. Aponius. In incarnatione Christi in Iudæam ut in hortum suum descendit ad quosdam.

c Ps 119. 7. Ps 123 5. F. Ac si dicatur: Descendi in assumptam mortalitatem carnis, ac necem, videre an fructum aliquem ex ea suscepturus essem in vinea illa, quæ tamen pro vuis fecit spinas. Quod subditur, sic sine conditionali legens, Effloruerunt mali punice. Per id Synagogæ opponi putat Ecclesiam Gentium: Ac si dicatur: Ecclesiæ Gentium tamquam mali punice speciosos fructus, atque suaves protulerunt. Quia vero in versione Sept. adiectum reperitur, Ibi dabo tibi vbera mea: ut ipsius Ecclesiæ responsum hæc accipit. ac si illa dicat: Tua duo testamenta, õ sponse celestis, doctrina, vita, moribus, & exẽplis, operibusque iustitiæ sanctissime implebo, tibi que veluti fugenda præbebo, in proprijs filijs, quos mihi alendos dedisti.

Infortun cor hortus nucis. Greg. Pap. Anselmus. Iustus visitanus Deus excitat illos ad proximi salutem procurandam.

Alio modo eidem Christo hæc iuxta lectionem Vulgatæ tribuunt Gregorius Papa, & Anselmus: Per nubes enim perfectos quosque intelligunt, qui dum divinam sapientiam intra corpora sua retinent, quasi nucleum in fragili testa portant; ac per nucum hortu corda eorumdem. Bene autem primo dubitat Gregorius, cur dictum sit, *Ut viderem poma*, cum dici debuisset, *ut viderem nubes*. Et respondet, per hoc significatum, Christum maxime corda perfectorum visitare, eisque benignitatis suæ suavitatem manifestare, ut per eos ad inferiores postmodum veniat, & quantum in augmentum iustitiæ profecerint, per illos cognoscat. Tunc quippe Dominus videre, & cognoscere dicitur, cum sanctos suos, quos illustrat, ad videndum hortatur. *Poma vero conuallium* potius, quam montis respicere dicitur, qui humilibus potissimum respectum tribuit suæ miserationis.

Porro secundum Gregorium vineæ florent, cum in Ecclesia filij recenter in fide generantur, & ad sanctam conuersationem quasi ad fructus soliditatem præparantur. *Mala punica* germinant, quando perfecti per exempla sua proximos ædificant, & in nouitatem sanctæ conuersationis per prædicationem, & bonorum operum ostensionem inuitant.

Anselmus.

Anselmus. *Descendi*, inquit, dicere Christum, ut supra, *ut viderem*, id est probarem, auxiliæque per gratiam illis conferrem, qui sunt *poma*, id est, matura opera Deo proferentes, & conualles sunt humilitate: *Et si vinea*, id est, si quibus magnus cultus impenditur, initia virtutum protulissent: *Et si mala punica*, id est, hi, qui paratos se exhibent ad omnem passionem, fructum aliquem Deo acquisissent.

Vita præfens nucis hortus. Cassiodor. Beda.

Ab hoc sensu haud longe dissentiunt, quæ dicuntur à Cassiodoro, & Beda, tametsi sponsæ, & Ecclesiæ hæc tribuant. Exultant namque, per hortum nucis significari vitam præsentem, quatenus in ea nostræ conscientiæ clausæ sunt, & non apparent, donec fracta testa corporis manifestentur. Descendere autem ad istum hortum Ecclesiam, quando per Doctores suos vitam singulorum considerat: qui scilicet poma sint conuallium, excellentia quidem virtutum præditi, sed humilitate depresso, qui in earundem virtutum studio proficiant; ac demum qui iam apti sint ad imitandam passionem Christi.

Theodorit. Mundana omnia asinilata torrenti. Coloss. 3.3

Alia ratione vitam præsentem hortum nucis dictam censet Theodoritus, sed quæ fere in idem recidit: nempe ex eo, quod instar nucis amara quid sit, arumnisque, & laboribus plena, reconditum tamen habet virtutis fructum, iuxta illud Pauli, *e Vita nostra abscondita est cum Christo in Deo. Cum autem Christus apparuerit vita nostra: tunc et nos apparebimus*. Porro descendere ait Ecclesiam; quoniam aliorum naturæ, & moribus se accomodat, dum dicitur, *Ut viderem in germinibus torrentis*: per torrentem, qui hieme quidam fluit, æstate vero crescit, caduca hæc intelligit, & quæ iucundavidentur in hac vita: per florentem vineam eos, qui indulgent contemplationi: per mala item punica florentia eos, qui charitatem, & concordiam colunt. Quod addit apud Sept. *Ibi dabo tibi vbera mea*, de vberibus accipit doctrinæ, quæ ab Ecclesia Christo tribui inquit, dum fidelibus eadem tribuuntur.

Tres Patres.

Simili modo hæc ipsa accipit catena Trium Patrum de vberibus; tametsi hæc tribuat pie animæ, ac per hortum nucis studium virtutis accipiat, & animas virtutis excultrices; quando quidem virtutis dulcedo conseruatur in medio amaritudinis tentationum, & asperitatis laborum: per germina torrentis, fructus intelligit patientiæ; quia tribulatio per torrentem designata, patientiam operatur. Per vitem florentem Christum sumit vitem veram florentem in patientia. Per mala punica item florentia prudentiam accipit, & simplicitatem timoris austeritate conseruatas instar malorum punicorum, quibus cortex quidem adest adstringendi vim habens, intrinsecus autem inest fructus dulcis: quæ florent item in patientia.

A Anima quoque hæc tribuunt Athanasius in Synopsi, & Iustus Orgelitanus; ac per hortum nucis intelligunt sacras Scripturas: quia (ut bene inquit Iustus) si quis in illis non discuerit, & quodammodo veluti in nucis corticibus interna non quæsierit, ad veram intelligentiam peruenire non potest. In reliquis nihil Athanasius; & Iustus eadem fere, quæ & Cassiodorus.

Scriptura sacra hortus nucis. Athanasius Iustus.

Vers. XI. cap. VI. Nesciui: anima mea conturbauit me propter quadrigas Amminadab.

B

EXPOSITIO I.

Iuxta sonum litteræ.

Q Via locus iste difficillimus est, à consueta exponendi ratione recedam aliquantulum in eo explicando. Exponam primum voces eas, quæ ob ambiguitatem varias interpretibus causarunt versiones. Afferam postmodum, quos ipse magis approbo, sensus: ac tertio, ut adgerer, & ad rem nostram non spectans, ad abundantiore tamen doctrinam, eos referam, quos iuxta sonum litteræ ab alijs allatos reperi.

C

Ambiguæ duæ hic potissimum sunt voces Hebrææ. Prima שָׁמַח samathi, quæ è duorum verborum radicibus potest deduci, à radice שָׁמַח som, ponere, vel à radice שָׁמַח, famam, turbare, & conturbare. Noster Interpres, ut & Symmachus, ab vltima hac radice illud deducens optime vertit, *Conturbauit me*; tametsi optime pariter & Sept. idem verbum alio sensu verterint, *Posuit me*, quo modo communiter illud ipsum reddunt, qui ex Hebræo nouas cuderunt, cuduntque versiones, deducentes illud à prima radice.

D

Altera distinctio item ambigua in Hebræo textu ex duplici constat voce nghanmi nadib נִינְיָמִי נָדִיב, quæ cum dupliciter sumi possit, proprie, & appellatiue: à dab quæ est: nostro quidem Interprete, sicut & à Septuag. accipitur proprie, pro nomine scilicet proprio: ideoque sic verbum est, *Amminadab*: cum tamen ab alijs appellatiue sumatur. Vnde Symmachus (ut & refert Theodoritus) vertit: *Curvus populi ducentis*: Aquila, *Populi Aquila sponte imperantis*: Quinta editio, *Populi duos*: Recentiores aliqui, *Populi mei nobilis*. Re vera enim vox נִינְיָמִי nghanmi significat populum meum, vel, secundum illos, qui putant, iud esse paragogicum, & redundans, *populum*. Altera vero vox נָדִיב nadib, tametsi proprie significet sponsonem, voluntarium, & liberalem: significat nihilominus & Principem à liberalitate, liberaque voluntate sic dictum, quomodo hic accipiendum putant plerique Hebræorum, ac si (ut bene inquit R. Abraham Aben Ezra) per metathesim, & transpositionem diceretur nadib nghanmi, *Principis populi mei*: ut sermo sit de quadrigis Optimatis, aut Principis alicuius, qui in populo, Vrbeque; spõsæ emineat: seu etiam ipsiusmet Regis Salomonis (ut putant Soto Maior) qui vnicus populi sponsæ Princeps extitit.

Quadrigæ Amminadab quæ est.

Symmachus Aquila. Quinta editio.

R. Abrabâ.

Soto Maior

E

Porro, sicut cum dicta vox hac ratione sumitur appellatiue, Princeps quidem genericè designatur, seu Princeps, qui per antonomasiam Princeps populi appellaretur: ita & cum eadem sumitur proprie, crediderim, per illam significari insignem aliquem, & nobilem Principem nomine Amminadab, qui temporibus Salomonis, quando, ut dicitur in 3. lib. Reg. 4. ipsimet Salomoni ex Ægypto afferebantur quadrigæ, delectaretur plures habere quadrigas, quibus celerime, & honorifice veheretur, sicut & de Abafalon 2. Reg. dicitur, *Quod fecit sibi currus, & equites, & quinquaginta viros, qui præcederent eum*. Neque enim probanda mihi illa videtur opinio Nicolai da Lyra, licet & aliquorum sit Patrum, qui putant, hic fieri sermonem de eo Amminadab Patre Naafon, qui fuit abnepos Iudæ Patriarchæ, ut patet ex 1. Paralip. 2. & focer Aaron, ut patet

Amminadab, cuius quadrigarum fit mentio, quis fuerit.

3. Reg. 10. 28.

2. Reg. 15. 1.

Nic. de Lyra. Cassiodor. Beda.

Rupertus Ambrosius. Serm. 2. in Pf. 118.

vt patet ex cap. 6. Exodi, quæ iemue Hebræi dicunt fuisse A
ducem Tribus Iuda in exitu de Ægypto, & primum
post Moysen in diuisas maris rubri aquas ingressus
esse sine vlla hæsitacione, cum non constet dictum
Amminadab quadrigas habuisse, illius eum fuisse
vsum in transitu maris rubri nemo vnuquam legerit.

Adde, quod hic fit mentio de quadrigis Ammina-
dab tamquam de re, quæ tunc in hominum ore per-
uulgata esset. Neque aliorum probò sententiam existi-
mantium, nomine Amminadab hic designari Am-
minadab illum, qui fuit frater David, & cuius fit me-
tio in primo Reg. 6. Seu alterum Amminadab illum,
in cuius plausu vesta fuisse arca Domini dicitur in
c 1. Reg. 17.
23.
d 2. Reg. 6. 3

Contat ergo ex dictis duas esse presentis sententię
lectiones, quarum potissimum in hac nostra exposi-
tione rationem habere debeamus: Altera textus He-
braici, *Nō noui, anima mea posuit me quadrigas populi Prin-*
cipis, seu, Principis populi: à qua parum discrepat & ver-
sio Septuag. *Non nouit anima mea, posuit quadrigas Am-*
minadab. Tantumdem enim est, *Non nouit anima mea,*
ac, non noui. & ad id, quod dicitur, *posuit me,* &c. sub-
intelligendum, cupiditas mea, seu, anima ipsa mea:
Alteram nostræ Vulgatæ. *Nesciui, anima mea conturbauit*
me propter quadrigas Amminadab: In qua Vulgatæ
lectione apparet, nostrum Interpretem explicationis
gratia addidisse de suo præpositionem. *Propter:* ex quo
deducere possumus, haud reprehendendos, qui ad
intellectum lectionis Hebraicæ, & Septuag. *Posuit me*
quadrigas, subintelligendum aliquid putant, vt *inter,*
seu, sicut, aut quid simile.

De lectionibus ceteris, vt de ea qua Quinta editione
legitur, *Posuisti me in curru:* Similue, qua Ambrosius
lib. de Abrahâ ca. 8. legit, *Posuisti me curru:* & alia, qua
in Serm. 2. in Psal. 118. vers. 6. legit. *Posuisti curru Am-*
minadab: nec non & illa, qua Vatablus, alijue ex He-
bræo vertendum putant, *Posuit me ueterarius:* nihil hoc
loco dicam: sat enim puto, eas indicasse.

His suppositis, iam ad rem nostram deueniamus,
ostendentes, quam ratione ea, quæ hic dicitur, sint
cum præcedentibus connectenda, quibus facilis, pro-
prius, & germanus sit ipsorum sensus: Sat enim cõci-
sa est locutio, *Nesciui,* & valde anceps, quod subijci-
tur, *Anima mea conturbauit me propter quadrigas Ammi-*
nadab: seu, *posuit me quadrigas Principis populi mei.* Pro
quorū explicatione id in memoriã reducendū, quod
in prima superioris versus expositione dictū est, ver-
bum, quod ibi habetur, *descendā,* vel in præterito, vt
sonat, vel pro futuro, *descendā,* à sponsa vsurpatū; atq;
totam eã sententiam duplicem habere posse sensum:
Vel vt dicta sit à sponsa in reditu existente, & expo-
nente, quo tetenderit, & vnde veniat: Vel secundo sit
dicta, vt ab eadem sponsa progrediente ad hortum
nucum, iterque illud suum adstantibus edicente.

Iuxta hunc autem duplicem eorum, quæ ibi dicta
sunt, sensum duobus pariter modis quæ hic dicitur,
cum illis connectenda sunt nobis, ommissis que pro
nunc, quæ ab alijs afferuntur, duo sunt afferendi sen-
sus, qui ad rem de qua agitur, faciant magis.

Si ergo iuxta primum sensum in præcedentibus
sponsa significauit, se regredi ex horto nucum, ad
quem descenderat, vt videret poma conuallium, &c.
Dicendum modo illam prosequi narrationem eam-
dem, & afferre rationem, cur tam cito egressum ex
horto illo pararit, curue tam veloci properaret cur-
su: Festinanter namque eam iter habuisse, ex ijs
licet colligere, quibus in versu sequenti puella, quas
alloquebatur, illam retinere nituntur, dicentes, [Re-
uertere, reuertere Sulamitis, reuertere, reuertere, vt
intueamur te.] In hac quoque ratione adeo concise
loquitur, vt festinantem loqui appareat, & valde an-
xiam.

Rationis huius summa hæc est: Descendisse se qui-
dem in hortum, cum nesciret, quod ibi nõ esset dile-
ctus suus; illum namque ibi se reperiturã putarat; at,

cum eum nõ reperisset in horto, valde anxiam celer-
rimum sumpsisse regressum. Præclare autem, & effi-
cacissime festini reditus explicauit desiderium per
modica illa verba, [Anima mea conturbauit me pro-
pter quadrigas Amminadab,] quas scilicet velocissimo
cursu properantes inspexi: Æque est enim, ac si
dicat.

Descendi iam in hortum nucum, vt viderem poma
conuallium, vt inspicerem, si florisset vinea, & ger-
minassent mala punica:] *Nesciui,* quod ibi haud reper-
tura essem dilectum meum, quem noui multo me so-
licitiorem rerum nostrarum, tam hortorum, quam vi-
nearum.

Reditum illico parauit, vt illum quantocyus conue-
niret, qui præcipua mihi est cura, & sine quo viuere
nequeo; *Propter quadrigas Amminadab* in clyti illius Prin-
cipis populi mei, quas celerissimo cursu ante me pro-
perantes vidi, *anima mea conturbata est,* optans illa-
rum prosequi celeritatem, quo subito eum adirem.

Primum hunc sensum confirmant lectionis tum
Hebr. (Non noui, anima mea posuit me quadrigas
Principis populi mei;) tum Sept. (Non nouit anima
mea, posuit me curtus Amminadab:) Quod enim di-
cit, (nõ noui,) & efficacius, (non nouit anima mea,)
tantumdem est, ac si diceret.

Me miseram, (Anima mea,) quæ semper meo in-
harere solet dilecto, (non nouit,) illum in dicto hor-
to nucum minime esse. Quod autem subijcit, (anima
mea posuit,) vel secundum Septuag. (Posuit me cur-
tus Amminadab,) &, (Principis populi,) idem est, ac
si dicat.

Is ipse, quem ibi non inueni, dilectus meus: seu, *ani-*
ma ipsa mea, quæ illic viuit, vbi is est, effecit, vt velo-
cissimo remearim cursu, & vt instar quadrigarum
Amminadab ad ipsum aduolare contendam. Ponere
enim curru Amminadab, phrasia Hebraica est, ei
propemodum similis, qua in Psal. 147. dicitur, *Qui*
posuit fines tuos pacem: id est, qui effecit, vt summa frue-
reris pace, qui fines ipsos tuos summa donat pace.

Quod si superiora iuxta secundum sumamus sen-
sum, quo sponsa ibi significauit ijs, qui sibi obuiam
processerant, iter illud suum directum esse (ad hortū
nucum,) vt videret ibi (poma conuallium, & ceter.) se-
cundo quoque sensu in his verbis, (nesciui, & ceter.) ra-
tionem, primumque exponit motiuum, quo iter illud
aggredi coacta est ingentem nimirum curam, quam
rerum suarum haberet, nimiamque solitudinem ac
metum, ne quid horto suo, fructiferis conuallibus,
florenti vinea, & loco sibi maxime dilecto, in quo ar-
bores consistæ essent malorum puniceorum iam ger-
minantium, aliquid contigisset damni, præsertim à
quadrigis Principis Amminadab, qui per ea vehi-
lenter loca deliciosissima. Quod autem breuiter, ad-
modumque concile vt ingenti metu conualla dicit,
tale mihi esse videtur.

Descendam quantocyus in hortum nucum, vt videam
poma conuallium, inspiciamque, *si floruit vinea,* germina-
runtque *mala punica.* *Nesciui sane,* quid ibi factū fuerit:
siquidem *anima mea* valde *me conturbauit propter quadri-*
gas Amminadab, quas sat noui illis in locis celerissimo
cursu solitas pertransire. Magnopere ab eis horto vi-
nearq; meæ timeo, vereorque, ne vel ab equis, vel à
quadrigis ipsis damnum aliquod factum in illis sit.

Hunc sensum confirmat lectio Symmachi, quam
refert Theodoritas, *Non noui, anima mea dubitauit à*
curribus populi ducentis, seu, *ducis populi:* Si, quomodo nos-
ter Interpres addidit ad explicationem, præposi-
tionem *propter,* ita & nos aliam addamus, *Inter,* ac si di-
catur: *Anima mea posuit me inter quadrigas, &c.* *Nesciui,*
quid ibi in horto nucum, vineaque mea factum fue-
rit: *anima mea* ab illatis metuens damnis *inter quadrigas*
illas *anxia me posuit* cogitatione, quibus Amminadab
Princeps ille in populo meo præcipuus agros illos
percurrere solet.

Hæc quidem facile, & admodum congruenter se-
cundum tenue iudiciū meum circa difficillima verba
aliorum

c 1. Reg. 17.
23.

d 2. Reg. 6. 3

Quinta
editio.
Ambros.
Vatablus.

2
Primus
sensus.

Paraphra-
fis.

Paraphra-
fis.

Pf. 147. 3.

Secundus
sensus.

Paraphra-
fis.

Paraphra-
fis.

III

3
Sensus va-
rius aliorum
ista

ista dici potuerit: Nihilominus ad abundantio-
rem doctrinam referre haud me piget, quæ & ab alijs in
eorum explicationem, quoad sonum tamen litteræ,
asseruntur. Multiplices namque reperio sensus, quo-
rum quis quemlibet sumere poterit, qui sibi magis
arriserit, si per duos, quos ipse attuli, sibi plane satis-
factum non sentiat.

Legionensis.

Incipiens autem ab Aloysio Legionensi, quem (vt
verum fatear) inter eos, qui litteræ sonum in hoc explic-
cant Cantico, semper, meritoque censui antefig-
nanum.

I.

Arbitratur is sponso, quem in superiori versu locu-
tum putavit, hæc ab sponsa in hunc sensum dicta fuisse
Ad quid, quove tendēris, nesciui, & nescio. Illud
vnum scio, dum te amens quæro, omnia Vrbs loca
eæ velocitate obivisse, vt non sint velociores currus
Principum populi mei, vt cum dicitur, *Anima mea
conturbavit me*, animæ vocabulum positum sit pro de-
siderio, ac si dicatur: Desiderium tui inveniendi con-
turbavit me, &c. declarat que hunc sensum per lectio-
nem illam, *Anima mea posuit me currus*, &c. Consentit
his Hieronymus Almonacyrius.

Almonacy-
rius.

Genebrard.

II.

Genebrardus quoque celeritatem hic à sponsa de-
scriptam putat, quam nimirum adhibuit in petendo
hortum nucum: Ac si dicat: Me nescientem, nõ sen-
tientem, aliud cogitantem mens mea tanta celeritate
in hortum abripuit nucum, ac si fuisset vecta qua-
drigis Amminadab.

R. Innomi-
natus.

III.

Indicat tum & alium sensum, quem ante eum attu-
lisse reperio Rabbi Innominatum inter expositores
Hebræorum, nempe, *descendi quidē in hortū nucum*, vt,
&c. *Nesciui*, autē eo recta pervenire, & erravi de vi-
visque adeo, vt anima, & cupiditas mea, qua illuc du-
cebar, traduxerit, posueritque me in medio quadri-
garum magnificentiarum, & splendidarum, quibus cele-
bratum est Amminadab, id est, vt eis fruerer, *anima mea
me conturbavit*, & ab hortu nucum longius abripuit.

Hortol.

IV.

Cosmas Damianus Hortolanus arbitratur, loquen-
tem sponsam, ac dicentem, *descendi in hortū nucum*, &c.
adversisse commotas in Vrbe turbas, vt ipsam qua-
rentem, darentque inter necionem: illicoque eam hæc in-
tulisse, ac si dicat: Cum descendissem in hortū, &cet.
Ecce, nescio, quomodo præter expectationem meā
ingens in Vrbe concitatus est tumultus, & gravis in
me fuit coniuratio. Quare si per vos licet adstantes
puellas alloquitur ego cogito celeri fuga rebus meis
confilere: Vt celeritas ipsius fugæ, quam cogitabar,
per ea explicetur verba, *Anima mea conturbavit me pro-
pter quadrigas Amminadab*, eo modo, quæ explicant Le-
gionensis, & Genebrardus.

V.

Vel alio sensu Vehementer hæreo, nec quid agam,
fat scio, quod videam. Principes populi mei coniu-
ratos concensis quadrigis me ad necem quærere.

Soto Maior.

VI.

Ludovicus Soto Maior quinque alios affert sensus.
Primum in expolitione præcedentium verborum,
descendi in hortū nucum, &cet, vbi ait, sponsam per
hæc reddere rationem, ob quam descendit in hortū
nucū, nimirum, vt turbas, & negotia Vrbs, atq; qua-
drigarum strepitus fugeret, quibus eius perturbetur
animus. In commentarijs vero super hisce ipsis ver-
bis, *nesciui*, &c. arbitratur hæc ab eadē dicta, post quā
sponsum illiusue amicos audivit ipsam ab itinere re-
uocantes per verba, quæ subsequuntur: *Revertere, re-
uocantem Salamitū*, &c. sicut triplici ratione hæc inter-
pretatur. Primo, ac si illa diceret: Cum descendere,
&c. nesciens incidit in quadrigas Principum Ciuitatis,
scu Regis Salomonis sponsi mei, amicorumque eius,
quod omnes vno ore ad me conclamare cœperunt.

VII.

Revertere, &c. quo me sic reuocarent, ac si recta aber-
rarem via; ad quam vocem *anima mea conturbavit me*,
conturbata sum, atque à cœpto destitit itinere. Vel,
dum descendere in hortū nucum, &c. ecce de repē-
tē vox sponsi, amicorumque eius clamantium post
me, *Revertere*, &cet. reuocantium me à cœpto itine-
re. Ea vox me nescientem, immemoremque mei, re-
traxit ab eo itinere, quod animo destinaram, veloci-

VIII.

terque ad sponsum attraxit quasi quadrigis Principū.

IX.

Vel parum diuerso modo. Descendens nesciebam
voluntatem sponsi, qua ægre ferebat absentiam meam,
sed tamen nunc, quoniam ita illi placet, libentissime
ad illum reuertar: cupiditas namque illum videndi,
alas addet, & vice quadrigarum mihi erit.

Addit demum & quintum sensum absque relatio-
ne istorum ad sequentia: vt eadem sponsa in hunc
modum loqui videatur: Descendere cupiebam, &c.
sed tamē ire nesciui, & erravi de via, quæ recta ad hor-
tum ducit. Nunc vero animi cupiditas, quæ dux mihi
fuit ad visendum hortum, dux quoque fuit, & quasi
ciliar acutissimum reuertendi ad sponsum meum
quam citissime, & instar quadrigarum Amminadab.

Del Rio.
X.

Marinus Dei Rio sponsam in hunc sensum per hæc
dilectum suum alloqui censet in sui excusationem.
Vides quadrigas Amminadab, quibus me imposuisti,
vt rapido curiu ad te perueherer: Illæ ipsæ causa fue-
runt ignorantia, & cæcitas meæ: nam amorem in
me tuum non deprehendi, neque sensu, quia lux, & ce-
lertitas quadrigarum lusciosos oculi me aciem per-
strinxerunt, & vt sol solet intuentes, elucificarunt.

Denique inter expositores Hebræorum R. Salo-
mon, & R. Abraham Aben Ezra, alijque subintelli-
gunt infinitum verbi substantiæ, ac si dicatur: (Anima
mea posuit me esse) vt essem currus, & quadrigæ
Principis populi mei: vt sensus sit: Dum nesciebam,
vbi essem; aut, dum inaduerterter erravi à via recta,
(anima mea posuit me,) vt essem quadrigæ populi
Principis, id est, Gentium imperantium. A quo sensu
non longe abhorret & lectio Septuag. quæ habet:
Nesciui, anima mea posuit me currus Amminadab. Sicut
explicatur ab Ambrosio Serm. 2. in Psal. 118. in fin. &
lib. 3. de Virginibus, & Catena trium Patrum.

Hebræi.
XI.

Postentque ultimo sensu, parum tamē diuerso iuxta
versionem Septuag. sumendo nomen Amminadab in
recto, hæc ratione hæc accipi. Non nouit anima mea,
quo (scilicet sponsus meus) iuisses, vel quo iretur ad
hortum meum: vnde Amminadab, id est, populus
imperans, posuit me quadrigam suam, vel inter qua-
drigas suas.

Ambros.
Tres Patres.
XII.

Vers. XI. cap. VI. Nesciui: anima mea
conturbavit me propter quadrigas
Amminadab.

EXPOSITIO II.

De prima Sponsa, quæ est Ecclesia sancta.

REddit in his rationem, cur, quæ tanta sollicitudi-
ne in suis Prædicatoribus studiū arripuerat con-
uersionis Iudaici populi vt explicuit in versu superiori,
tam cito à suo illo destiterit studio, cœptoque re-
merit ab itinere prædicationis illius: quia nimirum
eo se contulerat ignorans, quod ibi Christum haud
repertura esset dilectum suum, sine cuius ope fat
morat, inanem futurum laborem suum omnem; nec eo-
rum memor extitit, quibus apud Ieremiam Deus in
eiusdem Christi personâ prædixerat: *a Reliqui domum
meam, dimisi hereditatem meam: dedi dilectam meam in manu
inimicorum eius*. Conturbatâ se vero ait propter Apo-
stolos, quos pristinis temporibus velocissimo cursu
currentes vidit quadrigas eiusdē Christi in lyti Prin-
cipis, fidelis populi sui; ob illorum scilicet: celeritatem
dimissa Synagoga, cōuersiq; ad Gætes, vniuersum ter-
rarum Orbem adeo celeri peragrarunt cursu, vt b In
omnem terram exierit sonus eorum. Et in fine orbis terræ ver-
ba eorum. Anima, inquit, mea conturbavit me propter quadri-
gas Amminadab: Cōturbata sum ob animæ meæ desi-
deriū, quo recolens celeritatem Apostolorum, instar
illorum & ipsa in hisce Prædicatoribus meis celeri
volatu eas percurrere. Regiones excepto, in quibus
dilectus ipse meus commorari elegit, & venerari.

4
Primus
sensus.
Cur à sedulo
studio con-
uersionis
Iudaicorum
destiterit
Ecclesia.

a Ier. II. 7.

b In Ps. 18. 5.

Vers. XI. cap. VI. Nesciui: anima mea conturbauit me propter quadrigas Amminadab.

EXPOSITIO III.

De secunda Sponsa, quæ est Anima Iusti.

5
Secundus
sensus.
a Prou. 28.
14.

Pauor pie
anime est,
ne quid in
eius consci-
entiam irreat
mali.

Qui in libro Prouerbiorum perpulehram eam protulit sententiam: *a Beatus homo, qui semper est pauius*; merito & nunc piam illam animam, quæ conscientiam habet absque peccati fordibus puram, pauidam nihilominus modo proponit, utpote cui lat exploratum sit, haudquaquã in eo se esse iustificatã, quod nihil sibi sit conscia. Proposuit illam in præcedenti versu referentem sedulum studium examinandæ conscientie suæ sub metaphora descensus in hortum nucum, in quo inspicere prætendebat fructus sanctarum operationum, flores sanctorum desideriorum, atque germina cogitationum charitate flagrantium, suũ ipsius eandem exponentem pauorem modo proponit, atque dicentem, *Nesciui: anima mea conturbauit me propter quadrigas Amminadab*: Quibus significat, potissimam rationem, quã ad dictum pulsa est studium, & ob quam in hortum conscientie suæ descendere decreuit, ipsum suum exitisse metum, cum nesciret, an quidquam damni eidem conscientie suæ orto, vel in fructibus bonorum operum, vel in floribus, vel in germinibus desideriorum, & cogitationum per mundi pompas, & per inanes, fluxas, celerimeque pertranseuntes res huius sæculi fuisset illatum. Id enim modicis hisce indicat verbis, *Anima mea conturbauit me propter quadrigas Amminadab*, quadrigarũ magnificarum, & pomposarum metaphora pompas vniuersas, omnesque res sæculi designans, vt tantumdem sit, ac si dicat.

Paraphra-
fis.
Munda
omnia sunt
quadrigæ
Amminadab.

Propter huius sæculi pompas, transitorias mundi opes, ac gloriam, & curiosa quæque, quæ celerrimo cursu instar magnificarum quadrigarum Amminadab per meam transire solent mentem, conturbata est in me anima mea, metuens damna, quæ per quadrigas illas fieri solent conscientie etiam purissimæ. Vel iuxta lectionẽ Hebr. & Septuag. *Anima mea posuit me curras Amminadab*, seu, *Principis populi*, Pauida anima mea metuens, ne quid puritati conscientie meæ per pompas, & res huius sæculi fiat detrimenti, posuit me inter illas, vt inter quadrigas velocissimo cursu pertranseuntes, quo attentius ab eorum cauerem damnis, celerrimum illorum considerans transitum.

Vers. XI. cap. VI. Nesciui: anima mea conturbauit me propter quadrigas Amminadab.

EXPOSITIO IV.

De tertia Sponsa, quæ est Beata Virgo Maria.

6
Secundus
sensus.
Mariæ solli-
citudine erga
Ecclesiam.

a Io. 12. 31.

Prosequitur in his Dei genitrix, quam in superiori versu enarrare fidelibus coeperat, ingentem sollicitudinẽ suam erga Ecclesiam, explicatque aliam rationem à superiori diuersam, propter quã è cœlis in illam vt in hortum, vineamque descendat: nimirum vt illam ab illis præseruet damnis, quæ ipsi imminet à Principibus mundi, à potestatibus aeris, ab hæreticis, atque à pompis, & rebus huius sæculi. Hæc enim omnia sub vna designat metaphora quadrigarũ Amminadab, quod interpretatur Populi Principis, seu Principis populi, aut Ducis populi, seu populi sponte imperantis. Quis enim Princeps populi, nisi ille, quẽ Dominus a huius mundi Principem appellat? Quis est populus sponte imperans, nisi Tyranni, qui volu-

Atatem suam subditis legem esse volunt? Quis est Dux populi, seu populus Dux, nisi Hæresiarcha quilibet, qui ducem se iactat in populo, libere prædicans, Me sequimini, sectam meam tenete? Quin & qualibet Hæreticorum schola populum ducem se celebrare non erubescit. Quis est populus Princeps, nisi qui illustres in sæculo nobiles, opulenti, terrenisque bonis insignes existunt? A quadrigis, quibus hi omnes Ecclesie aduersarij aduersus eandem Ecclesiam præliari solent, metuens illi Virgo Benedicta, *Descendam inquit, & descendam in Ecclesiam*, quæ hortus nucum merito nũcupatur: *Nesciui enim*, nec aliud mihi omnino exploratum est. An, quid damni in eam inferri, permissurus sit dilectus meus: bella cõtinua, quibus contra illum dimicat satanas, Tyranni, hæretici, mundusque ipse quadrigis pomparum, opum, honorum, illecebrarum, omniumque rerum sæculi, pauorem mihi incutiunt, & si turbationem pati possem, quæ imperturbabili fruor beatitudine, propter has quadrigas mea me cõturbaret anima. Tãta vero mea ista est sollicitudo, vt anima ipsa mea me posuerit, ponatque inter prædictas quadrigas: deliberato siquidem animo statui inter quadrigas dimicare & ipsa, quo illæ sum meum seruem hortum nucum, meam & vineã, quoue earumdem quadrigarum impetum & à fidelium operibus, & à sanctis Virginibus, & à Religiosis in primis arceam.

Paraphra-
fis.

Maria dimi-
cat pro Ec-
clesia.

Vers. XI. cap. VI. Nesciui: anima mea conturbauit me propter quadrigas Amminadab.

Appendix Expositionum, Ex antiquis Patribus collecta.

Paraphrasis Chaldaica. Cum autem reuelatũ fuerit coram Domino, quod essent iusti, & quod laborarent in lege, dixit Dominus in verbo suo: Nõ addam vltra humiliare eos, neque faciam cum eis consumptionem: sed consilium inibo in anima mea, vt benefaciam eis, & vt ponam eos excelsos in curribus Regum propter merita iustorum generationis illius, qui similes sunt in operibus suis Abrahæ patri suo. Quia inter lectiones Vulgatæ, ac Septuag. nõ exigua diuersitas est in præsentis sententia, adeoque & admodum diuersa est exponendi ratio eorum Patrũ, qui versionem Septuag. interpretati sunt, & eorum, qui nostram exposuere vulgatam; idcirco diuisim vtroque referam.

Et quidem qui Vulgatam exponunt, communiori sensu Synagoga hæc tribuunt dolenti simul, atque se excusanti, quod tam tarde ad fidem conuersa sit: Ac si ad Ecclesiam dicat: Non cognoui tantam gratiam, tantaque spiritualium virtutum dona à sponso tuo tibi collata, conturbata sum nimia animi sollicitudine propter tam subitam Euangelij prædicationem. Sciebam, legem, & Prophetas diuinitus datos; & ideo cum tam subito vidissem prædicari Euangelium, conturbata sum, propter subitam nimirum prædicationem, quæ veluti velocissimæ quadrigæ, totum peruolauit Orbem. Ita Cassiodorus, Gregor. Papa, Beda, Rupertus, & Anselmus, qui & in id consentiunt, vt recte Euangelij prædicatio quadrigæ dicta sit: quia quatuor Euangelistarum auctoritate consistebat. Quia vero eadem prædicatio à Christo veluti ab auriga directã est, quadrigæ dicatur Amminadab: quod, cum interpretetur populi mei spontaneus, Christum ipsum designet, qui spontaneus factus est homo, & portio populi. Addit Rupertus Abbas Christum eodem nomine nuncupatum: quia in se vno vtramque personam & sacerdotis magni, & Regis coniunxit iuxta similitudinem illius Amminadab, qui, cum esset de tribu Iuda, dedit filiam suam

Ob Euangelij
celerrimam
prædicationẽ
conturbata
est synagoga.

Cassiodor.
Greg. Pap.
Beda.
Rup. Abb.
Anselmus.
Euangelij
prædicatio
dicta qua-
drigæ Chri-
sti.
Rup. Abb.

a Exo. 6. 23. Synagoga anima cœtus Scribarum, & pharisæorum.

Aaron Pontifici magno, vt legimus in lib. Exodi. Ponderat autem idem Rupertus, cur à Synagoga dictum sit, Anima mea conturbauit me propter quadrigas Amminadab, potius quàm conturbauerunt me quadrigæ Amminadab: ait, illà ea locutione significare Scribarum, Pharisæorum, & Sacerdotum cœtum, qui erat, aut esse debebat anima sua, qui ita plebè suam viuificare, & regere debebat, sicut anima viuificat corpus, & omnia illius mēbra, ipsam conturbasse, atque effecisse, vt non posset comprehendere cursum quadrigarum Christi: Ac si dixerit: Talis anima mea in seditione excitauit me, & ita conturbauit: vt ad scientiam non possem introire, & intelligere quadrigas Amminadab, quod testimonium eis perhiberet lex, & Propheta.

Anselmus per synagogæ animam intelligit carnalem legis scientiam eius: Ac si dicat: Anima mea, id est, scientia mea, quam in lege habui secundum carnalem intellectum, conturbatam me reddidit à cognitione Dei propter quatuor Euangelia, quæ mihi videbantur destruere legem.

Christi sollicitudo quoad Euangelij predicationem.

Christo hæc tribuunt Iustus Orgelitanus, & Aponius, licet diuersimode: siquidem secundum Iustum, Nesciui, ait ille, scilicet peccatum, atque eos, quibus, vt habetur in Euangelio, b dicit, b Nescio vos: Anima mea sollicitum me reddidit propter quatuor Euangelia. Sollicitus admodum fui, vt Euangelia quadrigæ meæ velocissime vniuersum percurrant terrarum orbem.

Aponius. In passione ob quod conturbata sit anima Christi. c Mat. 26. 38. d Ps. 34. 15.

Aponius vero censet, hunc locum ei esse similem, quo in Euangelio ab eodem Christo dictum legimus: Tristis est anima mea usque ad mortem: Vt quod dicit, nesciui, idem sit, ac illud Psalm. d Congregata sunt super me flagella, & signoravi (pro quo scilicet crimine) congregata essent. Per quadrigas Amminadab intelligit Pilatum, milites, & eos, qui clamauerunt, Crucifige, crucifige eum: vt nomine Amminadab, quod interpretatur populus meus spontaneus, Iudæorum intelligatur populus ille, qui relicto Rege suo spontaneus factus est: Vel etiam immundorum spirituum cœtus, qui à Deo recedens spontaneus factus est; quandoquidem de tempore passionis suæ Iudæis dixit aliquando Dominus: Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum.

Luc. 22. 53. In ista anima curvus Christi. Ambros.

Versionem Sept. quæ ita legit, Nesciui anima mea, posuit me curvus Amminadab, Ambrosius varijs in locis pertractat, & admodum eleganter. Videtur autem velle piam animam his verbis significare, se à Christo, qui est verus Amminadab, id est, pater populi positam atque assumptam in proprium currum; vt quandoquidem ipsa se regere, atque compescere nescit, ab eo tanquam ab expertissimo regeretur auriga, atque per virtutis viam dirigeretur ad patriam caelestem.

Passionibus ex affectionibus velut equis effrenibus rapitur anima. f Sap. 9. 15.

Pluribus hæc ille in lib. de Isaac cap. 8. In lib. autem 3. de Virginibus eodem fere sensu ait: Christus verus Amminadab, id est populi Princeps, animam iusti veluti currum agit ascendens, verbi habentis gubernat, ne violentorum equorum furore in abrupta rapiatur. Sunt enim eius veluti quatuor equi quatuor affectiones, ira, cupiditas, voluptas, & timor: quibus furentibus cum cœperit agi, nequaquam seipsam cognoscit: f Corruptibile enim corpus animam grauat, & tanquam irrationabilium animalium cursum inuitam rapit voluentibus curis veluti quodam impetu proruentem, donec memorata corporis passionis Verbi virtute mirescant.

Hæc Verbi tanquam boni agitatoris est prouidentia; ne illi animæ, quæ in se non est morti obnoxia, corpus mortale coniunctum agitationem sui faciat esse difficilem.

Primo igitur hos veloces motus corporis domitet, & nexu rationis infrenet: dein caueat, ne dispari motu se veluti equi implicent, vt bonum aut improbus decolorer, aut tardus impediatur, aut turbidus inquiet: fremit enim equus malitiæ, seseque iactando, currum lædit, grauat iugalem.

Hunc bonus auriga demulcet, & in campum veri-

tatis mittit, fraudis declinat anfractus, tutus ad superiora cursum est, periculolus ad inferiora descensus. In libro autem de Naburthe cap. 15. Si anima cursum est, ait Ambrosius, vide, ne equus caro sit: agitator autem vigor mentis, qui regit carnem, & motus eius velut quosdam equos prudentiæ habentis coercent.

Curvus quæ sit anima.

Sed in ferm. 2. in Plal. 118. versic. 6. legens, Posuit te curvus Amminadab. Ecclesiæ pariter hæc adaptans, ait: Multos currus in se habet Ecclesia, quos omnes spiritualibus habentis Dominus regit, & vna anima multas cogitationes habet, quas Domini habena restringit, & reuocat. Amminadab autem interpretatione significatur pater benepalati, cuius filius legitur in Numeris Naafon princeps populi, quod interpretatur serpentinus, & agnoscis, quia sicut serpens Christus pependit in ligno. Ergo Ecclesia cursum est Dei, quæ regenda est gubernaculis Christi, ne diuersorum populorum motus eam diffusionesque perturbent.

Curvus Christi, Ecclesiæ, & anima.

Athanasius in synopsi legens, Posuit me curvus Amminadab, Synagogæ hæc tribuit dicenti: Vidi quod iungenda sum velut in curru gentium vocationi.

Athanas.

Theodoritus duobus modis hæc explicat. Primo enim id, quod dicitur, Posuit me, videtur fumere pro, imposuerunt mihi, id est, deceperunt me, vel affligerunt, & persecuti sunt me. Vnde ait, Ecclesiā, vel piam animam his verbis talia sibi velle: Ego omne studium, & curam adhibui, vt increduli ad fidem accederent: sed quidam eorum tanquam curvus Amminadab, id est, Principis sæculi istius, mala pro bonis restituentes, imposuerunt mihi. Altero modo in principio commentarij eorundem verborum, eidem Ecclesiæ in suis prædicatoribus, & eorum, qui alios erudiunt ad salutem, hæc tribuit, vt significetur, hosce, dum vacant hominibus instituendis, positos esse, & factos fuisse similes curribus Amminadab; vel iuxta versionem Symmachi, curribus populi præeuntis: vel secundum Aquilam, curribus populi imperantis.

Theodorit. Conqueruntur Prædicatoribus aduersus impedientes predicationem.

Quem sensum clarius explicant Tres Patres apud eundem Theodoritum, existimantes, hæc esse verba animæ ad discipulas, quibus hæc sibi velit: Descendi ad vos ab illa secretiori speculatione, qua sponsum meum in me ipsa contemplet, vt viderem ipsum in vobis, quem admodum dixi; sed non novit anima mea: nondum profecto illum in vobis perspexi, quæ adhuc perfectæ non estis in Christo. Hic autem idcirco posuit me curvus Amminadab, id est, cursum me suos constituit Christus, qui est verus Amminadab, id est, princeps populi, vt eum in me ipsa disciplinis ad vos, habita cuiusque vestrum ratione, perferrem.

Tres Patres.

Denique Philo Carpathius legens, Posuerunt me quadrigas, seu, curvus Amminadab, supponensque, Amminadab interpretari patris bonam voluntatem, seu probationem, aut populum meum spontaneum, hunc istorum verborum assert sensum. Ex beneplacito æternæ voluntatis Pater, & Filius, & Spiritus sanctus posuerunt me per Apostolorum prædicationem Ecclesiam, & vnamquamque fidelem animam in quadrigis quatuor Euangeliorum, velut à quatuor velocissimis, & fortissimis equis per vniuersum terrarum orbem vectis Spiritu sancto auriga, atque ductore, vt in quadrigam ipsam ascendens curru igneo ad cœlos tandem felicissimo vehatur. Notandum vero ait Philo, quod Ecclesia non solum in quadrigis posita esse dicitur, verum etiam currus, & quadrigas ipsas ea esse asserit positam, vt intelligeremus, illam esse veluti vehiculum, quo plures ad cœlestem patriam conuehantur, seruati illæsi à cœno, & saxis, quibus in terra deturpari, & offendi ijs contigisset.

Philo Carp. In Euangelij curru anima ad cœlum vehitur.

Verf.

Verf. XII. cap. VI. *Reuertere, reuertere Sulamitis, reuertere, reuertere, ut intueamur te.*

EXPOSITIO I.
Iuxta sonum litteræ.

I Ntequam ad connexionem, & explicationem sententiæ huius accedamus, operæ pretium esse mihi videtur, duas vt examinem voces, *Sulamitis*, & *intueamur*. Pro voce enim, *Sulamitis*, fere omnes Latini codices impressi (vno excepto, qui nuper in Vaticano excusus est) Latinique Patres à Cassiodoro habent *Sunamitis*: quam lectionem, & Ecclesia seruat in officio Sanctarum Virginum antiphona tertia primi nocturni, eandemq; in textu Hebraico legisse videtur Symmachus, cum verterit, ἢ ἐκλυτομένη, id est, spoliata, & captiuata. Quin Septuag. quoque eandem in Hebræo habuisse, censuerunt nonnulli, ideoque in Græca eorum versione legunt, ἢ σουλαμίτης. Sunamitis. Vnde quidam errandi fumentes occasionem, arbitrati perperam sunt, hic verba fieri de Abisag Sunamitide, quæ a 3. Reg. dicitur assumpta ad calefaciendum Regem David senio confectum, colliguntque hinc, eandem postmodum Salomoni desponsatam. Verum ex originali Hebræo manifeste apparet legendum potius *Sulamitis*, quomodo & Aquila ante nostrum Interpretem legisse, haud dabiū est, cum verterit, ἢ ἠερνίσσα, pacifica, & pacem colens. Quin & Septuag. multo antiquiores ita potius legisse, colligitur ex antiquissimis Patribus, qui eorū sequebantur versionem. Vnde Ambros. lib. de obitu Valentiniāni, & lib. 3. epistoliarum epistol. 12. ad Irenæum, Catena Trium Patrum, atque Theodoritus legunt, *Pacificæ*: & in biblijs Complutensī, Aldina, atque Regia in Græco habetur, ἢ σουλαμίτης, *Sulamitis*: Tametsi in codice illo, qui ex Vaticano nuper prodijt, ἢ σουλαμίτης, *Sunamitis* legatur.

Supposito igitur, legendum in nostra Vulgata *Sulamitis*: Id insuper animaduertendum, istud ipsum nomen *Sulamitis* diuersimode sumi posse: Nam quidam illud accipiunt patronymice ab Vrbe Salem, quæ postea dicta fuit Ierusalem, vt idem sit ac Ierosolymitana: ita inter alios Legionensis.

Alij idem sumpsere, vt nomen proprium sponsæ, vel certe cognomen deductum à Salomone, quasi Salomonīa, id est Salomonis vxor: ita Genebrardus, & probabilior aliorum sententia: Quamquam non defuerint, qui illud appellatiue sumpsere, ac si dicatur: O puella *pacificæ*, prout sensere ex Patribus Ambrosius & Theodoritus supra citati, & ex Hebræis R. Salomon, antiquiorue omnium istorum Aquila. Sed quomodocumque nomen istud sumatur, parum interest: in hoc enim omnes conueniant, quod pacificam significet, sicut & nomen Salomon significat pacificum.

Illud certe haud prætereundum, tam in Hebræo, quam in Græco huic vocabulo, *Sulamitis*, seu, *pacificæ* præfixum haberi articulum: quod, vt alias notauius, magnam ei vim affert; cum tantum dem sit, ac si dicatur: Quæ ipsa pacifica es, per antonomasiam: & lingua Italica, La pacifica, la Sullamithide.

Circa id quoque, quod vltimo dicitur, *Ut intueamur te*, id animaduertendum, quod tam in Hebræo, quam in versione Septuag. dicitur, *Et intuebimur in te*, quæ lectio multo maiorem habet energiam: nam per id significat, se haud simpliciter intueri illam velle, vt pulchram quamlibet aliam puellam, seu vt præstantissimum pulchritudinis spectaculū: quem sensum confirmat scholion Græcum, quod vt habetur in annotationibus codicis Vaticani versionis Sept. vnicō verbo ita hæc expressit, ἐρασιματιοδωριζομεθα, intuebimur vt spectaculum.

His animaduersis iam facile est eorum, quæ hic dicuntur, & connexionem cum præcedentibus assigna-

re, & sensum, iuxta duplicem sensum illum, qui allatus à nobis fuit in præcedentium expositione.

Nam si præcedentia iuxta primum sumantur sensum, secundum quem sponsa ibi expressit rationem reditus, quo tunc ex horto nucum remeabat, & ingens item celeritatis desiderium, quo reditum illum perficere optabat: modo dicendum, eas puellas, quas in principio huius actus quinti ei obuiâ factas videmus, quæ & hucusque allocuta fuerat, nimio anhelitu festinantem detinere, hucsumque reprimere conatas, verbis primum id in hoc versu tentasse, tum comitatu ipso suo id effecisse.

Porro per id, quod quatuor vicibus, eodemq; verbo eam reuocant, ipsam illius indicant celeritatem festinationem: neque enim id eis fuit in consilio, vt tanto studio eam à cæpto reuocarent reditu, in quo sese potius illi comites exhibere volebant.

Præclaro autem verborum artificio eam nituntur reprimere, dum illi significant, id vnum ab ipsa exposcere, quod puellis, feminisue quibusque maxime solet esse in optatis, vt videantur, & pulchritudine celebrentur.

Idcirco bene pro *Reuertere*, tam in Hebræo habetur verbum רָוַן sciubi, quam in versione Septuagint. ἠμπερῆς, quæ proprie corporis, & faciei conuersionem significant; sic & in nostra Vulgata verbum, *reuertere reuertere*, proprie sumendum est pro, *conuertere*: vt quod hic dicitur, tantumdem sit, ac si à puellis illis diceretur.

Quæ vere illa es pacifica, illaue præcipua Salomonis sponsa, ne tam, celeri properes cursu: siste aliquantum gradum, *reuertere* parumper ad nos, *conuerte* faciem tuam, *conuerte* temet, vt nostros in te conicientes oculos insigne illud pulchritudinis, & speciei tuæ intueamur spectaculum.

At vero si in superiori sententia iuxta secundum illius sensum sponsa in itinere existens horti nucum, rationem attulit, cur eo se conferret, curam, ac sollicitudinem eius horti, ingentemque metum, ne quid in fructibus, floribus, germinibusue voluptuosi loci illius sui factum esset damni per quadrigas Amīna dabit? Nunc existimandum est, easdem puellas quatuor in his eniti. Primum ab eius animo omnem illū auferre metum, quo adeo conturbatam eam perceperant: Secundum, nimiam quoque sollicitudinem illam horti, in quo tunc haud repertura esset dilectum suum, ex eiusdem tollere præcordijs.

Tertium, ipsam ab illo auertere itinere, reditum ei potius persuadentes, quo dilectum ipsum suum conueniret: Et quartum per faciei conuersionem spectaculū ab illa extorquere eximiam eius pulchritudinis, qua instar miraculi, & prodigij insignita esset. Vnde congruentissime propter hæc quater vnum idemque repetunt verbum, *reuertere* seu iuxta Originalia Hebr. & Septuagint. *Conuertere*, licet haud semper illud vno vsurpent significatu: Æque est enim, ac si descendentes in hortum sponsam his alloquantur verbis.

Nil est, quod metuas; Salomonis Regis es sponsa, *reuertere*: quis horto, villisque regijs damnum audeat inferre? Quid tu tanta huius horti tui premeris sollicitudine, quæ ob summam, qua intrinsecus prædita esse soles, pacem, per antonomasiam pacifica merito nominaris? *Reuertere* iam absque sollicitudine vera *Sulamitis*: *Sulamitis* certe diceris; quia Salomonis coniux, *reuertere* ergo ad Urbem, vbi cum ipso sis coniuge illo tuo dilectissimo: *conuertere*, quæsumus, aliquantulum: *conuertere* ad nos faciem illam tuam, *conuertere* te ipsam totam, vt tanto fruamur spectaculo singularis pulchritudinis tuæ.

Sunt, qui nedum negant, has voces esse reuocantium sponsam ab itinere, quod coeparat: sed affirmant, esse potius lætantium, gratulantium, acclamantium ac bene precantium eidem iam de horto nucis reuertenti: quod ita explicat Soto Maior, vt videatur esse in verbis figura, quam Rhetores vocant energiam, qualis est illa apud Poëtam.

I De voce Sulamitis.

3. Reg. 1.

Ambros. Tres Patres Theod.

Legionensis.

Genebrard.

Primus sensus.

Paraphrasis.

Secundus sensus.

Paraphrasis.

Tertius sensus.

Soto Maior.

Italiam, Italiam primus conclamat Achates,
Italiam socij lato clamore saluant.

Del Rio.

Martinus vero Del Rio sumptam inquit locutionem ex communi more, quo solemus, quando pueros videmus accurrentes expanso sinu, dicere: Eia accurrite; venite celeriter, &c. Ac si puellae gratulantes reditum ipsum, sic sponsam alloquantur: Bene est, sufficit, bonum factum, quod redisti. Mihi duo priores sensus magis arrident, vtpote praecedentibus magis consoni, & subsequenter.

Verf. XII. cap. VI. *Reuertere, reuertere Sulamitis, reuertere, reuertere, vt intueamur te.*

EXPOSITIO II.

De prima Sponsa, quae est Ecclesia Sancta.

2
Primus sensus. Concionatores sanctos a se auferri nolent qui progredi optant.

Voces sunt fidelium eorum, qui nuper ad fidem conuersi sunt orthodoxam: intelligentes quippe, Ecclesiae studium e conuersione Iudaici populi conuersum ad exteris, longinquasque Gentium nationes, & animaduertentes illam propterea sanctiores, ac doctiores, quos in se habet concionatores, perfectioresque ministros, & membra sua insigniora celeritudo ad remotiores Prouincias directuram: haud a studio quidem isto tam sancto, tamue praclaro eam auertere audent, ad quod ipsi potius & suas postmodum conferent partes: Nimiam tamen eiusdem studij, reditusue e conuersione Iudaici populi, quem in medio sui habent, comprimere nituntur festinationem, energia maxima ab illa efflagitantes, vt quos alio missura est viros sanctitate, & doctrina insignes, vel per aliquod temporis spatium ad ipsos conuertat; quod, nedum per illos erudiantur verbo, sed & spectatores facti perfectissima eorum vita, praestantissimam pariter eiusdem Ecclesiae, omnimodaque intueantur, & arguant in reliquis membris sanctitatis, & rectitudinis pulchritudinem, in quam vniam, vt in singulare spectaculum, iucundissime suos coniungunt oculos, vtpote Sulamitidis, & eius, quae sola pacifica est, pulchritudinem.

Verf. XII. cap. VI. *Reuertere, reuertere Sulamitis, reuertere, reuertere, vt intueamur te.*

EXPOSITIO III.

De secunda Sponsa, quae est Anima Iusti.

3
Secundus sensus. Scrupuli auertunt ab vnione Dei.

Quia cum nimis sedulo examinandae conscientiae studio nimis quoque metus offensarum Dei, nimiaque iuncta esse solet sollicitudo, & anxietas circa bona, quae fiunt opera, circa meditationes, desideria bona, sanctasque cogitationes, prout in superiori versu significatum vidimus a pia anima, vnde confurgunt qui vulgo appellantur scrupuli animae vnionem cum Deo, verumque perfectionis incrementum impediens: Merito nunc sancti quique eandem animam Deo sponstatam ab his auertentes scrupulis, in hunc modum affari videntur.

Paraphrasis. A scrupulis auertitur pia anima.

Tu Sulamitidis, & pacificae nome sortita es, vt quid tanto offendendi Dei timore concuteris, tantaue fructuum operum tuorum, florumque desideriorum, & germinum sanctarum cogitationum sollicitudine, nimiaque ista tua anxietate, descendens in hortum conscientiae tuae, turbaris? Reuertere, a metu te auertens, reuertere, auertens te ab anxietate tam grandi: Tu illa es Sulamitis Christi veri Salomonis sponsa, re-

A uertere ad studium vnionis cum illo: conuertere tuae sanctae conuersationis faciem, vt a tantis scrupulis auersam, oculos in te conijcere possimus, praestantissimumque perfectionis, & sanctitatis spectaculum intueamur.

Verf. XII. cap. VI. *Reuertere, reuertere Sulamitis, reuertere, reuertere, vt intueamur te.*

EXPOSITIO IV.

De tertia Sponsa, quae est B. Maria.

Congruunt haec peroptime iuxta tertium sensum caelestibus spiritibus caelesti Virgini in caelum tendenti congratulantibus, felicemue illi acclamantibus reditum: Reditum autem appellant eius assumptionem in caelos, vt audientibus nobis indicarent, tantam esse illius sanctitatis pulchritudinem, vt e caelis potius descendisse, quam e terra orta videretur.

4
Tertius sensus. Maria, dum in caelos assumitur congratulantur Angeli.

Magis tamen ad rem nostram dicemus, si haec ipsa fidelibus eius deuotis tribuamus, qui in hunc modum illam descendentem in Ecclesiam deprecentur ingenti cum animi feruore.

Conuertere, conuertere vere Sulamitis, vere in tuam & in te vnum spectaculum, signumque illud magnu, quod apparuit in caelo oculos nostros conijciemus.

Paraphrasis.

Verf. XII. cap. VI. *Reuertere, reuertere Sulamitis, reuertere, reuertere, vt intueamur te.*

Appendix Expositionum, Ex antiquis Patribus collecta.

Paraphrasis Chaldaica. Reuertere ad me coetus Israel, reuertere ad Ierusalem, reuertere ad domum doctrinae legis meae, reuertere ad suscipiendam prophetiam a Prophetis, qui prophetant in nomine Verbi Domini.

5

Communiori sensu Cassiod. Greg. Papae, Bedae, Philonis Carpathij, atque Anselmi, haec sunt voces Ecclesiae ad fidem inuitantis synagogam dictam Sunamitidem, quod interpretatur captiua, atque despecta: quater dicere reuertere: quia a quatuor mundi partibus, in quibus Hebraei dispersi sunt, illam reuocat. Quod autem ait, vt intueamur te: ita explicat Gregor. Papa, vt in poenitentia sua omnibus Synagoga ostendat, quantum malum fecerit, quando Deum suum cruci affixit: Cassiod. & Beda, vt pulchritudinem castitatis tuae accipiamus: Anselm. vt in te vitam nostram inspiciamus, vel, vt te pro nimia bonitate miremur. Aponius, qui haec ad eandem Synagogam dicta censet a Christo, quadrisona voce per quatuor Euangelia illam vocante ad poenitentiam, Vt per confessionem, ait, Trinitatis, & lauacri mundationem, fructum dignae poenitentiae, imago nostra videatur in te.

Cassiodor. Greg. Papa. Beda. Philo. Aponius. Anselmus.

Christo pariter ad eandem Synagogam haec tribuit Rupert. Abbas, per Sunamitidem intelligens fidem, quam in ipsa reuocat Synagoga: Ac si dicatur, Tu o Sunamitis, id est captiua vel despecta, tu o fides propter carnales caeremonias pene obliuioni tradita apud Synagogam, reuertere secundum quadrigas Evangelicae praedicationis, reuertere, vt intueamur te. i. vnde iustificatus est Abraham, inde iustificari queant omnes, qui volunt esse, & veraciter dici filij Abraham, non ex lege, sed ex fide, & nos te intuentes, gaudebimus super te.

Rupert. Abba.

Ad Ecclesiam haec dicta asserit Iustus Orgelitanus, quam Sunamitidem appellatam censet: quia duabus ea similis

Iust. Org.

ea similis sit sanamitilibus foeminis, quarum altera calefactus est David, alterius filium suscitavit Elisæus. Frequenter vero illi dictum *reuertere*, vt etiam si conuerterit deliquerit, in desperationem non decidat, sed a peccati consuetudine spei indulgentia respiscat.

Ad animam à Christo hæc dicta sunt Ambros. Bernard. & Hugo de S. Victore. sed diuersimode: nam Ambros. in lib. de Isaac cap. 8. ait: Bene, & quasi agitator ad curram dicit: *Conuertere Sulamitis*, hoc est pacifica: quæ enim pacifica est anima, cito se conuertit, & se corrigit, etiam si ante peccauit, & magis eam Christus ascendit, & regere dignatur, cui dicitur, *a Ascende in equos tuos, & equitatus tuos sanitas.*

Bernardus autem ferm. 3. in Annuntiat. Domini, Propterea, inquit, forte quater reuocat animam, quam respicit, quò nec in peccandi consuetudine, nec in conscientia peccatorum, sed nec in tepore, & torpore ingratiudinis, aut in elationis exaltate persistat.

Et in ferm. 3. ex paruis: Quater, ait, Dominum dicere, *reuertere*, propter quadruplicem superbiam, per quam ab ipso auersamur, superbiam cordis, oris, operis, & habitus.

Idemque Bernardus eorum ferm. 58. item ex paruis, super his verbis consumens, dicit: Reuertere primo ab inepta lætitia, secundo ab inutili tristitia tertio ab inani gloria, quarto à latenti superbia. Inanis gloria est, quæ ab ore venit extrinsecus: superbia latens oritur intrinsecus.

Cum hæc omnia vitia reliquerit anima, intuebitur eam sponsus eius: ob hoc autem debet ab illis abstinere, vt digna fiat eius complexibus.

Hugo de S. Victore eruditio. Theolog. ex Miscellan. 2. lib. 2. titul. 24. Quater, inquit, Dominum eidem dicere, *reuertere*, ac si dicat: Reuertere à meis, quia mirabilia sunt: à tuis, quia praua sunt; à te, quia omnis caro fœnum: ad me, quia summum bonum ego sum. Non potes me videre, nisi prius intueamur te. Nescio quid maculæ habes in facie: turpis es, alienas imagines portas: Munda ergo eam, vt intueamur te.

Ad eandem animam, sed à ministris sponsi, dicta hæc putat Theodoritus: ad animam inquam, illam, quæ cum prædicationi indulget, tentationes, ac persecutiones sustineat Sulamitem, ac pacificam nuncupatam, vt sensus sit: Non timeas eos, qui te persequuntur, sed pietatis prædicationem profer.

Currus ne formides, bellum ne metuas, quæ pacifica & tranquilla nominaris: si enim in disciplinæ prædicatione persistiteris, regnum tuum intuebitur. Vt hæc similia sint ijs, quæ ad Paulum b tentationibus afflictum à Domino dicta legimus: *Sufficit tibi gratia mea, &c.*

E contra apud Tres Patres discipulæ potius tentationibus, & perturbationibus concussa ista ad eam habent animam, quæ quietæ indulget contemplationi: ac si dicant: A contemplationis sublimitate ad moralem quatuor generalium virtutum doctrinam descende, atque ex quadruplici earum ratione nos, quæ perturbationibus adhuc commouemur, rege at-

A que institue, ô Sulamitis, ô quæ ab omnibus perturbationibus libera, pacis nomen habes: & ea spectabimus in te, quæ propter nostram imperfectionem adhuc in nobis non vidimus.

Philo quoque Carpathius à sponsi socijs ad piã animam dicta existimat, & noua lectione legit: *Conuertere, conuertere Odollamitis, &c.* ponderanque quadruplicem vocationem, & vim nominis Odollamitis, quod interpretatur, Testimonium in aqua, ait illã vocari ad Ecclesiam, quæ testimonium dicit in aqua ad lauacrum regenerationis, in quo consistetur, testaturque mysterium sanctissimæ Trinitatis, ac propter huiusmet Trinitatis confessionem ter eandem animam vocari, inquit; addiq; & quartam vocationem; vt nimirum illa vltra eam confessionem sanctis actionibus, & exemplis digne conuerteretur: Ac si dicatur: Conuertere à prauitate ad innocentiam, ab omni genere malorum ad virtutes omnes; & tunc aspiciemus in te Iesum Christum dicentem: *c Inhabitabo in vobis, & inambulabo.*

B Ab eiusdem sponsæ socijs ad piã animam, quæ ex hac vita ad calom euocata sit, dicta hæc sunt Ambrosius oratione de obitu Valentiniãni, vt dicentes: *Conuertere Sulamitis, conuertere, conuertere, & videbimus te: in hunc modum illam alloqui videantur.*

C Conuertere ad nos pacifica, vt gloriam tuam fororibus monstres, & incipiant, se tuæ quietis, & gratiæ securitate solari: semel tantum ad nos conuertere, vt te videamus, & rursus conuertere, atque ad Ierusalem illam Ciuitatem Sanctorum tota intentione festina. Quamquam postmodum idem Ambrosius eodem loco ipsi animæ à Christo hæc dicta accipiat: vt is animam iubeat paulisper conuertere, vt nobis gloria eius appareat, & requies futura cum Sanctis; & postea præcipiat illam ad supernum Sanctorum festinare consortium.

D Demum Hugo de S. Victore eruditionis Theologica ex Miscellaneorum 2. lib. 3. ad B. Virgrem hæc dicta accipit, vt quater à fidelibus illi dicatur, *Reuertere*, inuitantibus eam ex quadruplici capite ad sibi opè ferendam: Ac si dicant: Reuertere per naturam. Numquid quia ita sublimata es, ideo nostræ mortalitatis es oblita? et si à miserijs nostris te subtrahit gloria, reuocat tamen natura. Reuertere secundo per potentiam: quanto in cælis es potentior, tanto misericordior esse debes. Quomodo illa potestas tuæ potentia poterit obistere, quæ de carne tua carnis suæ suscepit originem? Accedis ad illud reconciliationis altare non solum rogans, sed & imperans. Reuertere tertio per amorem: amore etenim nos amas inuincibili. Reuertere quarto per singularem.

E In manibus tuis sunt thesauri misericordiæ Dei. Absit, vt cesset manus tua: neque enim tua gloria minuitur, sed augetur, cum pœnitentes ad veniam, iustificati assumuntur ad gloriam. Reuertere ergo Sulamitis, id est, despecta, quæ fabri vxor es appellata, cuius animam pertransiit gladius, vt intueamur te. Summa gloria est, te post Deum videre.

Philo Carp. Ad Ecclesiam vocatur quæque anima fidelis.

c 2. Cor. 6. 16.

Ambros.

Hugo Vif. Mariam quam seruent, & quomodo deuoti inuocet.

6 Ambros. Pacificus facile corrigitur.

a Habac. 3. 8 iuxta sept. Bernard.

Hugo Vif.

7 Theodor.

b2. Cor. 12. 17.

Tres Patres. Contemplatio non nunquam relinquenda vt proximus instituitur.

CAPVT SEPTIMVM.

1



Vid videbis in Sulamite, nisi choros castrorum?

Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia Principis! Iuncturae femorum tuorum sunt monilia, quae fabricata sunt manu artificis.

2

Vmbilicus tuus crater tornatilis, nunquam indigens poculis. Venter tuus sicut aceruus tritici, vallatus lilijs.

3

Duo ubera tua sicut duo hinnuli gemellae caprea.

4

Collum tuum sicut turris eburnea. Oculi tui sicut piscinae in Hesebon, quae sunt in porta filiae multitudinis. Nasus tuus sicut turris Libani, quae respicit contra Damascum.

5

Caput tuum ut Carmelus: Et coma capitis tui sicut purpura Regis vineta canalibus.

6

Quam pulchra es, Et quam decora charissima in delicijs!

7

Statura tua assimilata est palma, Et ubera tua botris.

8

Dixi: Ascendam in palmam, Et apprehendam fructus eius: Et erunt ubera tua sicut botri vineae: Et odor oris tui sicut malorum.

9

Guttur tuum sicut vinum optimum, dignum dilecto meo ad potandum, labijsque Et dentibus illius ad ruminandum.

10

Ego dilecto meo, Et ad me conuersio eius.

11

Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis.

12

Mane surgamus ad vineas, videamus, si floruit vinea, si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala punica: ibi dabo tibi ubera mea.

13

Mandragora dederunt odorem. In portis nostris omnia poma: noua, Et vetera, dilecte mi, seruavi tibi.

CAPITIS

CAPITIS SEPTIMI

VERSICVLVS PRIMVS.

Quid videbis in Sulamite nisi choros castrorum?

EXPOSITIO I.

Iuxta sonum litteræ.



NHebraico textu verba ista cum ijs uno iuncta sunt versu, quæ immediate præcesserunt, à quibus & septimum caput exordium sumit: Tamen est vestigio aliqui fiat ex nostris, qui Hebraeorum opinioni nitentes, nedum superiora, sed & ista ad finem rejiciant capit. 6. Sed hæc parum referunt, cum constet quoad rem, hæc ita ad superiora spectare, vt & cum sequentibus optime connectantur. Illud apud Expositores maioris est difficultatis, cuius iam ipsa assignanda sint, existimantibus pluribus ex Sanctis Patribus, sponso ea tribuenda: Sodalium sponsi eadem esse arbitrantur nonnulli: Alij vero sociarum sponsæ. Sunt, qui partem, *Quid videbis in Sulamite*, tribuant sponsæ: secundam vero partem illis eius sociabus, quæ iam dixerant: *Reuertere, vt intueamur te*. Ac si præmissæ interrogationi: *Quid videbis in Sulamite* ita respondeant. *Quid nisi choros castrorum?* scilicet videbimus: Mihi congruentius tota hæc sententia ipsimet tribuenda videtur sponsæ, satisfaciendi breuiter, & respondendi duobus, quæ à sociabus dicta sibi fuerant in præcedentibus verbis, vt in explicatione germani sensus exponam: antequam enim sensum ipsum edisseram, nonnulla sunt animaduertenda. Primum, apparere manifeste tam ex lectione Hebraica, quam ex versione Sept. id, quod in nostra Vulgata legimus, *Quid videbis*, singulari numero sumendum vt positum pro plurali: *Quid videbitis*: prout sæpe moris est sacrarum litterarum. In secunda quoque parte animaduertendum, pro eo, quod in Vulgata legimus: *Nisi choros castrorum*: in lectione Hebraica haberi dictionem חַיְלֵי חַיִּים chimholath, quæ in accusatiuo verti potest, sicut, seu, *quasi chororum*, necnon & in recto, *quasi choros*. Vnde cum altera vox חַיִּים hammahaim *castrorum*, dualis sit numeri, sensum huius sententia censuerunt aliqui: *Quid videbitis in me Sulamite, o vos, qui ita dispositi estis, seu quæ ita dispositæ estis, tanquam duo chori castrorum, vt me intueamini?* Cui tamen sensui repugnant nedum Vulgata, sed & versio Sept. habens: *Quæ venit, seu vadit sicut chori castrorum*. Ex qua versione Sept. crediderim motos alios, vt hinc ipsi tales assignarent sensum. *Quid videbitis*: quid est, quod videre possitis: quid est, quod videatis in me Sulamite, quæ ob multiplicem comitatum tanquam *chori castrorum* incedo? Quibus ipse non assentio, cum censeam, in prædictis verbis aliquid assignari, quod spectandum sit. Sed & circa hoc aliquid pariter animaduertendum est, haud plane constare, quidnam istud sit, quod à sponsa assignatur in ipsa spectandum per allatam similitudinem istam ad choros castrorum. Aliqui enim eam asserunt maiestatem, ob quam in superioribus dicta fuit *Terribilis, vt castrorum acies ordinata*: Vnde Genebrardus ita hæc paraphrasticè reddit: Nihil in me spectabitis, nisi triste, durum, feuerum, graue, terrificum, vt in castrorum choris: nihil nisi castrensem formam, habitum, vitam, faciem tumultuariam, turbulentam, tetricam, & terrificam, vt hæc non tam in laudem dicta sint, quam in humilitatem. In laudem vero simili sensu sic dicta hæc explicat Martinus del Rio: Nihil videbitis, nisi terrificam quandam, & admirabilem maiestatem, qualis in castris conspicitur ad pugnam expeditis: nihil in motu cernitis languidum, molle, vel inconcinnum: cuncta expedita, robusta, & animi, viriumque plena agmina in prociectu. Comitatum ipsum suum pro insigni, quod in se spectandum sit, assignari existimauit Soto Maior.

A Quid in me intueri aliud licet, nisi multitudinem quandam innumerabilem virorum, ac mulierum, qui in modum castrorum vndique acclamantes, circumdant me, ducentes choros, seu choreas exercentes? Denique læticiam, & exultationem ipsam suam assignatam in his à sponsa spectandam, opinati sunt aliqui: Vnde idem Soto Maior: Quid in me intueri vobis licet, præter speciem quamdam chori, seu choreæ, id est, saltationis castrensis, seu militaris, & bellici apparatus?
B His animaduersis, germanum iam eorum, quæ hic dicuntur, eruamus sensum. Puto autem sensum duplicem & hæc habere posse, sicut & superiora duplici pariter sensu vidimus explicata.
 Vel enim in præcedentibus, *Reuertere, &c.* obuia puellæ iuxta primum sensum nimiam sponsæ festinationem ad sponsum redeuntis compescere conantur, & tunc ad id, quod illæ dixerant, *Reuertere, reuertere, &c. vt intueamur te*: tamquam duobus dictis vnica hæc respondet sententia, factò festinum suum profequens iter, aptissimisque verbis duo simul efficiens: Tacite enim illas vicissim ad reditum illum simul peragendum inuitat & id, quod intueri in ipsa deberent, peregre proponit; spectaculum sane simul iucundissimum, ac nobilissimum, dicens: *Quid videbitis*, seu efficacius vt legit Aquila, *et quæ in vobis videri, quid quasi spectaculum intueamini in Sulamite, nisi choros castrorum?* Æque est enim ac si dicat.
 Quid in me intueri existimatis, quam detinere nitimini festinantem ad Salomonem dilectum meum? Nonne Sulamitem, & eiusdem Salomonis coniugem me nuncupatis? nullum profecto aliud in Sulamite intueri licebit spectaculum, nisi me vobiscum eo cum gaudio, eaque cum exultatione obuiam dilecto meo procedentem, quo castrorum *chori post victoriam* suo obuiam procedunt Imperatori: Similem namque exultationem vna cum grauitate, & maiestate in me videbitis, quæ si à vobis comitata fuero, & tanquam *choros castrorum* ero, E lectione Hebr. & quasi castrorum *chori* vadam, E lectione Sept.
C Quod si in præcedentibus, iuxta secundum sensum, puellæ, quæ obuiam factæ fuerant eidem sponsæ descendenti in hortum nucum, & nimis sollicitæ, ac pauidæ pro germinibus, floribus, atque fructibus eiusdem horti, metum omnem, omnemque sollicitudinem ex eius corde auferre nitentes, ab eo eam reuocarunt itinere, illi persuadentes, vt eo potius reuenteretur, vbi dilectum suum repertura esset, in Vrbe, in quam & ipsa tunc tenderet: Dicendum eandem sponfam audito nomine illo Sulamitis, quo simul & Salomonis dilecti sui nomen concepit, ita commotam, vt illico reditum cœperit cum eisdem puellis: Atque vt nedum factò ipso se illis ostenderet obsequentem; sed & verbis pariter interna animi sui in reditu ipso gaudia eiusdem nota faceret, hæc ad illas habuit: Quinimo exigua hac oratione: *Quid videbitis in Sulamite nisi choros castrorum?* quatuor ijs satis facit, quæ quadruplicato verbo, *reuertere*, illæ efflagitarant ab ipsa; exclusionem nimirum pauoris, sollicitudinisque nimie, reditum ad vnionem cum sponso, atque exhibitionem insignis spectaculi pulchritudinis suæ. Æque enim est, ac si dicat.
D Id mihi sua detis, vt quæ Sulamitis sum, & pacifica ad Salomonem reuertar dilectum meum absque timoris, & sollicitudinis perturbatione, quo me vere pacificam cum gaudio redeuntem tanquam pulchritudinis spectaculum intueri possitis. Ea, vestra obsecundans suasioni Sulamitem re ipsa me exhibeo atque vt Salo-

Hortolan.
Soto Maior.

Soto Maior.

Primus sensus.

2
Legionensis.
R. Abrahâ.

Paraphras.
sensus.

4
Genebrat.

Secundus sensus.

5

Paraphras.
sensus.

6
Soto Maior.

vt Salomonis sponsa vobiscum reuertor ad Urbem, in qua me illum reperturam promittitis. At dum vobiscum reuertor, *quid amabo in me videbitis*, quam pacificam appellatis? Certe haud aliud intuebimini, quā id, quod vos ipsae mini suadetis, vt absque pauore, inopiaque rerum mea: um sollicitudine lata procedam. Haud aliud videbitis quam *choros castrorum*, quam gaudium, & exultationem? Licet enim horto meo aliquid metuam, ac pro illo sim, vt decet, sollicita; lata tamen intrinsecus sum, & vere Sulamitis, atque pacifica, atque adeo cernetis me vobiscum euntem quasi *chori castrorum*. Sicut enim castra semper castra sunt, & vt militaria non sine aliquo metu, aliquaue sollicitudine: chorosque nihilominus pacis tempore agunt summo cum gaudio: Ita & ipsa pariter pacifica existens, vna cum metu, sollicitudineque praedicta lata progredior, exultans, & gaudens. Confirmari potest hic sensus ex significatione vocis Hebraicae, quam noster cum Sept. vertit nomine *chori*. Ea enim nedum chorum significat, id est, plurium canentium, aut saltantium conuentum, sed & gaudium, ac exultationem. Vnde in Plal. 29. per gaudij vocabulum illam redditam reperimus, vbi legitur: *a Conuertisti planctum meum in gaudium mibi.*

Simile.

a Psa. 29. 1.

Symmach.

Circa lectionum varietatem, praeter ea, quae ex dictis colligi possunt, duo animaduertenda sunt, quoad versiones Hebraicae vocis, quam tam Sept. quam noster Interpres, alijque iuxta proprium significatum, chori vocabulo reddidere. Symmachus, dum alio pacto, diuersissimoque significato eam vertit in *vulnerationibus*: ita enim hunc reddidit locum: *Quid intuebimini spoliata in vulnerationibus castrorum?* aliam in Hebraeo, textu habuisse lectionem, nempe *במחולות* bimholoth, a verbo *חלה* alal, quod significat vulnerare. Quod vero in Compluten. Bibl. iuxta versionem Sept. legitur: *Quae vadit sicut herba castrorum*: mendum esse, vt pro voce, *χόρος*, qua vere vsi sunt Sept. mendose excusum sit, *χόρος* herba.

Verf. I. cap. VII. Quid videbis in Sulamite nisi choros castrorum?

EXPOSITIO II.

De prima Sponsa, quae est Ecclesia Sancta.

8 Primus sensus. Gratias Deo agere, eiusdemque beneficia meditari ac celebrare, debet esse principium studium, deitium.

a Thess. 5. 17

b Col. 3. 16.

Fidelibus, qui spectatores fieri optabant Ecclesiasticae pulchritudinis in Sanctorum Praedicatorum concionibus, & conuersatione, ideoque Ecclesiam ipsam in superiori sententia ijs obestati sunt verbis: *Reuertere, reuertere Sulamitis, reuertere, reuertere vt intueamur te*: exponit nunc Ecclesia, quid spectaculi ab eis conspici velit, quando in suis praedicatoribus reuertitur, id nimirum, quod in primis Sancti praedicatoribus ab ipsis exposcent, nempe totum studium in id potissimum adhibeant, vt qui in continua huius mundi militia ex innumeris, difficillimisq; aduersariorum praelij victoriam reuexerunt, pacifice iam Christo Duci obuiam procedant per beneficiorum illius considerationem, atque vt castrorum chori gratias ei agant in Psalmis, & hymnis, iuxta illud Apostoli: *a In omnibus gratias agite: haec est enim voluntas Dei in Christo Iesu in omnibus vobis. Et: b Verbum Christi habitet in vobis abundanter in omni sapientia, docentes, & commonescentes vos ipsos Psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, in gratia canentes in cordibus vestris Deo. Omne, quodcumque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini Iesu Christi, gratias agentes Deo, & Patri per ipsum: Vt quod hic dicitur, tale sit.*

Simile.

Quid arbitramini, in me visuros vos esse, cum in meis sanctis Praedicatoribus pacifica vobiscum in pace pariter degentibus me detinebo? Nil certe aliud, nisi id ipsum, quod post victoriam, pacemque obtentam, in militaribus fieri solet castris. Sicut enim castra id vnum tunc student, vt choros agant, suum celebrantes Imperatorem, per quem & victoriam adepti

ra sunt, & pacem iucundissimam, vt in choris eidem procedant obuiam, grauissimoque suscipiant concentu. Ita & meum praecipuumq; concionatorum meorum hoc erit studium, vt iugi psalmodum melodia Christum pacificum, victoremq; ac Ducem nostrum celebremus, chorisq; gratiarum actionum ei obuiam procedamus, suscipientes, admittentesque illum in medio nostrum cantantium, choris benedictionum.

Verf. I. cap. VII. Quid videbis in Sulamite nisi choros castrorum?

EXPOSITIO III.

De secunda Sponsa, quae est Anima Iusti.

Per egregium sane sociabus in spiritu pia anima proponit spectaculum, quod in ipsa videre possent, dum per obeditionem via vnitiua ad Deum progreditur dilectum suum. Spectaculum vero istud in eo situm est, quod Sulamitis ob omnimodam existens pacem, cum gaudio quidem, & exultatione ad Deum pacis procedit recolens, quae a Paulo dicta accipit:

*a Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete: Modestia vestra nota sit omnibus hominibus: Dominus cum prope est: ad quem scilicet tenditis. Quia vero idem Apostolus subiicit: Nihil solliciti sitis, sed in omni oratione, & obsecratione cum gratiarum actione petitiones vestrae immorescant apud Deum: & pax Christi, quae exuperat omnem sensum custodiatur corda vestra, & intelligentias vestras. Et quia in praecedentibus in hoc quoque Cantico ab illis ipsis, quas alloquitur, ita ad viam vnitiua conuersa fuerat, vt tamen sine metu, atque sollicitudine progredieretur; praedicta similitudine ex choris castrorum desumpta ostendit, quomodo progrediens, & vt Sulamitis, atque pacifica gaudeat, cum grauitate tamen, ac modestia, qua militaria gaudent castra, & absque nimio timore, inopiaque sollicitudine vna cum fratribus choros agat, per orationes, & gratiarum actiones in choro cantantes, atque psallentes, cum debito tamen timore, de quo Petrus Apostolus: *b Cum timore, ait, incolatus vestri tempore conuersamini*: atque cum sollicitudine illa, qua necessaria censuit Paulus, cum dixit: *c Solliciti seruate vnitatem Spiritus in vinculo pacis*: Eo plane modo, quo exultant, peneque canunt chori castrorum, in quibus etiam pacis tempore ob metus, debitamque ob Ducem sollicitudinem excubiae iugiter seruantur. Hoc itaque proponens spectaculum pia anima, dum ait: *Quid videbitis in Sulamite nisi choros castrorum?* tantundem est, ac si breuiter dicat.*

Id potissimum admirabile in me spectetis licet, quod pacifica, tranquilla, & gaudens ad Deum pacis per via progredior vnitiua, cum debito tamen timore, debitaque cum sollicitudine: ita vt si choros ago in Psal. & hymnis, chori ipsi, gaudiumq; meum simile dicendum sit choris castrorum, quae vna cum chori gaudijs metum seruant, ac sollicitudinem etiam in pace.

9 Secundus sensus. In iusto quid sit potissimum spectandum.

a Phil. 4. 4. Gaudium pia anima est cum debito timore, & debita sollicitudine.

b 1. Pet. 5. 17.

c Eph. 4. 3.

Paraphras. sis.

Verf. I. cap. VII. Quid videbis in Sulamite nisi choros castrorum?

EXPOSITIO IV.

De tertia Sponsa, quae est B. Maria.

Congruunt peroptime haec B. Virgini, dum in caelum assumitur, vt dicta quidem ad caelestium spirituum choros, qui illi obuiam fuerunt, mediamq; inter se ad celsissimum caeli thronum illam deduxerunt, iuxta sensum illum, quem in 1. exp. c. 2. allatum videre potes. Iuxta vero lectionem nostram, vt dicta ad adstantes Apostolos, qui in versu praecedenti illam ad se reuocarunt:

10 Maria dum in caelum assumitur, quid spectandum.

ait

ait spectandos tunc ab eis ecclesium castrorum choros, quibus ipsa comitata incederet.

Sed congruentius ijs, quae dicta sunt à nobis in praecedentibus, pollicetur his verbis ipsamet Virgo gloriosa opem suam deuotis illis, qui eam, vt ad ipsos sese conuerteret, exorant. Tria autem in ope sua spectanda eis proponit, quae ipsis suo affert aduētu, suaeque ad eos conuersione: Pacem nedum externam, sed & internam, exhibens se eis Sulamitem, atque pacificam: Intima animi gaudia: Tutelam ab imminētibus aduersariorum insultibus vniuersis: Aequae est enim, ac si dicat.

Maria quid epis afferat deuotis suis.

Paraphrasis.

Cum ad vos me conuertam, animaduertetis me, vt Sulamitem, pacem vobis conferre, idque maxime admirabimini, quod cum instar praefortium castrorum vos tuear, gaudio nihilominus, & exultatione vos perfundam, adueniens sicut chori castrorum, ita vt nil magis pro spectaculo, quod exposcitis, vobis intuentum in me proponam, quam ipsos choros castrorum.

Vers. I. cap. VII. Quid videbis in Sulamite nisi choros castrorum?

Appendix Expositionum, Ex antiquis Patribus collecta.

Paraphrasis Chaldaica. Quid prodest vobis, o Propheta falsi, vt decipiatis populum, qui est in Ierusalem, in Prophetia vestra, qua vos loquimini auersionem contra verbum Domini, vt profanctis castra Israel, & Iuda.

Synagoga ad fidem conuersa, erit chorus castrorum, quia fidem praedicabit & pro illius defensione pugnabit. Casiodor. Greg. Pap. Beda. Aponius.

Rup. Abb. Oratio est praelium.

Ecclesia sicut ob orationes dicitur chorus, sic ob spirituales pugna dicitur castra. Ambros. Theodorit. Philo. Iuss. Orgel. Ex castris chori, non est contra: quia est victoria laus, & oratio. Ecclesia ob varios sanctorum ordinis dicitur sicut chori castrorum.

Communiore sensu haec à Patribus sumuntur vt à sponso ad Ecclesiam dicta de Synagoga, quam illa in praecedenti sententia iteratis vocibus reuocarat ad fidem: Ac si dicat, Erit tempus, quo conuertatur, & tunc nihil in ea videbis, nisi choros castrorum, id est, nisi charitatis concordiam, & stabile robur fidei, quo pro fidei meae defensione pugnabit. Haec quippe, quae modo Sulamitis, captiua, & despecta est, conuersa ad fidem, concorditer cum Ecclesia ipsam praedicabit fidem, & pro eadem fide vsque ad mortem pugnabit. Ita Casiodorus, Gregor. Papa, Beda, & Anselmus, licet Anselmus chori vocabulum non tam ad praedicationem, quam ad psalmodiam referat, vt significetur in Synagoga tunc videndos cantantes, & psallentes Domino, in quibus ipsemet militet Deus. Sed melius à Ruperto Abbate ita haec redduntur. Quid aliud videbitis in Synagoga, cum fides in ipsam redierit? Numquid sanguinem victimarum? numquid circumcisionis cauterium? Nihil omnino nisi choros castrorum, id est, laudes, seu cantiones praeriantium, praedia laudantium, & cantantium, quod suauissimum, quod vere est pulcherrimum: laudando chori praeriantur, praeriantur castra laudant.

De Ecclesia haec dicta sumunt Ambr. orat. de obitu Valentiniani, Theodoritus, Philo Carpathius, & Iustus Orgelitanus. Et quidem Theodoritus arbitratur ea dicta à sponso, ac per ipsa significari Ecclesiam è multis sanctis constatam, cum propter fortitudinem, atque excelsum animi robur, armaque militaria castris esse similem; tum etiam chorum existere, diuinas laudes in ore gerentem. Iure autem, ait Theodoritus, dicitur: Quid videbitis in Sulamite, quae venit sicut chori castrorum? non, sicut castra chororum: Ex castris enim sunt chori: siquidem cum in castris vicerint virtutis milites, canentes reuertuntur, & choros ducentes, victoriae praerantium laudibus concelebrant.

Quod Ecclesia dicatur sicut chori castrorum, Ambrosius quidem oratione de obitu Valentiniani, & Aponius videntur referre ad spirituale bellum. At Philo Carpathius, & Iustus Orgelitanus ad varios, qui in ea sunt, sanctorum ordines, caelestibus Saeto-

rum Angelorum castris similes, qui, vt ait Iustus, in certamine constituti, & Deo muniente, semper inuicti sunt.

Ab anima ad discipulos haec dicta sumunt Tres Patres apud Theodoritum, sic illos alloquente: Quidnam conspicietis in me pacifica, quae ex perturbationum bello multiplex redeo, sicut chori quidam ex praelo reuertentium victoriae praerantium celebrantes. Cum enim strenue vos in certamine, aduersus vitia, virtutum institutis, & moribus gesseritis, horum ratione victoriae laudes concinitis.

Iusti anima in caelos tendente, praerantiorum victoria in eis videntur speciosa.

Ad animam denique ad caelum euocatam dicta haec à Christo existimat Ambros. vnde in oratione de obitu Valent. ait: Quid videbitis in Sulamite, quae venit sicut chori castrorum? hoc est, in ea quae multum, & aduersus plurimos in corpore praerantia est. Etenim pugnavit aduersus extraneos hostes, pugnavit aduersus lubricas saeculi mutationes, pugnavit aduersus corporis fragilitates, aduersus multiplices passionnes.

Ambrosi

Ex Vers. I. cap. VII. Quam pulchrisunt gressus tui in calceamentis, filia Principis!

EXPOSITIO I.

Iuxta sonum litterae.

PVellae illae, quas in principio huius quinti Actus sponsae per agros progredienti, vidimus obuias, insignique encomio illo: a Quae est ista, quae progreditur sicut aurora confurgens, &c. eius admirantis progressus, pulchritudinemque eximiam: post colloquium nauituo huc vsque cum illa habitum, comites sese tandem exhibent, redeunti in Urbem ad dilectum suum, panegyricamque insitutum laudem ipsius, oratione sane peregriam, quam vicissim cõtexunt, in ipsoque habet itinere. Vnde & ab eo illam exordiuntur, quod ad iter illud potissimum spectat, quove id perficitur, à gressibus, & à pedibus: hancque germanam cenfeo rationem, cur in sermone isto panegyrico contrario procedatur ordine ab illis, quibus eadem sponsa superius celebrata fuit à sponso in c. 4. & 6. quorum initium ab oculis, capiteque desumptum est, descensumque postmodum ad encomia inferiorum mebrorum: cum hic quandoquidem ex praedicta oratione ab infimis pedibus exordium est sumptum, ne incongruus fieret saltus, recto pariter ordine de inferioribus ad superiora ascēdatur. Totius quoque panegyricae orationis huius, istiusve exordij & id in primis occasio extitit huiusmodi sponsae comitibus quoad ab illa iam sibi dictum acceperat. Quid videbitis in Sulamite nisi choros castrorum? quibus & se pariter intellexerant ab ea celebratas; quod vna cum ipsa choros ageret in itinere ad sponsum, & tamquam castra praerantia ipsam ambirent.

8

a Cant. 6. 9.

Cui ordo inuensus hic sit in laudibus mebrorum sponsae.

Videntur autem in isto exordio argumentum defumere, quod Rhetores vocant, A minori. Pro cuius argumentationis intelligentia animaduertendum est, vocabulum, filia Principis, re vera id esse ipsum, quo eandem insigniere in fine capitis quinti, quove ipsamet sponsa in principio huius cap. 7. gloriari visa est, dum illud reassumens, dixit: Quid videbitis in Sulamite? Iam enim supra ostesum est, eam dictam Sulamitem, quasi Salomoniam, & Salomonis coniugem: hocve ipsum aliis vocibus iis, Filia Principis, significant haec puellae, per Principem absolute pronuntiatum designantes Regem Salomonem, & per antonomasiam Principem gloriosum. Filiae vero eius Principis appellatione blande eam illius dixere sponsam, & coniugem eo modo, quo in psalmo ite epithalamii Regina illa, cui dictum fuerat: b Concupiscet Rex decorem tuum: filia Regis postmodum nuncupetur, vbi dicitur: c Omnis gloria eius filiae Regis abintus. Quin & nostris quoque

Primus sensus.

Filia vocabulum vsurpatum pro sponsa & coniuge.

b psal. 44. 12. c Omnis gloria eius filiae Regis abintus. 14.

temporibus id in more esse obseruamus, vt à viris ipsis sponſæ, coniugesque ſuæ blanda appellatione filia nuncupentur, vt ſupra offendimus, dici pariter ſorores. Hoc animaduerſo, exordij huius argumentatio videtur eſſe talis.

Paraphraſis.

Quid videbimus in Sulamite? Videbimus te glorioſiſſimi Principis Salomonis ſponſam, vtque talis ſpōſi filiam, & coniugem grauiffimo progredi inceſſu, & calceamentis, quæ inter ornamenta membrorum haud extremum obtinent locum, talem ſe exhibente, qualem tanti principis decet vxorem. Quid de præfulgidis, nobilioribusve ornamentis? quid de ſingulis ipsis dicemus membris, quibus præ ornamento omni decora es? *Quam pulchri ſunt grefſus tui in calceamentis!* Non valeamus exprimere decorem grefſuum tuorum in talibus calceamentis. Calceamenta ipſa tua ſat celebrare nequimus, quomodo extollemus cetera, quæ in te videmus perilluſtria decoris, & pulchritudinis ſpectacula?

Secundus ſenſus.

Quia vero fere communi omnium Expoſitorum conſenſu filia vocabulum haud proconiuge, ſed pro filia ipſa ſumitur, ne omnino ab aliorum ſententia diſcedere videamur, alio inſuper ſenſu admodum probabili hæc eadem exponere poſſumus. Vt puellarum intentio in his ea potiſſimum extiterit, vt orationem ſuam apud pedibus infima totius corporis parte exordirentur. In pedum autem encomio triplicem potiſſimum conferant laudem: primam deſumptam ex eorumdem pedum motu, graui, ſcilicet, & concinno: ſecundam ex calceamentis, quibus pedes ij decori eſſent, & tertiam ex ingenuitate, & nobilitate, quam ex ijs pedum grefſibus, necnon & ex calceamentis tam inſignibus arguere vnicique in ea liceat, ſicve metonymice pedes ipſos ab eorum grefſibus, calceiſve deſignant. Porro ſingula laudum iſtarum ſunt præſtantiffimæ. Quam enim magni momenti in ſponſa ſit grefſuum laus, exinde arguere licet, quod inter mulieris meretricis opprobria, illud aſſignatur potiſſimum, quod peruerſi ſint grefſus eius, vagi, inconcinni, & qui vix percipi queant. Vnde in lib. Prouerb. cum talis deſcribitur mulier: dicitur *a vaga, quietis impatientis, nec valens in domo conſiſtere pedibus ſuis*: Et alibi: *b Vagi ſunt grefſus eius, & inueſtigabiles*. Quam eximia quoque ſit calceamentorum laus, vno ſat eſt, vt probemus ſacræ ſcripturæ loco, verbis nimirum illis, quibus Iudith, quæ inter alia pulchritudinis ornamenta, pedum etiam calceamentis ſe exornauit, cum pulchritudine, decoreque ſuo Holophernem capere voluit. In cantico, quod poſt receptam de illo victoriam, cecinit, hæc habuit: *Sandalia eius rapuerunt oculos eius: pulchritudo eius captiuam fecit animam eius*. Ex ambabus quoque his laudibus grefſuum & calceamentorum merito inferitur & tertia ingenuitatis, cum provt dicitur in lib. Eccleſ. *d Amiſtu corporis, & ingreſſus hominis enūriant de illo*. Itaque quod hic dicitur iuxta ſecundum ſenſum iſtum breuiter tale eſt.

Grefſuum laus quanti faciendæ ſit in puella honeſta.

a Pro. 7. 11.

b Prou 5. 6.

c Ind. 16. 11
Grefſus in-
dicant inge-
nuitatem ho-
minis.
d Eccleſ. 19.
2 F.

Paraphraſis.

Quid videbitis in me? ais, cum tota pulchra ſis, cum nullum ſit in te membrum, quod ſumma non polleat pulchritudine? Vt ab inſimis ordiamur pedibus, quibus iter agis modo ad dilectum tuum, quid pulchrius conſpici iis poteſt in concinnis, decoris, grauibusque grefſibus quibus progredieris, atque in perpulchrorum ſandaliorum ornamento? Sane tam illuſtrem ſpectandamque per illos te exhibes, vt qui progredientem intueatur, nemo iure ambigat, te haud ruſticam, agreſtiſve cuiuſpiam eſſe filiam, ſed Principis magni, ſicut tuus ille præ ſe fert inceſſus grauis & maieſtate decorus.

Circa lectionum varietatem, notandum primo, quod admiranter, & per exclamationem tam in Hebræo, quam in textu Vulgatæ dicitur: *Quam pulchri ſunt!* in verſione Sep. vno verbo, *quod idem haberi*, quod proprie ſignificat, *ſpecificati ſunt*.

Notandum ſecundo Hebraicam vocem, **יִמְיָא** pemgamaich, tã grefſus ſignificare, vti eam ſu impſere Sept. noſter Interpres, necnon & plerique Hebræo-

rum, quam pedes ipſos, quomodo illam redditam reperimus in verſione Sanctes Pagnini, & Bibliorum Regiorum. Quo ſenſu ſumpta, dicendum ipſos ſponſæ pedes non tam ex grefſibus hic celebrari, quam ex concinna calceorum adſtrictione, concinnaque eorumdem forma, quæ melius conſpicitur, cum ipſis adſtricti ſint calceamentis.

Notandum tertio, pro eo, quod in Vulgatæ legimus, *Principis*, in Hebræo eſſe vocem **נָדִיב** nadib, de qua & ſup. in verſ. 2. cap. 6. Porro vox iſta hoc loco diuerſimode ſumpta reperitur: Sept. enim pro nomine proprio illam ſumentes vertunt, *filia Nadab*; tametſi Ambroſius orat. in ob. Valent. ac lib. de inſtit. Virg. c. 14. Hieronym. lib. 1. contra Iouinianum, & Caſſiodorus legant, *filia Amminadab*, eo nomine, quod in citato loco cap. 6. reperitur. Pro nomine proprio eandem vocem accipiunt, qui Abraham deſignatum hic volunt, quem eo vocabulo inſignitum reperimus in lib. Gen. e vbi in Vulgatæ legimus: *Reſponderunt filij Herb. Audi nos Domine, Princeps Dei es apud nos*: Ita vt hic quoque dici videatur *filia Abraham*, cuius appellatione maximi apud Hebræos fieri ſolitam, exploratum eſt. Communiore tamen ſenſu appellatiue eadem ſumpta reperitur non ſolum à noſtro Interprete, ſed & ab Aquila, *Principis*, illam vertente, & à Symmacho eodem ſenſu reddente illam, *Ducis*: quin & à ſcholio Græco; quod reperitur in annot. Codicis Sept. Vatic. legente, *ἐξ οὐρανίου, id eſt: ſponte dantis, & liberalis*.

Ambroſ. Hierony. Caſſiodor.

Aquilius. Hieron. Clarius. c Gen. 23. 6

Aquila. Symmach.

Ex Verſ. I. cap. VII. *Quam pulchri ſunt grefſus tui in calceamentis, filia Principis!*

EXPOSITIO II.

De prima Sponſa, quæ eſt Eccleſia Sancta.

Merito Catholicam Eccleſiã vt Chriſti veri Salomonis, verique Principis pacis filiam, atque ſponſam admirantur fideles, & in pedibus potiſſimum eam admirantur, atque in pedibus progredientibus, perpulchriſque calceamentis inſignibus. Nam eadem ratione, ijsdemque propemodum verbis ipſius Chriſti pedes celebratos reperire eſt apud Iſaiam, vbi dicitur: *f Quam pulchri ſuper montes pedes annuntiantis, & prædicantis pacem!* At certe tametſi magnū ſit id Prophætæ encomium, quo admiranter per exclamationem dictum eſt; *Quam pulchri ſuper montes* (ſcilicet perfectionis) *pedes!* Tamen, quæ ſpecialis ibi afferuntur, laudes præſtantiffimæ, pacis prædicatio, annuntiatio boni, & prædicatio ſalutis non tam pedibus ipsis, quos ex communi Patrum conſenſu Apoſtolos eſſe nouimus, quam Chriſto Principi tribuuntur, per quem & pax, & bonum omne, totaq; ſalus mundo exhibitæ fuere, quive eadem in ipsis annuntiauit Apoſtolis, atque prædicauit. Verum in præſenti item pedum ſponſæ eiufdem Chriſti, & eorum Eccleſiæ miniſtrorum encomio, qui huc illucve diſcunt, ad prouidendum pupillorum, viduarum, virginumque neceſſitatibus, nedum inſigni ea celebrantur admiratione, & exclamatione; *Quam pulchri ſunt!* ſed & quæ adiciuntur laudes, ita filia Principis tribuuntur, vt tamen medijs pedibus, miniſtrisque ipsis, illi tribuantur. Licet enim Eccleſiæ laus magna ſit, vt tales habeat miniſtros, taleſque pedes: ipſorum tamen pedum laus in primis eſt, vt per ipſos fiat ab Eccleſia grefſus iſtiusmodi, ad occurrendum neceſſitatibus fidelium per ſtadium operum miſericordiæ tam corporalium, quam ſpiritualium. Idcirco prudentiſſime, quæ hic loquuntur, haud ſimpliciter pedes expreſſere, dicentes: *Quam pulchri ſunt pedes tui*, provt dictum vidimus apud Iſaiã: ſed loco pedum grefſus ponentes, qui per pedes ipſos ſunt, dixerunt: *Quam pulchri ſunt grefſus tui*: ob eaque rationem alteram adijcientes laudem item per eodem

Primus ſenſus.

Miniſtri facultatum Eccleſiæ in operibus miſericordiæ laudati. Iſa. 52. 7.

Miniſtrantes viduus, & pupillis in Eccleſia quales eſſe debeant.

Calceamenta pedum Eccleſiæ.

eosdem pedes Ecclesiæ proueniētem, subintulerunt; *In calceamētis*, quibus profecto eatenus exornatur Ecclesia, quatenus ipsi calceati sunt pedes. Quæ sint autem calceamenta ista ab Apostolo Paulo declaratum habemus in epist. ad Ephes. his verbis: *a Calceati pedes in præparationem Euangelij pacis*: Quid est præparatio Euangelij, calceamenta scilicet istorum pedum? Nihil aliud (inquit Ioan. Chrysof. hom. 24. in epist. ad Ephesios) nisi vita optima. Vnde colligimus, prædictis Ecclesiæ ministris, vltra primam exercitorum operum misericordiæ laudem, adijci & alteram hanc illis adeo necessariam, vt sine ea nullatenus pulchri dici ij debeant, quando ob ipsos dicitur de Ecclesiâ: *b Sordes eius in pedibus eius*. Vitæ ergo probitas, & perfectio sanctitatis, eaque iuxta Euangelium est quæ maxime commendat tam pedes, quam gressus ipsos Ecclesiæ. Nec sine causa calceamenta hæc describens Apostolus haud sat censuit dicere, *In præparationem Euangelij*; sed illud addidit verbum, *pacis*: calceamenta indicās esse nedum optimam prædictorum ministrorum vitam Euangelicis præceptis conformem, sed quæ præcipue habeat præparationem pacis, quæ Euangelium attulit mundo, vt nimirum ita misericordiæ cæterarumque virtutum indulgeant studijs, vt neutiqum per huiusmodi ministeria vel intimam in se, vel externam in proximis, quibus ministrant, turbari sinant pacem, ob quam duntaxat Ecclesia, cuius ministri sunt, & Sulamitis prædicatur, & filia, spontaque Christi Salomonis veri, & Principis pacis. Breuiter igitur quod hic dicitur, tale est.

a Eph. 6. 15

Ioan. Chryf.

b Thre. 1. 9.

Paraphra-
sis.

Quid videbitis, inquis, ô Ecclesia vera Sulamitis, veraque pacifica? Videmus certe insigne spectaculum, vt filiam, sponsamque Christi. Atque vt ab infimo ministrorum tuorum ordine exordiamur: quis exprimere valeat eorum ministrorum pulchritudinem, atque perfectionem, quibus circaterram versaris in ministerio rerum terrenarum, vt i pedibus quibusdam? Pulcherrimi profecto ij sunt, misericordiæ opera iugiter exercentes in ministerio officij sui, vnaque cum ista continuorum gressuum pulchritudine, pulchritudinem insuper alteram habent insignium calceamentorum sanctitatis vitæ, quam præparare, & instruere satagunt iuxta præcepta Euangelica in quolibet quidem virtutis genere, sed in omnimoda præsertim pace: ita vt etiam propter illos te vt Sulamitem, & sponsam pacifici Principis spectemus: quanto magis talem te intuebitur ob præstantiores sanctorum ordines, insignioraque membra tua?

Ex Ver. I. cap. VII. Quæ pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia Principis!

EXPOSITIO III.

De secunda Sponfa, quæ est Anima Iusti.

2
Secundus
sensus.
Affectus
piæ animæ
quomodo se-
des pulchri.

Quia pedibus affectuum circa terrena, mundique itinera agentes, sordes frequēter contrahimus, congruentissime sancti illi, qui piæ animæ admirabilem celebrare volunt sanctitatis pulchritudinem, eo videntes dicendi genere, quò à minoribus ad maiora proceditur, congruenter admodum ab illorum encomio suam hanc exordiantur orationem, tres easque præstantissimas encomio isto in illam conferentes laudes. Vt autem hæc bene percipiantur, illud primo pendendum, quod, dum hosce commendant pedes, nullatenus pedum meminere vocabuli, sed eorum duntaxat operationis. Sic namque aiunt: *Quam pulchri sunt gressus tui!* Enimvero hac loquendi formula id designatum crediderim, quod tametsi in pia anima, quæ Dei sit sponsa, commendanda sint sin-

In affectibus
piæ animæ
laudatur in
primis iugis
operatio.

gula vel infima, & pedum affectus; neutiqum tamen celebrari hi debeant pedes, nisi per operationem, qua illis anima iugiter gradiatur. Id namque obseruare est in pedibus carnis, quod nisi motu exerceantur, stупefacti sæpius reddantur podagra fluxionibus deformes. Dubitat Aristoteles sect. 5. problem. quæst. 12. Cur deambulationes breues magis defatigare soleant. Cuius rei ea potissima videtur ratio naturalis; quia dum subsistitur, refrigerat in corpore spiritus animales, quibus omnis peragitur motus. Et certe id ipsum spiritualiter in anima fieri, exploratum est, cum affectuum pedes frequentius in via Dei à cepto desistant itinere: refrigerat namque in illa charitas, spiritusque extinguitur, quo via decurritur mandatorum Dei. Quia vero & impius quisque peruersè suis affectuum graditur pedibus, quorum nihilominus infames & per Salomonem dicuntur gressus: ideo ad superiorem pedum animæ laudem adijcitur & laus secunda: *In calceamentis*. Vtuntur autem hac calceamentorum metaphora qui hic loquuntur: Primo, vt indicent, eatenus progressum spirituales laudatione esse dignum, quatenus sit diutius, tuto, & absque periculo damni in pedibus, & affectibus ipsis. Cum enim quis absque calceamentis progreditur, haud longo progredi potest tempore, quin pedes periculum lubeant, vt vitro, spinis, similive alia re vulnerentur. Secundo vt pariter significent, eam duntaxat affectuum exercitationem commendam bonam, dignamque, quam omnes commendent, quæ iuncta sit cum honestatis decoro. Nam si quis affectibus ad turpia prolabatur, ac per carnalia, terrenaque gradiatur, ignominiam potius (vt dictum est) quam laudem sibi conciliat: ideoque bene etiam ipsammet, cuius hic celebrant gressus, insigni eo filia Principis vocabulo appellat. Nam quemadmodum indecens est filia Principis, ingenuæque puellæ indecorum, si nudis ambulet pedibus absque vilo calceamentorum tegmine: ita haud minus profecto piæ dedecet animam, si laxatis affectuum pedibus absque vlla calceamentorum constrictione, & absque vilo progrediatur impedimento.

Aristotel.

c Pro. 2. 15.

Affectuum
exercitia in
spiritu qua-
lia esse de-
beant.

C

D

Quod si quis clarius hanc sibi explicatam velit secundam affectuum piæ animæ laudem ex calceamentis desumptam, legat Paulum Apostolum in epist. ad Ephes. exiguus eam declarantem his verbis: *a Calceati pedes in præparationem Euangelij pacis*. Euangelica siquidem præcepta, atque consilia calceamenta ipsa sunt, quibus per pulchri affectuum pedes constricti, ac exornati, viam mandatorum Dei summa cum laude percurrunt. Ex hac autem laude calceamentorum tertia in pacificam animam, & quæ vere Sulamitis sit, resultat laus, vt filia dici queat cælestis Patris, qui est Princeps Regum terræ. Quod à Redemptore nostro significatum habemus in illo Euangelij loco, vbi proponens præclarissima Euangelicæ dilectionis calceamenta, ait: *b Dicitur est antiquis: Diliges amicum tuum: & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros, benefacite bis, qui oderunt vos*. Et subiicit illico summam, quæ exinde prouenit laudem: *Vt sitis filij Patris vestri qui in calis est*. Ita ergo breuiter hoc loco ab affectibus pulchritudo animæ piæ celebratur.

Affectus
animæ piæ
quam pul-
chri in cal-
ceamentis.
a Eph. 6. 16

Affectuum
moderatione
anima sit si-
a Dei.

Videbimus te sanctitatis spectaculum, ita vt & in affectuum pedibus pulcherrima dicenda sis, & perfectissima. Quis enim eorumdem spiritualium pedum explicet pulchritudinem? commendari possent ex iugi eorum progressu: at in eo maxime ipsorum elucet perfectio, quod iter Euangelicæ perfectionis consueiunt calceati & adstricti calceamentis Euangelicorum item præceptorum, & consiliorum. Vnde nil mirum si quod vix perfectissimæ competit vocabulum filia Dei, qui vere perfectus est, tibi in vobis congruat, meritoque te dicimus filiam Principis?

b Matth. 5. 43.

Paraphra-
sis.

Ex Vers. I. cap. VII. Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia Principis!

EXPOSITIO III.

De tertia Sponsa, quæ est B.V. Maria.

3 In Maria admirandus perfectionis progressus ob id, quod in carne factus.

Qui gloriosæ Virginis opem sapius experti sunt, nulla sane in re detinentur libentius, quam in illius laudibus nedum mente, sed lingua celebrandis. Hinc est, quod animæ, quibus Virgo in præcedenti sententia suam exposuit opem, quæ eis præto erat, nunc panegyricam exordiantur orationem, qua ipsam laudibus cumulent. Laudaturæ autem inexplicabilem eam, qua dum in hac vita degeret, excelluit perfectionis, & sanctitatis pulchritudinem, obstupescunt primo ob illius gressus, quibus ambulavit iugiter coram Deo, fuitque perfecta: nõ dicunt autem simpliciter: Quam pulchri sunt gressus tui, sed addunt, In calceamentis: significantes vnde potissimum tanta eis infurgat in illius gressibus admiratio. Per calceameta siquidem iuxta Ambrosij, aliorumque Patrum sententiam corpus significatur, & caro mortalis. cum calceamenta ex mortuorum animalium pellibus fiant. Et certe id maxime in tanta virgine extitit admirandum, quod tam insignis perfectionis progressu ambulaverit in carne. Tantumdem autem est, ac si dicant.

Paraphras. tis.

Quod in calceamento corporis mortalis, atque terreni tu, quæ es filia, & sponsa Dei, Principis illius summi, cœlestem, ac plane diuinam egeris vitam, quod in carne terrestri ambulans, non tamen secundum carnem, ad summum progressu sis perfectionis culmen, tantam nobis ingerit admirationem, vt cum gressus istos tuos euehere optemus. paribus destituti viribus, ac verbis, generalibus hisce exclamare cogamur vocibus: Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia Principis!

Possent hæc Angelis quoque tribui admirantibus B. Virginem, dum assumeretur in cœlum ipsamque eius obstupescitibus, & celebrantibus ascensionem. Ac si dicant.

Assumptione Mariæ admirantur Angeli.

Quam pulchre, quamve gloriose, vt Dei filia & legitima heres, cœlestem scandis in regnum. Quod certe nobis maiorem incutit admirationem, illud est, quod gressus isti tui sunt in calceamentis. Neque enim anima duntaxat, vt reliqui homines, sed & corpore concendit cœlum, sicut & Christus sponfus tuus, cuius corrigiam calceamenti soluere nec Ioannes Baptista dignum se censuit.

Ex Vers. I. cap. VII. Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia Principis!

Appendix Expositionum, Ex antiquis Patribus collecta.

4 Paraphrasis Chaldaica. Dixit Salomon in spiritu Prophetiæ a facie Domini. Quam pulchri sunt pedes Israel, quando ascendunt vt appareat coram Domino tribus vicibus in anno cum calceamentis taxeis, & offerunt vota sua, & oblationes voluntarias suas.

Ecclesiæ prædicatio laudata. b Isa. 52. 7.

In laudem prædicationis, & prædicatorum Ecclesiæ communiore sensu à Patribus hæc dicta sumuntur, vt similia illis Isaia verbis: b Quam speciosi pedes Evangelizantium pacem, & Evangelizantium bona! Ita Ambrosius frequenter, Theodoritus, Cassiodorus, Greg. Papa, Philo, Iustus Orgelitanus, Beda, & alij. Filiam

A Principis Amminadab, dicit Ecclesiam, ait Cassiodorus, quia à Christo regenerata est per baptismum, quæ & dote Spiritus sancti eidem est desponsata. Filia Amminadab dicit Ecclesiam, ait Ambrosius serm. 17. in Psal. 118. vers. 5. hoc est voluntarij, & beneplaciti: quia voluntarius eam, & beneplacitus congregavit. Filia Nadab legit Theodoritus, siue Ecclesiam nuncupatam asserit: quia in diuinum tabernaculum non ignem legalem, sed quem à Christo susceperat ignem amoris nouum intulerit, nouoque isto igne sacrificium hominum obtulerit. Nadab quippe Aaron fuit filius, qui cum ignem alienum in Dei tabernaculum intulisset, vitæ finem accepit. Licet autem diuerso consilio Nadab & Ecclesia ignem commutarint: idem tamen ab utroque factum est, ait Theodorit. Philo vero Carpathius legit: filia Anab, quod interpretatur, inquit, Vna, vel donum Patris, & de Ecclesia nouimus dictum: c Vna est columba mea: eadēve est donum Patris: quoniam ex beneplacito æterni Patris, & voluntate filij, & gratia Spiritus sancti vnus substantiæ genita est, & filio copulata.

Theodor.

Philo.

c Cant. 6. 8.

Quod autem in calceamentis pulchri dicantur eiusdē Ecclesiæ gressus, prædicatio, atq; Apostolici viri, Greg. Papa ob id dictum putat, quod Ecclesia in prædicatione sua morte Christi ad perferenda insurgentia mala muniat: Vel etiam, quia muniat exemplis sanctorum mortuorum, quod & à Cassiodoro alijve asseritur: quod calceamenta fieri soleat è pellibus animalium mortuorum.

Greg. Pap.

Cassiodor.

Duas alias affert rationes Ambros. serm. 17. in Pf. 118. vers. 5. Primo: quia calceamentorum vocabulo carnem designatam accipiens, notat Moyse a, & Iosue b dictum: Solue calceamenta de pedibus tuis. De Christo autem è contra à Ioanne Baptista dictum: c Post me venit vir, cuius non sum dignus calceamenta portare: quia illa sine peccato non poteram.

Caro signata nomine calceamentorum. a Exod. 3. 3. b Ios. 5. 15. c Mat. 3. 12

Et Christus non solum calceamentum non soluit, sed etiam calceamenta aliorum absoluit: quia non solum corpus suum à peccatis immune seruauit, sed etiam omnium dedit indulgentiam peccatorum. Infert ex his Ambrosius: Ergo Ecclesia ad imitationem Christi speciosa est; & in calceamentis omni abluta delicto. Secundo, calceamentorum nomine inferiores eius fideles designatos sumens, ait: Fortasse quando sapientiam inter perfectos loquitur, speciosa est in superioribus membris, quando autem inferioris status aut doctrinæ homines verbum sequuntur, fidei seriem non obliuiscuntur, sacerdotis præcepta custodiunt. Speciosa est in calceamentis, &c. Quam secundam rationem affert Aponius, asserens laudari pedes in Ecclesia; quia ad fidem in illa haud primo conuersi sunt Principes, & Duces, sed inferior turba.

Calceamenta non soluit Christus, quia eius corpus immune à peccatis.

Aponius.

Theodoritus quæ sint Ecclesiæ calceamenta declarat per illud Apostol. d Calceati pedes in præparatione Evangelij pacis: censetque, sponsum sponsæ commendare incessum, qui sit rectus, & viam Regiam teneat, atque in prædictis eluceat calceamentis.

Theodor. d Eph. 6. 15 Calceamenta Ecclesiæ præparatio Evangelij. Anselmus. Calceamenta Ecclesiæ, mortificatio carnis.

Anselmus per calceamenta mortificationem carnis intelligit, vultque Ecclesiæ à Christo persuaderi, vt Iudæorum indulgeat conversioni: quia valde erunt pulchri gressus, id est, vltimi fideles, qui ipsam, eiusve doctrinam portabunt.

Pulchritudinē denique gressuum Ecclesiæ in calceamentis Hieronym. lib. contra Iouinian. castitatis decorem intelligit. Hæc enim ibi habet. Sponfus laudatus à sponsa virgine, laudat vicissim Virginem sponsam, & dicit ei: Speciosi facti sunt gressus tui in calceamentis filia Amminadab, quod interpretatur, populi spôte offerentis. Virginitas enim voluntaria est, & ideo gressus Ecclesiæ in castitatis pulchritudine collaudantur.

Hieronym. Calceamenta Ecclesiæ pulchra virtutis.

Piæ animæ gressus laudatos censet Ambrosius tum in concione de obitu Valentin. tum in libro de Instit. Virgin. cap. 14. Theodoritus & Tres Patres. Et quidem Theodoritus ponderans, quod iuxta versionem Aquilæ dictæ animæ dicitur: Filia Principis, Principis vocabulo

Incessus rectus iusti laudatus. Theodorit.

vocabulo Spiritum sanctum significatum ait, qui in psal. 50. Spiritus principalis idcirco appellatus reperitur: innuitque eius animæ celebrari iter rectum, quod conforme sit Evangelio pacis, id namque per illud intelligere crediderim, quod hos gressus pulchros ait in calceamentis præparationis Evangelij pacis.

Tres Patr.

A quo sensu haud crediderim discrepare, quæ dicuntur à Tribus Patribus asserentibus, discipulas sponsam hisce incipere laudare; Mirabilem ostendit pulchritudinem gressus tui, quibus te nobis per virtutum actiones accommodas, quo in earum moribus tanquam in calceamentis incedens, per corpus eas nobis imperfectis demonstras, vt ad virtutem inferremur exemplo tuo, filia Dei.

Ambros.

Sed præ cæteris hunc sensum Ambros. serm. 17. in psal. 118. vers. 5. his explicat: Ergo speciosam significat animæ pulchritudinem, quæ carne tanquam calceamento vititur, & in ipso impedimentum non patitur; sed in cessu decore præcellit, quod fit, si calceamentum suum non inquinat luto corporali, nec in vitiorum mergat voragine: si castiget carnem suam, ne moretur ad cursum, & aruinæ pinguis pondere prægrauetur. Bonum calceamentum animæ pudicitia est: bonus gressus est vestigia castitatis, &c.

Idem. Adaria puritas laudatur.

Idem tamen Ambros. lib. de Insti. Virg. c. 14. B. virgini hæc aptans: In hoc calceamento, scilicet corporis, speciose (inquit) processit Maria, quæ sine vlla commixtione corporeæ consuetudinis auctorem salutis Virgo generavit. Vnde egregie Ioannes ait: *Non sum dignus soluere corrigiam calceamenti eius*: id est, non sum dignus Incarnationis mysterium comprehendere angustiis mentis humanæ atque inopis vilitate sermonis absoluere.

Rup. Abb.

Ruper. etiam Abb. de eadem virgine hæc sumit, quæ dicitur *Filia Principis*, feminei generis, id est, celestis Ierusalem liberæ, & ob ipsam libertatem laudetur ex calceamentis, cum seruæ disalceatæ incedunt.

Ex Vers. I. cap. VII. *Iunctura fœmorum tuorum sicut monilia, quæ fabricata sunt manu artificis.*

EXPOSITIO I.

Iuxta sonum litteræ.

Non ignoto, communi expositorum sensu in encomio isto nedum fœmorum iuncturas, sed per Synecdochem & ipsam tota celebrari fœmora ipsa: idque duplici laudis genere, vel ex adhibitis pretiosissimorum monilium ornamentis, vt aperte ex Hebræis testatur R. Abraham Aben Ezdra, vel ex innata eorum pulchritudine, quæ in congruenti sita est obesitate, atque in rotunditate ea, vt si monilium circulos exacte factos illi circumdes, eos ad vnguem repletura sint, vt opinatus est Legionensis, & qui eum secuti sunt Almonacyrius, & Del Rio.

R. Abrah.

Legionensis. Almonacyr. Del Rio. Genebard. Hortolan.

Nihilominus arridet mihi magis sententia Genebrardi, Hortolani, & aliorum, secundum quam non tam fœmora hic commendantur, vt membra sunt à reliquis membris diuersa, quam aptæ eorundem inter se atque cum tibijs, & pedibus coniunctiones, & commissuræ, vt allata monilium similitudo in eo sita sit, quod, sicut monilia affabre à perito artifice elaborata, arctissima annulorum connexionem iunguntur, & conferuntur: Ita & sponsæ fœmora aptissime iuncta cohæreant suis tibijs, ac pedibus, vt nulla ex parte illam claudicare contingat.

Primus sensus.

Existimo igitur ea, quæ hic habentur, referenda etiam ad idem gressuum encomium, quod in superiori- bus verbis explicatum est, sicut manifeste ab vniuer-

sis in vnum eundemque referuntur versum, vt sicut ibi triplici ratione sponsæ celebrati sunt gressus: generali primum, & efficacissima pulchritudinis excellentia; *Quam pulchri sunt gressus tui*; um & per pulchro calceamentorum ornamento. In calceamentis; Et tertio, ex eorum grauitate, qualem Principis deceat filiam.

Ita in his quarta addatur laus, quæ omnium sit præstantissima, vt pote ab illis remouens id, quod eis turpissimum esset, maximeque deformem claudicationem. Accurate autem iste claudicationis ab ijs remouetur defectus: Enimvero, cum inter claudicationes nulla sit ea turpior, quæ provenit ex praua fœmorum commissura; quandoquidem ob ipsam nedum claudicant gressus, sed & summa cum deformitate totum contorquetur corpus: ideo quæ hic loquuntur, concinnam hanc fœmorum commissuram hoc loco in primis commendant in sponsa: vt magis gressuum illius echant pulchritudinem, dicentes: *Iunctura fœmorum tuorum sicut monilia*, &c. *Iunctura* vero egregie vertit noster interpres Hebraicam vocem *יְדִבְרָה* hamuke, qua Hebræi hic significari arbitrantur vertebra, quibus, seu in quibus ipsa sit fœmorum commissura: eodemque sensu crediderim Septuag. Interpretes eam vocem versisse vocabulo, Rythmi, seu, vt legit Ambr. serm. 17. in psal. 118. *Moduli fœmorum tuorum*: modulorum appellatione vertebrae ipsis designatis. Rythmus namque ordinatam pedum connexionem in versibus proprie significat: & per translationem vsurpatur ad designandam aptam quamlibet, & concinnam vel syllabarum in oratione vel membrorum in corpore commissuram & coniunctionem. Sic ergo iuxta hunc sensum, quem vt dixi, germanum arbitror, quod hic dicitur tale est.

Rythmum nomen, q. d. significat apud eis. Ambros.

Pulcherrimi sane sunt gressus tui in per pulchris calceamentis, necnon & in grauitate & maiestate, qua velut Principis filia incedis. Neque vero claudicationis deformitas eis obijci potest: cum *iunctura fœmorum tuorum* adeo concinne, perfecteque se habeant: vt plane perfectissimè adæquantur sint iuncturis annulorum in monilibus, quæ artificiosissima fabricata sint manu artificum.

Paraphra. sis.

Præter sensum vero istum, qui nedum vulgatæ, sed & lectioni tam Hebræicæ, quam Sept. optime congruit, vt explicatum est alter colligi potest sensus mihi admodum probabilis, ex proprietate Hebræicarum vocum, qua ad verbum ita verti debent: *Vertebrae fœmorum tuorum sicut gemmae* pretiose opus manuum artificis.

Secunda lectio.

בְּתַבְרֵי halaim namque significatu proprio significat gemmas. Vnde in libro Proverbiorum & à nostro Interprete sic reddita est, vbi dicitur, *a Inauris aurca*, a Provs 12 & *margarin fulgens, qui arguit sapientem*, & cetera, quod vero adijcitur: *Opus manuum artificis*: appositum est eiusdem dictionis: Significat enim gemmas illas elaboratas esse opere egregij artificis: ijs nimirum gemmis similes, de quibus lib. Exod. in indumento summi sacerdotis, dicitur: *b Sumes duos lapides onychinos*, & *sculpes in eis nomina filiorum Israel, opere sculptoris*, & *calature gemmarum*, & *pones in utroque latere super humeralis memoriale Israel: portabitque Aayon nomina eorum coram Domino super utrumque humerum*. Vt hic puella exordiantur corporis sponsæ encomium, quod postmodum per singulas eius partes prosequuntur in versu sequenti. A vertebrae autem fœmorum illud exordiantur: quia illis quasi duobus globulis adeo perbellè ipsam sponsæ corpus nititur, vt alabastrina pyramis peregre pretiosis nititur lapidibus in pilæ, globique formam fabricatis, sibi pro basibus subiectis: sive quod hic dicitur, tale erit.

Ex 11. p.

Si in gressibus, pedibus, atque in calceamentis pulcherrima es, ita vt propterea ingens nobis proposita sis spectaculum, vt *filia Principis*: Non minus certe formosa es in corpore tuo, quod per singulas eius partes omnimoda excellit pulchritudine. Vt enim ab infima pari ordine exordiamur illius parte, cui id nititur; vt decoris basibus: Rotunda illa duo vertebra- rum ossa fœmoribus adiacentia, sunt infra pretiosissimatum

fimarum gemmarum , quæ opere singulari à perito A artifice in rotundum elaborata.

Ex Vers.I.cap.VII. Iuncturæ fœmorum tuorum sicut monilia, quæ fabricata sunt manu artificis.

EXPOSITIO II.

De prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

2 Ministri rerum temporalium & ministri verbi Dei in Ecclesia debent esse boni, ne Ecclesia claudicat. c. Pro. 26. 7.

Peregria sententia illa, quæ per Salomonem in libro Prouerbiorum dicitur: c. Quomodo pulchras frustra habet claudus tibias; sic indecens est in ore stultorum parabola: haud obscure significatur, parum alicui conuenire Ecclesiæ, si pulchras habeat tibias, bonosque ministros illos, quibus quasi quibusdam tibijs progreditur ad ministrandum, quæ necessaria sunt egentibus, viduisque in primis, atque pupillis: si diuini verbi prædicatio indecore à stultis exerceatur, & impijs. Sicut enim tunc qualibet claudicat Ecclesia, cum qui ministrant egentium mensis, prauis extiterint: ita multoque turpius eadem claudicat, cum peruersos habeat verbi Dei ministros, & Prædicatores. Idcirco quæ in panegyrica oratione ista Orthodoxam laudibus celebrant Ecclesiam, postquam pulchritudinem prædicatorum ministrorum insigni euexerunt encomio, dicentes: Quam pulchri sunt gressus tui, & cet. Ne cui forsan aliqua irreperet suspicio, illam ex parte aliorum ministrorum verbi turpiter quoquo modo claudicare addunt nunc: Iuncturæ fœmorum tuorum sicut monilia, quæ, &c. Nemo enim est, qui nesciat sacrarum litterarum morem, quo scilicet fœmorum metaphora tam generationem designat, quam eos, qui gignunt: propterea, quod circa fœmora generationis sint mēbra. Atque id pariter cōstat, qui in Ecclesia spiritali indulgent generationi, illos esse, qui gignunt verbo veritatis: vnde Apostolus Paulus in istorum numerum adscribi se volens, ait: a Per Euangelium ego vos genui. Tantundem autem est, ac si dicat.

Fœmorum metaphora designatur generatio, & qui ei indulgeant.

a 1. Cor. 4. 15. Paraphras.

Nedum pulcherrime progredieris in ministerio bonorum temporalium, sanctis decora ministris temporalium bonorum, qui pedum, ac tibi arum in te obtinent locum.

At nec turpiter tibi claudicare contingit ob ministrorum verbi prauitatem, & dissonantiam à ministris alijs illis: nam & hi ita apte, concinneque in vitæ sanctitate, & in sancta quoque eruditione ijs connexi sunt, vt plane eorum iuncturæ iuncturis comparari debeant monilium, quæ summa cum arte sint fabricata. Instar enim monilium ambobus illis ministrorum generibus sic concinne iunctis, decora redderis, & exornaris per manus summi artificis, qui ea solus fabricare potest.

Ex Vers.I.cap.VII. Iuncturæ fœmorum tuorum sicut monilia, quæ fabricata sunt manu artificis.

EXPOSITIO III.

De secunda Sponsa, quæ est Anima Iusti.

3 Claudicatio quam turpis sit in anima. b Heb. 12. 15.

Quam deformis in anima illa, quæ in via Dei progredi satagit, spiritalis sit claudicatio ex ijs colligere licet Pauli verbis, quibus hanc in primis nobis cauendam suadens in epist. ad Hebræos ait: b Gressus rectos facite pedibus vestris, vt non claudicans quis erret: Explicans autem qua ratione pedibus recti faciendi sint gressus, vt non claudicetur, connexionem subiicit vir-

tutum cum ipsis affectuum pedibus, dicens: Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, &c. In eundem sane modum in perillustri hoc piæ animæ encomio post celebratos illos gressus, affectuumque pedes, quibus in perfectionis tramite graditur, congruenti sane ordine nunc & id pariter exponitur: quomodo omnis expertus illa sit deformitatis, quæ ob claudicationem contingere ipsi posset, atque etiam vnde hoc ipsum habeat, in verbis istis; Iuncturæ fœmorum tuorum

Fœmora animæ sunt virtutes. Theodor.

sicut monilia, quæ, &c. In quibus fœmorum metaphora virtutes designantur, vt recte asserit Theodoritus; quandoquidem per illas iter in via Dei agimus; vel etiam quia circa duas animæ potētias versantur, circa irascibilem, & circa concupiscibilem, quæ ambæ in sacris litteris fœmoribus assignari solent, cum sapius zonam supra fœmora ipsa accingi iubetur. Ista vero virtutum connexio apertissima explicatur similitudine monilium, quæ fabricata sint manu artificis. Sicut enim in aureo monili, quod periti artificis manu fit fabricatum, vnusquisque, annulus cum reliquis nexus est ita, vt singuli inuicem, atque cum reliquis iuncti sint vniuersis: Ita & in virtutum studio, quod certe absque specialis artificis summi auxilio constare, & exerceri nequit, vnaquæque virtus alteri connexa esse debet virtuti, singulæque cum omnibus, prout ab

Virtutum connexio quam sit necessaria: estque instar pretiosi monilis. Simile.

Apostolo Petro quali in pretiosi monilis formam ob oculos nobis proponuntur, vbi ait: c Vos autem curam omnem subinserentes, ministrare in fide vestra virtutē, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem. Annulli ergo omnes ob cōcinnā connexionem pulchrum faciunt monile, vnoque non cōnexo, deficit monilis structura, & vna deficiente virtute claudicat illico anima: quia iuncturæ fœmorum eius haud recte committæ inter se sunt. Ob concinnam connexionem d iustificata in semetipsa dicuntur d Psal. 13. 10. non minus per istam virtutum connexionem pia exornatur anima, quam vel pretiosissimo quoque monili collum exornetur pellæ. Bene igitur in illius commendationem hic dicitur.

c 2. Pet. 1. 5.

Iuncturæ fœmorum tuorum: connexio virtutum tuarum, sicut monilia, &c. Per hanc namque virtutum cōnexionem fit, vt nedum turpiter in progressu non claudices spiritali, sed vt earumdem virtutum sis decora monili.

Paraphras.

Ex Vers.I.cap.VII. Iuncturæ fœmorum tuorum sicut monilia, quæ fabricata sunt manu artificis.

EXPOSITIO IIII.

De tertia Sponsa, quæ est B. Maria.

EX duplici verborum istorum sensu duo in B. Virgine commendantur, quæ alioquin admodum inter se distare videntur: Et quod maternitas exinde potissimum illam reddiderit gloriosam apud Deum, & homines, quod singulari gratiæ priuilegio vniuersis decora virtutibus, Dei genitrix fieri meruit: Et quod è vestigio in tanta maternitatis Dei dignitate, tamquam in præfortibus, pretiosisque basibus, omnis virtutum eius fabrica fuit innixa. Supponentes namque id, quod iam supra dictū est, & pro cōperto habetur ab omnibus fœmorum metaphora vim generatiuam designari, atque adeo & maternitatem: Admodum congruenter postquam in præsentī sententia exinde celebrata est Virgo benedicta, quod pulcherrimis gressibus in carne quidem, & non secundum carnem ambulans, mirabili modo progressa sit de virtute in virtute m.

Primus sensus. Maternitas in Maria fuit illustris ob virtutum omnium connexionem.

Nunc in his verbis iuxta primum sensum acceptis ostenditur illud ipsum quod in eadem Virgine exitit præstantissimum, vt Dei filium genuerit, eiusdemque maternitatem exinde magis tam insignem habuisse gloriam, quod cum omnimoda virtutum perfectione adeo concinna fuit connexionem coniuncta: vt sanctissima Virgo ob connexionem ipsam pretiosissimis decora fuerit monilibus gratiarum: cum maternitas, virtutesque simul connexæ rotundum perfectissimæque perficerent monile, quod sapientissima duntaxat, & perfectissima Dei manu fieri potuit. Ni enim fœmora, maternitasque in Virgine concinnas habuissent iuncturas, glorioso beatitudinis monili ea haud fuisset illustris, ipsaque eius gloria omnis turpissime claudicaret: iuxta illam August. sententiam alibi quoque à nobis relata, qua in lib. de sancta Virg. ait: Nihil materna propinquitas Mariæ profuisset, nisi fœlicius Christum corde, quam carne gestasset.

Augustin.

Secundus sensus. Virtutum structura in Maria innixa fuit in maternitate Dei.

Quia vero in eadem Virgine Maternitas Dei consonam tantæ dignitati præsupponit diuinam gratiam, qua prius illa corde, quam carne Deum gestauit, ac genuit: & eo euecta est, atque processit ad virtutis culmen, quo decens exitit, vt perueniret Dei mater: haud minus congruenter in his ipsis verbis, iuxta lectionem, sensumque secundum, dum dicitur: *Vertebra fœmorum tuorum sicut gemma pretiose opus manuum artificis*: Significatur, totam spiritualem illius structuram, quæ per virtutum studium instar pyramidis cœlum versus fuit erecta, duobus innixam fuisse fœmorum vertebri, virginitati, ac partui, illiusue maternitati, quæ singulare est supremi artificis opus: quasi duabus basibus in rotundam formam à Deo ipso elaboratis è purissimis margaritis innocentia, & puritatis Mariæ: vt quod hic dicitur, tale sit.

Paraphras.

Maternitas tua, Virginitas, partusue tuus, quæ in vnam conueniunt maternitatem, quasi vertebra fœmorum, quibus, æque ac corpus vertebri, vniuersa virtutum tuarum innixa est structura, se habuere instar duarum gemmarum, vt pote quæ è pretiosissimis margaritis à cellissimo, sapientissimo, potentissimoque artifice in summæ perfectionis formam effectæ, atque in te collocatæ fuere.

Ex vers. I. cap. VII. Iuncturæ fœmorum tuorum sicut monilia, quæ fabricata sunt manu artificis.

Appendix Expositionum, Ex Antiquis Patribus collecta.

5 Paraphrasis Chaldaica. Et filij eorum, qui egressi sunt de fœmore eorum, pulchri sunt sicut lapides pretiosi, qui fixi sunt in corona sancta, quam fecit Be-seleel artifex Aaron Sacerdoti.

Ecclesiæ propagatio in duobus populis laudata.

Cum fœmora in sacris litteris symbolum sint generationis, communi fere consensu omnium Patrum Latinorum, per Ecclesiæ fœmora generatio intelligitur fidelis populi, quæ verbo prædicationis, & per lauacrum regenerationis fit: vt dum Ecclesia ipsa celebratur ex iuncturis fœmorum, ex summa laudetur vnione, & concordia duorum populorum, qui in ea sunt geniti, Iudæi, & Gentiles. Per monilia, quibus hæ iuncturæ comparantur, intelligunt opera, quibus eorumdem populorum fides conformis manifestatur.

Cassiodor. Gre. Papa. Iust. Org. Phil. Carp. Anselmus.

Et quia Dei munere virtus boni operis credentibus tribuitur, recte inquirunt dicta monilia dici fabricata manu artificis. Ita Cassiodorus, Greg. Papa, Iustus Orgelitanus, indicat & Philo Carpathius, nec non & Anselmus: tamen quod dictæ iuncturæ fœmorum comparantur monilibus, aliter explicet: nempe, vt sic ea monilia asserantur: quia duo illi populi vniti muniunt, & mouent alios, vt considerantes eorum pul-

chritudinem & dona spiritualia, quæ in ipsis vigent, velint eis adherere: muniunt vero subditos contra insidias diaboli.

Ad eiusdem Ecclesiæ generationem refert hæc ipsa Ambrosius serm. 17. in psal. 118. vers. 5. legens: *Moduli fœmorum tuorum similes torquibus, operi manuum artificis*: vt posteritatis illius ornamenta canantur. Moduli quippe, ait, dicuntur ornamenta pretiosa, quæ suspēdi matronarum ceruicibus solent: & subdit.

Ecclesia per propagationem quasi in signibus decorata est ornamentis. Ambrosius

Tantus ergo processus Ecclesiæ significatur, vt ornamentis pretiosissimis comparatus sit, & torquibus triumphantium: hæc enim ornamenta sunt bellatorum. Sive ergo generatio Christi ex Virgine, sive Ecclesiæ propagatio, specie quidem tanquam manu artificis torquibus adornantis, veræ autem virtutis insigniis spiritualibus ceruices filiorum coronauit.

Non tam ad Ecclesiæ, quam ad piæ animæ laudem referunt hæc idem Ambrosius orat. de Ob. Valerini Theodoritus, Tres Patres, & Philo Carpathius, sed diuersimode: siquidem Ambrosius laudatam hic censet virtutum consonantiam: sic enim ait: *Moduli fœmorum tuorum similes torquibus*: hoc est, consonans sibi in omnibus factis tuis gratia, atque moderatio magnorum æquauit insignia triumphorum.

Ambrosius. Virtutum consonantia laudata.

Eodemque sensu Philo Carpathius per consonantias fœmorum inquit vitæ temperantiam, & morum sanctitatem veluti cœlestem quampiam diuinæ sapientiæ harmoniam explicari. Quamquam postmodum idem Philo videatur asserere hic virtutem castitatis potissimum commendari, quæ ob id dicitur similis monilibus fabricatis manu artificis: quia & ipsa diuinæ gratiæ donum est: & digna assimilari cellissimo illi diuini artificis operi, quod in ventre Virginis factum est, quando Verbum caro factum est.

Phil. Carp.

Castitatis virtus laudata.

Per animæ fœmora Theodoritus intelligit virtutes morales: quoniam illis iter facientes, agimus ea, quæ volumus: Notatque in his duo. Primum, non tam fœmora, quam aptas, & concinnas fœmorum iuncturas hic celebrari, quod similes sint monilibus ab artifice elaboratis: quia sicut illa ex auro confecta, & lapillis apte inclusis distincta sunt: adeo vt spectantes non solum pretiosam auri, lapillorumque materiam: verum etiam artificis admirentur opus: Ita singulæ virtutum moralium particula numero, & consensu inter se implicatæ, atque coniunctæ sunt. Alterum, quod notat est, quod recte in præcedentibus sponsæ encomiis initium ab eis ceptum est virtutibus, quæ ad contemplationem spectant, nempe ab oculis: tum deuentum est & ad eas, quæ spectant ad actionem: hic vero è contra, exordium sumitur ab iis, quæ pertinent ad actionem: Assertque huius rei rationem: quia primo anima ipsa supponitur extitisse imperfectior, cui necessarium fuerit, vt oculi illuminarentur, quo diuinam lucem admitterent: & prius fide confirmamur: tum ad agendum ex virtute progredimur. Nunc autem supponitur perfecta eiusdem animæ pulchritudo: ideoque & primum celebratur virtutes, quæ ad actionem pertinent: tum ad eas quoque deuenitur, quæ sitæ sunt in contemplatione.

Virtutes morales sunt animæ fœmora.

Motus irascibilis, & concupiscibilis laudatos in anima, censent tres Patres, quod sint recte, & ratione compositi, & similes monilibus, &c. asserantur: quia quasi ab artifice ratione ab iis, quæ generantur, & corumpuntur, ad superiora inflexi, similes sint monilibus manu artificum fabricatis, & figura flexis.

Tres Patres. Ex motib. irascibilis, & concupiscibilis bene compositi laudatur pia anima.

Ad B. Mariæ virginitatis laudem denique hæc refert Rupertus Abbas: ac si dicatur. Virginitatis tuæ integritas, perpesque pudicitia custodiæ cœlestibus præsidiiis communita: Est namque similis monilibus, Dei manu fabricatis. Per iuncturas fœmorum, pudicitiam significatam, ait Rupertus, sicut luxuria apud Ezechielem per diuisionem pedum.

Rup. Abb. Mariæ virginitatis laudata.

Eze. 16. 25.

Verf. II. cap. VII. *Vmbilicus tuus crater
tornatilis, nunquam indigens pocu-
lis.*

EXPOSITIO I.

Iuxta sonum litteræ.

*Salom.
in hoc cantico
seruatus
decor honesti*

Antequam germanum huius encomij sensum afferam, tria mihi notanda visa sunt: tum & id proponendum, quod ab alijs pro difficillima eiusdem intelligentia asseritur.

Primo autem notandum, quam bene Salomon in hoc cantico debitum seruauit decorem: Propositurus enim encomia interiorum sponſæ membrorum, quæ propter honestatē vestibis cooperta, haudquam hominum paterent aspectui, vt singula Ecclesiæ membra laudibus celebrata relinqueret: haudquam a viro spōsoque illius ea dicta proponit: tametsi aliorum membrorum, quæ oculis pateant, diligentissimum, & exactissimum eundem tum in capite primo, tum in capite quarto, tum denique & in cap. 6. alioqui proposuerit encomiatem: sed à puellis puellarumque choro ea decantanda curauit, quibus optime constet, qualis demum sit pulcherrimæ puellæ species etiam in membris latentibus. Quin & in hisce ipsis puellis decorum seruatum videre est: quandoquidem eorum, quæ silentio potius tegenda sunt, ne verbum quidem ab eis factum fuit. Ventre autē celebraturæ, qui præcipuum est foeminarū membrum ob foetus, qui in ipso gestantur, vmbilicum prius laudant, qui est totius humauī corporis centrum: & ex quo in ventrem ipsum non exigua redundat pulchritudo; cum in ventre toto æquabili, & plano sit quasi pulcher nodus in plana tabula, & quasi luna plena, quam velati nodum in sua sphaera asserunt Philosophi. Propterea enim crediderim, plerosque Hebræorum Doctorum (id, quod fere communiter & à nostris obseruatum est) arbitratos nedum crateri, sed & lunæ quoque plenæ illum hic comparatum.

Pro cuius rei intelligentia notandum secundo eam, quæ in Hebraico textu est, vocem **הסיה** hafahar, quam noster Interpres sequens Septu. vertit, *Tornatilis*, ab Hebræis sumi, vt in lingua Chaldaica significat lunam plenam: Ac si dicatur: *Crater*, seu proprius ex vi Hebræi vocabuli, *Vas rotundum instar lunæ plenæ.*

*Pocula pro
vino in pocu-
lis.*

Tertio denique notandum, tam ex Hebræo, quam ex versione Septuaginta constare quod in vulgata habemus, poculorum vocabulum pro eo sumendum esse, quod potatur, & bibitur in poculis ipsis, prout frequenter & apud Poetas profanos vsurpatum reperire est. Vox enim Hebræa, **יין** ma zeg. & Græca pariter *νεκτάρ*, qua vsi sunt Sept. proprie mixtum significat, vinum scilicet aqua mixtum ac dilutum. Sic vero tam in ipsa versione Sept. quam in lectione Hebraica legitur: *Non deficiens mixto*: quod noster Interpres eodem sensu legit: *Numquam indigens poculis.*

His annotatis, adhuc neque similitudinum, quæ hoc loco allatae sunt, apparet vis, nec plane constat, quidnam potissimum laudis in sponſæ vmbilicum conferatur. Neque inter expositores quemquam adhuc reperi qui in hisce mihi satisfaciatur, quoad intellectu soni huius litteræ. Referam nihilominus, quæ ab illis dicuntur dilucidiora.

R. Abrab.

Primo, inter Hebræos R. Abraham Aben Ezdra non tam vmbilici membrum hic commendari censet, quam id quod extrinsecus super illud apparet, nempe baltheum, & cingulum: vt sensus sit: In vmbilico tuo, in lumbis tuis est cingulus rotundus instar crateris

A rotunditate lunæ rotundi. Eo autem, quod subiicitur: *Non deficiens mixto*, putat persistendo in eisdem crateris, & lunæ metaphoris, significari pulchritudinem, atque splendorem eius cinguli numquam deficere, cum lumen lunæ postquam ea plena est, deficere videamus.

Legionensis.

Secundo, Legionensis, quem alij quoque sequuntur, & ipse haud speciale vmbilici membrum hic celebrari existimat, sed ventrem eundem, qui in hoc ipso verf. 2. aliis postmodum metaphoris acerui tritici, & operimenti liliorum laudatur, vt in his verbis duplex in illum laus conferatur, perfectæ rotunditatis, atque obesitatis, & succipleni rotunditatis, similitudine crateris torno elaborati instar lunæ plenæ rotundi, modici vero, ac succipleni tumoris, similitudine eiusdem crateris vino pleni.

Tertio, Ludouicus Soto Maior arbitratur in hisce non solum ipsius vmbilici, & reliquarum partium totius corporis sponſæ laudari concinnitatem, æqualitatem, speciem, & perfectionem, sed etiam sufficientiam & bonorum omnium copiam numquam deficientem: atque latitiam, quæ ex pietate proficiscitur: fecunditatem & sobolem: nec non ætatis integritatem, quasi à signo, atque effectu, cum vmbilicus exacte rotundus, concinnus atque æquabilis, & perfectus sit symbolum integræ, vegetæ, ac iuuenilis ætatis.

Idem tamen Soto Maior etiam vt peculiare ipsius vmbilici encomium hæc fumens exinde illum commendari hic ait, quod perpulcher existens, ventrem decore suo exornet quam maxime: Ac si dicatur: *Vmbilicus tuus quasi crater*, & vas exquisite rotundum vinoque mixto plenum, quod mensam mirifice exornat, eadem namque ratione ille ventrem, reliquumque tuum exornat corpus.

Vel vmbilicus tuus ob eximiam rotunditatem similis vasculo ex arte facto in modum lunæ plenæ, quod numquam potu deficit. Quemadmodum enim & luna plena rotunda est, cælumque exornat: Ita & ille in medio ventris quasi luna quædam in medio cœli ipsi ventri, ac reliquo corpori gratiam, & decus affert: quatenus scilicet præfert speciem quamdam vasculi rotundi instar lunæ torno elaborati, semperque potu redundantis.

Denique Martinus Del Rio exinde vmbilicum spōsæ sub metaphora crateris tornatilis, &c. commendari asserit, quod nullo situ, aut squalore scaber, plane castigatus, & mundus sit, quasi vino mixto recens foret ablatus, & deterfus.

*Martinus
Del Rio.*

Vt dicam, & ipse, quid (pace tantorum virorum) sentiam, duobus modis hæc mihi exponi posse videntur, vmbilici vocabulo sumpto pro ipsomet membro, quod eo appellatur nomine, vt is ex pulchritudine illa commendetur, qua pulcherrimus quisque præditus potest esse vmbilicus in corpore humano.

Primo autem modo crediderim, aptissime hanc illius pulchritudinem celebratam similitudine crateris rotundi, atque ad tornum elaborati. Vmbilicus namque pulcher in medio corporis, est instar crateris rotundus, suam habens concauitatem, atque foueam, in cuius medio quasi opus quoddam tornatile conspicitur, quale & in perpulchro fieri solet cratere seu ligneo vase rotundo, circulari opere intrinsecus vel extrinsecus ad tornum elaborato.

Augetur non modicum laus ista per id, quod adiicitur: *Non deficiens mixto*, seu, *numquam indigens poculis*: Ac si dicatur.

Est quidem vmbilicus tuus in medio candidissimi ventris tui instar pulcherrimi crateris in medio candidæ mensæ, rotunditate, & concauitate, atque orbiculata intestini adaptatione crateri rotundo propemodum similis, qui ad tornum & intrinsecus, & extrinsecus orbiculato opere elaboratus sit. Quamquam supra craterem ipsum is illud habeat excellentiæ, quod numquam dulci, splendoreque indiget vino ad suæ pulchritudinis perfectionem, quomodo crater in similitudinem assumptus: cuius quidem præstantissima pulchritudo, atque perfectio sita in eo est, quod.

Paraphrasis.

quod vino plenum & intuentium oculos oblectet, & A gustum reficiat potantium.

Secundus sensus.

Altero modo ex Hebraica lectione, quæ ita verti potest: *Vmbilicus tuus crater lunæ non deficiens mixto*: dici haud incongrue posset, Sponsæ vmbilicum hoc loco duabus commendari similitudinibus, scilicet crateris, quoad concavitatem, & lunæ plenæ, quoad rotunditatem, atque cædorem. Aperte vero candori lunæ comparatus est vmbilici cædor, cui ob intestinos sinus, atque orbiculos quædam intermixtæ sunt vmbrae, maculis illis propemodum similes, quæ candido lunæ corpori inesse videntur. Per id vero, quod adiicitur, *numquam indigens poculis*, seu *non deficiens mixto*: duplici pariter eum celebrari laude ex duplici indicat imperfectione: quarum altera inest crateri indigenti poculis suam vacuitatem replentibus, quo pulcher dici queat, atque perfectus: Altera vero inest lunæ deficiente iugiter à plenitudine, & rotunditate sua: Ac si dicatur.

Paraphrasis.

Est quidem *vmbilicus tuus* instar crateris egregia concavitatem, atque instar lunæ plenæ rotunditate, candore suo. Attamen nec vt luna is deficit vmq̃am à eâdore ipso, rotunditateque illa, nec vt crater ad pulchritudinis suæ perfectionem *poculis indiget vmq̃am*, & vino.

Verf. II. cap. VII. *Vmbilicus tuus crater tornatilis, nunquam indigens poculis.*

EXPOSITIO III.

De secunda Sponsa, quæ est Anima Iusti.

Diligentibus a Deum omnia cooperantur in bonum, inquit Apostolus, *is, qui secundum propositum vocati sunt Sancti*. Quapropter haud mirandum, si in anima iusta, quæ sponsa Dei est, & arctissima cum eodem Deo vnita dilectione, etiam appetitus sensitivus celebratur, quem sapiens ille adeo metuebat, vt efficacissima oratione obsecrans dixerit: *b Aufer à me, Domine pater & Deus vitæ meæ, ventris concupiscentias: & concubitus concupiscentiæ ne apprehendant me*. Porro sub vmbilici metaphora iste laudatur appetitus; quia vmbilici membrum medium inter ea est membra, in quibus duo illi vehementiores siti sunt appetitus, quos sapiens ille à se auerti affligitabat.

3
Secundus sensus.
a Rom. 8.28
Appetitus sensitivus commendatus in pia anima.
b Eccl. 23.6
Vmbilici metaphora cur significatus appetitus sensitivus.

Exinde vero laudatur in primis, quod sit instar crateris tornatilis: enimvero nisi & ipse torno mortificationis, ac spiritus præcidatur iugiter, impleri profecto, & exaturari nequaquã potest. Quemadmodum & crater, aut vas aliud, quod in æqualem habet superficiem, ex vna parte altiore, ex altera demissiore, tametsi continuas reperiat aquas: impleri tamen numquam potest per singulas partes, nisi adæquetur, ac torno, præcisus æqualibus partibus, suam obtineat rotunditatem. Sicut autem è vestigio crateri torno in rotundum ductus, facile vino impletur vnde quaque: Ita & vmbilicus, appetitusve sensitivus ablata prauitate, & ad tornum mortificationis, & spiritus præcisus omni nimietate, ac superfluitate terrenorum desideriorum, adeo diuinis illico impletur consolationibus, adeoque rebus oblectatur cœlestibus: vt quodammodo plenus, terrena iam minime capiat. Quamquam & ob id magis iste ipse piæ animæ appetitus extollitur, quod & capacitatis sit tantæ, vt impleatur, & exaturatur numquam, nec vquam egeat poculis rerum, ac voluptatũ terræ, atque carnis. Quo enim magis ad terrena mortificatus ille est, eo maiori semper esurie spirituali appetit, & diuina atque cœlestia, prout sapientia significat in lib. Ecclesiastici, dicit: *c Que edunt me, adhuc esurient: & qui bibunt me, adhuc sitient.*

Simile.
Appetitus sensitivus laudatur ob maximam capacitatem.
c Eccl. 24. 29

Verf. II. cap. VII. *Vmbilicus tuus crater tornatilis, numquam indigens poculis.*

EXPOSITIO II.

De prima sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

2
Primus sensus.
Commentum ordo laudatus.

Post laudatos Ecclesiæ ministros, qui proximorum necessitatibus subveniunt eiusdem Ecclesiæ facultatibus, eorumdemque ministrorum cum ministris verbi Dei aptam connexionem: celebratur modo ordo sanctorum continentium, qui in fidelium plebe est triplex ob triplex genus continentie: virginalis, vidualis & matrimonialis, laudaturque sub metaphora vmbilici apte in rotundum concursi ea ratione, qua & luxuria, atque incontinentia per vmbilicum non præcisum damnatur apud Ezechielem a. Celebratur autem ordo iste, hicue Ecclesiæ vmbilicus ex eo ipso, quod ferro, ac torno mortificationis concisus, ita in rotundam perfectionis formam redactus sit: vt plane crateri tornatilis, rotundumque dici queat vas, quod in cœlesti mensa diuinis oblectet oculos. Et quamquam instar eiusdem vasis eodem excavatus sit torno ad suscipienda doctrinæ cœlestis fluentia mixta spiritus, feruorisque, & aqua sapientiæ, quemadmodum & crateri tornatilis ad mixtum in se recipiendum, torno est pariter cauatus: In eo tamen is differt à crateri tornato, & excavato, quod crater tunc in sua est perfectione, cum vino plenus, sitientibus pocula ministrat: atque adeo hinc in ipso deficientibus poculis imperfectum eum esse, & suo modo turpem operapretium est. Iste vero continentium ordo tunc è vestigio in sua censendus est perfectione, cum iugiter suam seruat concavitatem, instar conchæ se exhibens, vt pulchre ait Bernardus serm. 18. in Cant. aptam, & paratam ad recipiendam eruditionem ab aliis, cum turpe illis sit, & indecorum, vt alios doceant, doctrinaque pocula subministrant, prout de mulieribus testatur Apostolus, vbi ait: *b Mulieres in Ecclesiis taceant: non enim permittitur eis loqui: sed subditas esse, sicut & lex dicit. Si quid autem volunt discere domi viros interrogent: turpe est enim mulierem in Ecclesia loqui.*

Vmbilici metaphora laudatus ordo continentium a Ez. 16. 4.

Bernard.
Mulieres continenteshaud vmq̃am vrsurpare debent officium docendi in Ecclesia.
b 1. Cor. 14. 34.

Præclare autem idem & altera celebratur similitudine lunæ plenæ, quæ cum plenitudine habet quidem perfectam rotunditatem, sed candorem haud ita perfectum, admixtis aliquibus maculis. Enimvero & ipse tunc plane perfectus in suo genere est cum Deo est magis obiectus, à quo lumen suscipit gratiæ: vt in plenilunio luna maiori illustratur luce à sole, cui ex opposito obicitur. Quis vero nesciat, omnem appetitum sensitivum purissimæ quantumlibet animæ, etiam si eandem, purusue sit, quibusdam cõpersum esse maculis defectus & imperfectionis? cum constet, in spiritualibus quoque consolationibus imperfectionem quamdam sonare, quod sensibiles sint, ideoque nec necessario puris duntaxat, & sanctis eas exhiberi nouimus, sed & scelestibus etiam aliquando. Bene tamè, dum appetitus iste in pia anima laudatur per similitudinem lunæ, adicitur: *Non deficiens mixto*: ne quis censeat, illum pari quoque modo, vt lunam à luce solis, deficere à luce gratiæ cœlestis, tenebrisque scelerum denigrari. Itaque quod hic dicitur, tale est.

Appetitus sensitivus piæ animæ similitudo luna plenæ.
Simile.

Appetitus etiam sensitivus in te admodum est commendabilis, cum instar crateris tornatilis & ipse sit, torno mortificationis ac spiritus præcisus, & ad perfectionem deductus: quamquam, cum instar eiusdem crateris capacitatem habeat maximam ad suscipienda diuina, atque cœlestia,

Paraphrasis.

ita vt illis impleri vix queat : nunquam tamen indiget poculis voluptatum terræ & carnis: Estue idem, & imitar lune plenæ, rotunditate perfectus, quatenus supercœlesti obiectus est soli, & puritate candidus. Et licet, quomodo & luna quibusdam sit conspersus imperfectionum maculis: haud tamen æque, ac eadem luna, deficit vniquam à luce diuinæ gratiæ, peccatorum tenebris obuolutus.

Aerogationem istam pro sola Dei dilectione faciunt Quod enim torno fit, fit facillime, & inerrate ex se ipso perficitur absque alia regula. Per id denique.

Numquam indigens poculis: Significari numquam defectura verba, cum Deus, quem prædicant, pocula scientiæ, & virtutum constantiæ illis subministrat, iuxta illud, *a Dominus dabit verbum Euangelizantibus, &c.* a Pf. 67. 12 Anselm.

Vmbilicum dictos prædicatores, ait Ansel. quia habent seminarium generandi Deo filios: cum in vmbilico mulier seminarium habeat generationis: vel quia sicut vmbilicus est in medio ventris: ita ipsi sunt in medio populi reconcilians populum Deo. Dictos vero craterem, id est potantes alios Dei dilectione: Et craterem tornatilem, quia Complacati sunt secundum voluntatem Dei, vbi manus Dei nullam inueniat offensam.

Aponius ad eos potius, qui exemplo doceant hæc referre videtur, quique instar vmbilici abscissi in puerulo recenter nato, à terrenis desiderijs renascendo, abscissi sunt à peccato; & insuper torno consuetudinis, vel boni desiderij expoliti, lætitiæ poculis vltra non indigent, sed alijs indigentibus ministrant exemplo conuersationis.

Sacerdotes Ecclesiæ hic commendatos ait Philo Carpathius, qui bene crateri non indigenti mixto asimilentur ob mysteria Sacramentorum, quæ Deo asferunt veri corporis, & sanguinis Christi, cui populus per fidem, & charitatem miscetur. Recte istiusmodi sacerdotium dictum vmbilicum, & tornatile: quia oportet sacerdotes esse mundos, ab omni labe deterfos, cunctisque virtutibus bene tornatos, nec aliud quid in tota vita, quam cœlestia sapere, meditari, atque docere.

Iustus Orgelitanus haud explicat, quænam Ecclesiæ membra specialiter hic celebrentur: ait quippe, eos dici vmbilicum, qui non in extremo, sed in medio Ecclesiæ corpore commorantur.

Theodoritus hunc locum declarat per alium illum Ezechielis locum, quo dicitur synagogæ: *c Et quando nata es, in die ortus tui non est præcisus vmbilicus tuus.* Illa, inquit, ex Ægypto oriunda non præcidit vmbilicum suum: sed veluti per radicem quamdam ex Ægypto impiæ doctrinæ traxit improbitatem. Ecclesia autem nedum præcidit vmbilicum suum: sed ita penitus amputauit, vt omnem idololatriæ radicem auelleret, & crateri tornatili similis videretur, qui lætitiæ poculum semper habet, nec gaudio, quod ex pietate proficiscitur, vniquam indiget.

Ex eodem loco Ezechielis colligit Rupertus Abbas, laudari in his perfectissimam B. Mariæ puritatem ab omni carnalis voluptatis appetitu liberam. Ideo enim vmbilicum eius dici inquit sic præcisum vt craterem tornatilem. Per id vero quod adijcitur, *Numquam indigens poculis:* significatum ait, ipsam Virginem, nec sensisse appetitum libidinis.

At alio modo ad eandem Virginem hæc aptat Ambrosius lib. de instit. Virg. cap. 14. dicens: Vere alius Mariæ crater tornatilis, in quo erat sapientia, quæ miscuit in cratere vinum suum, indeficientis piæ cognitionis gratiam, diuinitatis suæ plenitudinem subministrans.

Idem tamen Ambrosius orat. de obitu Valentini per animæ vmbilicum mentem fumere videtur, & cor: Vnde ait: Bonus vmbilicus animæ virtutum omnium capax: sicut crater ab ipso fidei auctore tornatus: *b Sapientia enim in cratere miscuit vinum suum, dicens, Venite, edite panes meos, & bibite vinum, quod miscui vobis.*

Denique Tres Patres vmbilicum animæ vim sentitiam accipiunt gladio spiritus exectam, & ab omni fraude seiunctam, percipientem res ipsas sensibiles temperatas spiritualibus earum rationibus.

Verf. II. cap. VII. *Vmbilicus tuus crater tornatilis, numquam indigens poculis.*

EXPOSITIO IV.

De tertia Sponsa, quæ est Beata Virgo Maria.

Virginitatem vsquequaque perfectâ hic sub vmbilici metaphora recte celebratam, sat probat Rupertus Abbas, & colligi potest ex dictis supra. Celebratur autem in Gloriosa Dei Genitrice Virginitas ex summa rotunditate, & perfectione: tum quia, *instar crateris tornatilis*, qui & extrinsecus, & intrinsecus in rotundam formam torno elaboratus sit, nedum in corpore, sed & in mente extitit perfectissima: tum quia, *instar lune plenæ*, extitit candidissima, & candore omnem, omnemque diuinæ gratiæ lucem supercœlesti acceptam rerulit soli: tum quia *non indigens poculis filiorum*, cum sterilis minime fuerit, vt reliquæ virginitates: tum demum quia nec vllos, etiam cum peperit, passa est à suâ puritate defectus.

Rup. Abb. Marie virginitas commendata sub metaphora vmbilici.

Verf. II. cap. VII. *Vmbilicus tuus crater tornatilis, nunquam indigens poculis.*

Appendix Expositionum, Ex Antiquis Patribus collecta.

Paraphrasis Chaldaica. Et Princeps scholæ tue, per cuius meritum gubernatur omnia sæcula, sicut focus nutritur per vmbilicum in vtero matris suæ splendidus est in lege, sicut circulus lune, quando venit ad mundandum, & contaminandum: & ad iustificandum, & condemnandum: & non deficiunt verba legis vniquam ab ore eius: sicut non deficiunt aquæ fluminis, quando egreditur de paradiso.

Diuerfa Ecclesiæ membra sub hac vmbilici metaphora apud Patres hoc loco celebrata reperio: communiori tamen sensu ad sanctorum Prædicatorum laudem hæc referuntur ab Ambrosio, ferm. 6. in pl. 1. 18. verf. 5. Cassiodoro, Greg. PP. Aponio, Beda, atque Anselmo. Et quidem Ambrosius modicis hisce verbis se expediens, *Vmbilicus*, ait, Ecclesiæ *tamquam crateri tornatilis*, prædicator, *mixto non deficiens*: eo quod in omni doctrina tornatus plenitudine cognitionis, & potu non deficit spiritali.

Clarius Greg. PP. *Vmbilicus*, inquit. Sanctorum prædicatorum est ordo, qui bene *crater* esse dicitur: quia dum per os populus eruditur, vino spiritali ipsorum officio debriatur. Qui bene *tornatilis* nuncupatur: quia iuxta mores hominum vniuersos, necesse est, vt lingua prædicatoris voluatur: *Qui poculis non indiget*: quia quod alijs propinat, necesse est, vt abundantius ceteris bibat, & plenius, quod dat, contineat.

Cassiodorus, & Beda bene Prædicatores designatos inquit sub metaphora vmbilici, qui est fragilissima pars corporis, ideoque fragilitatem signat nostræ mortalitatis: Simulque crateri assimilatos: quia quanto magis illi suæ fragilitatis meminerint, tanto magis verbo prædicationis insistant. Per id, quod additur, *Tornatilis*, ipsam indicari, inquit, facilitatem erogandi verbum Dei, & eleemosynas dandi: & quod

Prædicatores sunt vmbilicus Ecclesiæ & crateri tornatilis: Ambrosius, Cassiodoro, Greg. Pap. Aponius, Beda, Anselm.

Greg. Pap.

Cassiodoro, Beda.

Aponius

Philo. Sacerdotes sunt vmbilicus Ecclesiæ sicut crater.

Iustus

Theodor. a Exe. 16. 4 Idololatriæ radix omnis ab Ecclesiâ amputata est

Rupertus Mariæ puritas eximia laudata.

Ambros. Mariæ vitæ crater continens sapientiam.

Ambros. Mens iusti vmbilicus & crateri tornatilis. b Pro. 9. 2.

Tres Patres. Sensitua vis est vmbilicus animæ.

Ex

Ex Vers. II. cap. VII. Venter tuus sicut aceruus tritici, vallatus liliis.

EXPOSITIO I.

Iuxta fonum litteræ.

Congruo iam ordine ex vmbilici encomio ad vētris, seu vteri laudationem ascenditur. Laudant autem puellæ perpulchrum sponsæ vterum ex triplici capite: ex apta videlicet forma, ex candore, atque ex fragrantia. Ex forma, qua latus inferne est, angustus vero superne: modico æquabilique tumore succi plenus instar acerui tritici, in quo nihil conspicitur hians, aut eminens, granis inuicem iunctis, cunctisque complentibus, & æquabiliter vndequaque in orbem se diffundentibus. E candore vero, & odore eundem peregre celebrant per id, quod vt appositum eiusdem acerui tritici addunt; *Vallatus liliis*: quorum candor, & odor sat omnibus noti sunt.

Quamquam haud minus congrue eadem verba accipi possunt etiam vt appositum ipsius ventris, vt præter similitudinem acerui tritici sit insuper & altera hæc valli liliorum: & tunc duos alios à præallato distinctos subiudicant sensus haud sane improbables.

Quotum primus est, vt per eam celebretur externa eiusdem ventris pulchritudo, quæ omnium oculis peruia esset: pulchritudo, inquam, ex indumentorum decore resultans: ac si dicatur.

Venter tuus & quoad internam speciem pulcherrimus est, cum instar acerui tritici modice tumidus sit & æquabilis, latus inferne, angustusque superne, sed & quoad externam quoque speciem est decorus candidissimoque opertus ornatu.

Sed melius alio modo idem ipsum appositum ventris accipiendum, mihi persuadet proprietates vocum tum *Vulgata*, quæ vallum significat, tum Hebræorū & versionis Sept. quæ significant sepe ex liliis adhibitam eidem ventri: vt liliorum vocabulum non proprie pro floribus sic appellatis, sed translate, & metaphorice positum sit, prout lilia sunt symbolum pudicitie, ac puritatis, quomodo frequentius in sacris litteris idem vsurpatum reperitur: Tuncque peregre hic erit sensus huius encomij.

Venter tuus insigni specie æquabili, succiplena, inferneque lata, & acuminata superne est instar acerui tritici: At id, quo insigniori excellit pulchritudine, atque decore, est, quod pro vallo, sepe, atque custodia, quo tutus seruetur, tutam ipsam habet pudicitiam. Indicat potius quam explicet, sensum istum R. Salomon, dum in suis commentarijs habet: Septus liliis, id est, munitus, & septus liliorum sepe: sufficit ei sepes tenuis, nec vllus ex vobis est, qui eam perumpat, ingressus eam.

Ex Vers. II. cap. VII. Venter tuus sicut aceruus tritici, vallatus liliis.

EXPOSITIO II.

De prima sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

Cvm ventris nomine illud in sponsa commendetur membrum, in quo proles gestatur, admodum certe congruenter sub illius metaphora sanctorum coniugatorum ordinem in Ecclesia hic celebrari dicemus: qui, tametsi & in superiore quoque vmbilici encomio commendatus sit, quatenus & coniugati inter continentes annumerantur, si matrimonialem seruent continentiam: speciali nihilominus præconio laudari debuit, quia imperfectior communiter censetur, & haud dignus, qui inter laudabiles Eccle-

siæ ordines celebretur: cum tamen non modicum in Ecclesiam ex eo redundet & decoris, & commodi. Eregie autem aceruo tritici quis comparatur: vt exinde potissimum commédetur quod multam Ecclesiæ patriæ prolem iuxta benedictionem illam, quæ habetur in psalm. 127. vbi dicitur: *a Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ: Filij sicut nouella oliuæ in circuitu mensæ tuæ.*

In aceruo siquidem tritici ingens spectatur granorum multitudo: forma quoque acerui tritici in laudem tendit coniugatorum sanctorum: neque enim coniugatos dedecet, si latus se extendat circa terram quam circa superna, dummodo & in parte quoque superiori suo modo eleuentur. Quinimo in illis id maxime est celebrandum, si b solliciti sint quomodo placeant coniugi, vt bene indicat Paulus in epist. 1. ad Timot. loquens de mulieribus, quas inquit saluandas per filiorum generationem. Si eorundem filiorum, totiusque familiæ sedulam curam habeant, dummodo mentem, supremam sui partem, cœlum versus elatam seruent; dummodo mente Deo inseruiant, ad illum omnia referentes, & ea ipsa, quæ circa terram operari coguntur. Sed & ob illud magis iste coniugatorum ordo similitudine celebratur acerui tritici, quod per arctam charitatis vnionem in rotundam tendunt & æquabilem formam, qua perfectionem designari sat nouimus: quodue liliis vallati pudicitie, candidi pariter in suo genere dici queant ac sancti & continentie odorem referentes: Vnde Paulus Apostolus d in loco paulo superius citato de coniugatis loquens mulieribus ait: *d Saluabitur per generationem, si permanserit in fide & dilectione & sanctimonia cum sobrietate.*

Ex Vers. II. cap. VII. Venter tuus sicut aceruus tritici, vallatus liliis.

EXPOSITIO III.

De secunda sponsa, quæ est Anima Iusti.

Ventris vocabulum pro corde in sacris litteris vsurpari solitum, alias ostensum à nobis est, ac præsertim in capite quinto, vbi à sponsa dicebatur: *e Ex venter meus intremuit ad tactum eius*: Et certe congruenter metaphora ventris, seu vteri (de vtero namque hic est sermo) cor laudatur pie animæ. Cum in corde gignantur cogitationes, desideria, atque affectus: quæ postmodum quasi partu quodam ex eodem prodeunt, iuxta illud, quod in Euangelio dicitur: *f De corde exeunt cogitationes prauæ, homicidia, adulteria, &c.* Porro ob id laudatur cor istud, quod sit sicut aceruus tritici, simulque & liliis sit vallatum: Commédatur enim potissimum ex eo, quod sursum sit cleuatum. Et bene sicut aceruus, seu, cumulus (vt legit Symmach.) tritici: quia tametsi latus in ima carnis videatur extensum quatenus carni immersum, dum anima in præsentia vita alligata est corpori, in carne ambulans, acuminatum est nihilominus superne, & quoad partem superiorem: quandoquidem, tametsi anima ipsa in carne ambulet, non ambulat secundum carnem, sed in spiritu, conuersationem habens in cœlis. Porro sicut aceruus tritici ex multis exiguis granis simul vnitis adeo æqualiter per omnes sui partes eleuatur, vt ne vlla vel minima earum inanis, depressiorque appareat: Ita & cor pie animæ ex multis cogitationibus sanctis simul iunctis adeo æqualiter per omnes eleuatur potentias: vt ne minimus eius affectus vanus sit, atque depressior. Et sicut aceruus tritici quanto est altior, tanto possidentē ditat magis: Ita & cor, quanto eglū versus est cleuatum magis, tanto magis a-

7 Primus sensus. **B** Coniugati sancti quales sint. **b** 1. Cor. 7. 33. **c** 1. Ti. 2. 15

8 Secundus sensus. **C** **d** 1. Ti. 2. 15

9 Tertius sensus. **e** **f** De corde exeunt cogitationes prauæ, homicidia, adulteria, &c. **g** Cor iusti quale sit.

R Salomon. **9** Secundus sensus. **Cor est venter animæ.** **c** Cant. 5. 4

E **f** De corde exeunt cogitationes prauæ, homicidia, adulteria, &c. **g** Cor iusti quale sit.

8 Primus sensus. **Coniugatorum ordo inter laudabilia Ecclesie membra celebratur.**

Cor purum & mundum quale sit.

nimiam ipsam spiritualibus locupletat opibus. Sed dicit aliquis: Si cor piæ animæ est eleuatum, adeoque & sicut aceruus tritici, necesse est vt intrinsecus purissimis refertum sit cogitationibus, quæ liliorum nomine designantur.

Simile.

Cur ergo dicitur vallatum lilijs, cum dicendum potius videatur plenum lilijs? Ad hoc respondendum, istud piæ animæ cor esse quidem intrinsecus plenum huiusmodi lilijs: tantam nihilominus esse liliorum vim, vt & extrinsecus quoque per odorem se manifestent, & quasi extrinsecus cor ipsum lilijs vallatum exhibeant. Et omnino propterea idem cor vallatum, seu opertum, & ornatum dicitur prædictarum cogitationum lilijs: quod ea habens intrinsecus, ipsorum speciem & extrinsecus quoque reddit, in verbis & operationibus ea ratione, qua & vas crystallinum, cum candido liquore est plenum, candore pariter & extrinsecus videtur opertum.

A co comparatam ait Philo, cum & Dominus dixerit: *Phil. Corp. b Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum munit: Si autem mortuum fuerit, multum fructum afferet.* b 10-12. 24

Nec minus recte aceruo tritici: nam sicut ex multis granis vnus cumulus coaceruatur: ita ex multis populis Christianis vna omnium fidelium Ecclesia copulatur. Quod additur de vall. liliorum, intelligit Philo de sanctis actionibus, castissimisque colloquiis: quibus consentit & Anselm.

Subtilius tamen Cassiodorus, & Beda haud copia tritici, sed aceruo tritici comparatum hunc dicunt Ecclesie ventrem; vt per hoc significentur incrementa virtutum, quæ velut aceruus ab inferioribus ad superiora crescendo descendunt: Nam sicut aceruus latior in inferioribus est, ita in Ecclesia multi sunt, qui indulgentius viuunt, pauci vero, qui summæ insistant perfectioni. Dicit autem hunc aceruum vallatum lilijs: quia sancti bona, quæ faciunt, pro desiderio supernæ claritatis, & candoris agunt: quandoquidem per lilia cælestis illa designatur claritas. Addunt posse hæc referri ad baptismi regenerationem: vt per hæc significetur, regeneratos hoc fonte, bonis operibus infundere debere, & inhiare ad intuentiam gloriæ supernæ claritatis.

Anselmus. Cassiodor. Beda. Aceruo tritici cur comparata fidelium multitudo.

Ex Verf. II. cap. VII. Venter tuus sicut aceruus tritici vallatus lilijs.

EXPOSITIO IV.

De tertia Sponsa, quæ est B. Maria.

IO Tertius sensus. Maria partus purissimus.

Sicut præcedenti vmbilici encomio Virginitatem Dei Genitricis ita celebratam vidimus: vt simul eandem & per partum decoram conspexerimus ex verbis ijs; Nunquam indigens poculis, seu, non indigens mixto: Eadem ratione nunc & in encomio ventris atque vteri eiusdem Virginis prolem, seu potius fecunditatem ita commendatam animaduertere est, vt simul quoque & Virginitatis illi adiectus sit decor: Æque est enim, ac si dicatur.

Paraphrasis. a Ioan. 12. 24.

Venter tuus sicut aceruus tritici tumidus est, cum & infra ipsum ille sit coaceruatus, qui triticum semetipsum appellauit, atque frumentum, cum dixit: *a Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit multum fructum afferet*: Pro septo autem purissimi ventris huius tui ipsa tibi extiterit lilia propoliti Virginalis, adeoque vallum istud fortiter eundem tuum ambiuit, sepuitque ventrem, instar acerui tritici tumidum, vt nedum in filij conceptione, sed & in partu quoque illius virginitate decora extiteris.

C Iustus Orgelitanus, atque Aponius; eos ventrem Ecclesie esse arbitrantur, qui studio sacrarum litterarum sint addicti: qui sacrarum litterarum alimeta percipiunt: Et hi velut aceruus tritici congestus merito pronuntiantur, inquit Iustus, quia ex doctrina lana, ex qua quotidie replentur, multos affatim resciant. Quæ doctrina in tantum proficit, vt etiam ad virginitatis obseruantiam pijs persuasionibus multos adducat. Sicut venter conceptaculum esse est, ait Aponius, per quem tota moles corporis roboratur: Ita & docetur animæ vigilantes eloquijs Dei abscondendo ea in corde suo, alias animas sustentare. Qui & recte aceruo tritici comparantur, cum iam à palearum leuitate separati, grauitate morum pudicitie lilijs circumdati, illius splendidissimi grani tritici expresserunt imaginem, qui pro totius mundi vita in terra abscondus est, & in toto mundo pullulantia in se credentium resurgendo fructeta porrexit.

Iustus. Aponius. Scri. sacr. studio indulgentes, sunt vter Ecclesie.

D Animæ ventrem illius mentem, & cor sumere videntur Theodoritus, & Ambrosius. Theodoritus enim ita hæc reddit. Animæ tuæ penu arcanis plenum mysterijs, quorum solus odor imperfectis adhuc, & infantibus notus est. Lilijs namque est circumvallatum: vt per vallum, ac septum eius, quæ recondita sunt, intelligamus: & per lilia vndique ex eo fluentem percipiamus fragrantiam. Ambrosius vero serm. 17. in ps. 118. vers. 5. Et venter eius, inquit, non solum aceruo tritici, id est, cibis fortioribus cælestis mysterij faginetur: verum etiam tanquam lilijs quibusdam moralium suauitate repleatur. Eodemque sensu in orat. de ob. Valentin. Venter eius, ait, non solum iustitiæ, velut frumentario cibo replebatur, sed etiam gratiæ suauitate, quæ florebat sicut lilium.

Aponius.

12 Theodorit. Venter animæ est illius meus & cor.

Ex Verf. II. cap. VII. Venter tuus sicut aceruus tritici vallatus lilijs.

Appendix Expositionum, Ex antiquis Patribus collecta.

II Venter Ecclesie multisudo fidelium.

Paraphrasis Chaldaica. Et septuaginta sapietes circumdant eum sicut aream rotundam: & cellaria eorum plena sunt decimis sanctificatis, & votiujs, & spontaneis, quas constituerunt eis Esdras sacerdos, & Zorobabel, & Iosue, & Nehemias, & Belsan viri Ecclesie magnæ, qui comparantur rori, vt sit eis virtus, vt laborent in lege die, ac nocte.

Greg. Pap.

Per Ecclesie ventrem, qui fragilior est, & latior corporis pars absque ossium robore, communiore sensu sancta fidelium plebs, populique fidelis multitudo, & latitudo signatur apud Patres. Hunc porro ventrem sicut aceruum tritici lilijs vallatum dicit. inquit, Greg. Papa: quia dum operibus sanctis intendens, in cæleste horreum præparatur, exemplis sanctorum, vt perseueret, vnde quaque munitur.

Recte triticum multitudini, & multitudinem triti-

E Tres Patres. Venter animæ est imaginatiua. Ambrosius. Imaginatiuam eiusdem animæ ventrem esse censent Tres Patres apud Theodoritum, quod ea, vt venter simul cum rebus superfluis ciborum succos ab illis indiscretos continet, vna cum rerum visibilibus speciebus earum rationes gerit; vt aceruus quidam, & repositio, ac conseruatio rationis veritatis rerum omnium, quæ inter species, vt inter spinas triticum, circumtecta includitur, donec per scientiam cogitatio ipsam distinguens atraxerit, nudamque ab omni integumento, & dubitatione ad mentem transmiserit. Circumvallata vero & hæc repositio tranquillitate, quæ agri liliorum exemplo in Euangelio declaratur, ne istius vitæ sollicitudinibus mens, quasi bonus agricola spiritali ipsius fructu priuetur.

Ad B. Mariæ vterum referens hæc Ambr. lib. de inslit. Virg. cap. 14. In eo, ait, simul aceruus tritici, & lilijs floris gratia germinabat: quoniam Christum generabat granum tritici, & lilium.

Tres Patres. Venter animæ est imaginatiua.

Ambrosius. Maria vterus suus erat aceruus tritici.

Rupertus.
Maria cor
aceruus tri-
tici vallatus
lilis.

Sed Ruper. Abb. de interiori potius cordis ventre eiusdem Virginis hæc dicta accipit. In quem ventus triticum congregatum ait, cum illa aconferuabat omnia verba, conferens in corde suo: Vallatus vero lilis eundem dici, inquit, ob eius puritatem.

Verf. III. cap. VII. *Duo vbera tua sicut duo hinnuli caprea gemelli.*

Verf. IV. cap. VII. *Collum tuum sicut turris Eburnea.*

QUæ circa vberum encomium dicenda hic ferent, videri possunt supra in versic. 5. cap. 4. sicut & quæ dicenda essent circa encomium colli; habentur in ver. 4. eiusdem capituli item quarti. Illud diuntaxat hoc loco notandum, eburneum dici sponsæ collum ob candorem eximium.

Appendix Expositionum, Ex Antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. Verf. 3. Saluatores tui, qui te redempturi sunt, similes sunt Moyfi & Aaron filijs Iocabed, qui comparantur duobus hinnulis gemellis caprea.

Verf. IV. Iudex quoque tuus, qui iudicat iudicium tuum, fortis est super populum, vt alliget eos, vt trahat eos, qui condemnantur in iudicio, ad carcerem: sicut Salomon Rex, qui fecit turrim eburneam, & subiecit populum domus Israel, & conuertit eos ad dominatorem sæculi.

Prædicato-
res sunt vbera
Ecclesie.

Quoad vberum encomium: constat inter Patres fere omnes vel sanctos Ecclesie Doctores, ac Prædicatores, vel eorumdem Doctorem doctrinam sub vberum metaphora designatos: Quæ dicantur duo: vel quia prædicatores sunt de duobus populis, Iudaico, & Gentili; vel quia eorum doctrina est de duobus testamentis. Præter ea, quæ in præcitato loco c. 4. relata sunt, nil apud eosdem Patres reperi, quod hic notandum censuerim.

Rupertus.
Maria hu-
militas col-
lum, & tur-
ris eburnea.

Quoad alterum colli encomium: Illud primo notandum, quod à Ruperto Abbate asseritur, collum B. Mariæ, id est, illius humilitatem, quia fortissima; atque pulcherrima extitit, dictam turrim eburneâ: atque ob id à Deo data eidem Virgini duo vbera tam insignia duosque gemellos, ac dulces hinnulos, virginitatem, & fecunditatem: quia eam respexit humilitatis turrim.

Cassiod.
Greg. Pap.
Beda.
Anselm.
Prædicato-
res sunt col-
lum ecclesie.

Porro per Ecclesie collum Cassiodorus, Greg. Papa, Beda, & Anselmus sanctos accipiunt Doctores: quandoquidem per arterias colli vox egreditur, & colli ministerio ceteris membris alimenta ministrantur, vt ait Cassiodorus. Hoc vero collum turri eburneæ comparatur secundum eundem Cassiodorus, quia sancti Doctores pulchritudinem, & robur eidem præstant Ecclesie: pulchritudinem sincere, & caste viuendo: robur, muniendo illam aduersus imperus hæreticorum. At secundum Greg. Papam, quia prædicatores isti & alti per contemplationem, & fortes per sanctorum operum exercitationem, & pretiosi per diuinam sapientiam habentur.

Philo.
Sacerdotes
sunt collum
Ecclesie.

Philo Carp. per idem Ecclesie collum sanctos accipit sacerdotes, qui vt Christo proxime adherentes, ipsius Ecclesie capiti, eius corpus, & sanguinem fidei populo ministrant: Recteque eam, quæ illis necessaria est puritas, per eboris candorem designari, inquit.

Aponius.
Martyres
sunt collum
Ecclesie.

Sanctos Christi Martyres eodem Ecclesie collo designatos censet Aponius, qui colla sua sub iugo seruitutis Christi mittentes, numquam subducunt: & exemplum martyrij à capite Christo susceptum, ad totum corpus Ecclesie posteris futurum transmittunt: Turri eburneæ comparati, cū in toto mundo altis virtutibus ab omni populo conspiciantur.

Ebur enim, ait Aponius, quamdiu carne obtegitur, non apparet pretiosum: cum autem à carne fuerit separatum, tunc ad ornatum proficit Regis. Ita & supradictorum anima tunc erit thronus, vbi Deus per virtutem signorum sedere conspicitur, cum à corpore sit separata: Qui moribus fuerant bestie dum carnaliter vixerunt, tunc cognito creatore, pretiosa martyrij in conspectu Domini affecti sunt morte.

Notitiam scripturarum, quæ frequenti meditatione conquiruntur, collum spiritualis sponsæ asserit Iustus Orgelitanus: Idcirco autem turrim eburneâ: quia qui verbo Dei afsistit, quotidiano profectu pernitorem iustitiæ in excelsiora proficiunt.

Iustus.
Scripturarum
notitia collum
Ecclesie.

B Si animæ collum exquirat quis, explicat illud Philo Carpathius dicens, per collum purissimum mandatorum Dei nitidam, ac mundam obseruationem, integramque iustitiam, & vinculum sanctissimum, ac nexum fidelis animæ, ac Iesu Christi, significari.

Philo Carp.
Oseruatio
diuinorum
præceptorum
collum iusti.

Ad quæ forsitan tendunt & hæc, quæ habentur à Theodorito: *Collum tuum sicut turris Eburnea.* Remotum est enim à nigredine: & iugum meum suscipiens, factum est candidum: & cum hostibus vti turris est formidandum, cum amicis amabile propter nitorem.

C Denique Tres Patres apud eundem Theodoritum, cum per duo eiusdem animæ vbera duplicem sumpsissent doctrinam, naturalem, & moralem, qua imperfectiores tamquam lacte nutrit: per eius collum vim intelligunt rationis: quæ, vt collum capiti totum corpus reliquum, ita menti sensum connectit; & instar turris per virtutem à rebus carnalibus ad spirituales, ac celestes extollitur, & est leuis, ac pura, quale est ebur; quoniam ab inæqualitate, quæ in excessu, defectuque virtutis inest, & animas inquinat, est remotissima.

Theodor.
Tres Patres
Rationis vim
est collum
anima.

D Ex Verf. IV. cap. VII. *Oculi tui sicut piscina in Hesebon, quæ sunt in porta filia multitudinis.*

EXPOSITIO I.

Iuxta sonum literæ.

Post colli encomium à toto puellarum choro in hoc ipso verf. 4. decatumum, vna ex eodem choro præ ceteris allecta præstantissimo oculorum eiusdem sponsæ splendore, haud sinens, vt chorus membrorum eorum encomia prosequatur, quæ inter oculos, atque collum media existunt, Labiorum, dentium, & genarum, quæ alioquin eximij præconijs celebranda supererant, provt alias à sponso exacte illa nouimus celebrata; ad ipsos oculos, eorumque in primis fulgorem eximium extollendum prorumpit. Ideoque insignioribus, quæ in Iudæa essent, piscinis, seu stagnis, aut fontibus (hæc enim omnia hoc loco per vnâ significatur Hebraicam vocem) illos comparans, ait: *Oculi tui sicut piscina in Hesebon, quæ, &c.* Comparatione sane peroptima; cum ob ingentem similitudinem, quæ inter oculos est, atque fontes, vno eodemque vocabulo tam Græco, & Hebræo, quam Hebraico פֶּיִן ngain, fons, atque oculi significetur; vt aperte patet ex eo, quod cap. primo Thre. iuxta lectionem Hebr. sic habetur a, *Oculus meus fons meus* (eodem vocabulo repetito) *deducens aquas: efficacius, quam in nostra vulgata: Oculus meus deducens aquas.*

Oculus &
fons eodem
vocabulo
significantur
& in Hebr.
& in Græc.
a Thre. 1. 16

Pro intelligentia eximij encomij huius, allataque similitudini s, nonnulla sunt supponenda. Primam, *Hesebon*, siue *Hesbon*, cuius hic fit mentio, extitisse nobilissimam Urbem citra Iordanem, quam olim Schon Regis Amorrhæorum Regiam extitisse se legitimus Num. 21. b & Iosue item 21. c stagnis aquisve

b Num. 21.
26.

aquisve abundantem, prout ex hoc ipso Canticoꝝ loco colligitur, communi fere sensu. Neque enim probo, quod à Nicolao de Lyra, atque à Moncaio cum aliquibus Hebræorum asseritur de piscinis, quæ erant Ierosolymis hic verba fieri, ipsamque Ierosolymam vocabulo Hesbon significari, quatenus vox Hebræa *חֶסְבֹן* Hesbō haud proprie lumenda sit, sed appellatiue, vt numerum significat, & æstimationem, atque adeo & Ciuitatem Ierusalem, quæ inter vniuersas Iudææ vrbes, æstimationis sit maxima. Sicut autem istud non probo, quia vim infert litteræ: ita nec illud necessario amplectendum duco, quod ab ijs asseritur: comparatos duos sponse oculos duabus piscinis, quæ illustriores fuerint ad portam assignatam prædictæ Urbis ob eandem rationem; cum ex originalibus Hebr. & Græc. pateat, piscinarum non duarum duntaxat, sed plurium in genere fieri mentionem. Illud vero duntaxat ex textu necessario colligitur, ad nobilissimam dictæ Urbis portam piscinas extitisse insignes, adeo vt in hominum ore eæ versarentur tamquam in tota Iudæa pulcherrimæ. Insuper & illud quoque supponendum, id quod prædictæ portæ adijcitur, *filia multitudinis*, esse eiusdem portæ nomen proprium, quippe quæ Hebraico vocabulo diceretur *בַּת רַבִּים* bath rabbim, quod interpretatur, *filia multorum*, vt illud reddiderunt Sept. seu, *filia multitudinis*, vt habes in Vulg. Exinde enim nomē istud ei inditum est portæ, quod frequenti populorum concursu esset celebris; vel quia in ea præcipuum esset Urbis forum; cum ex compluribus sacræ scripturæ locis constet, in portis iudicia, & mercatus fieri solitos, & populorum conuentus: vel fortasse, quia magna populi multitudo ad eam tenderet portam, allecta ad spectandas insigniores, quæ in illa erāt, aquarum piscinas: quod magis ad rem nostram facit. Quomodo cumque tamen sit, illud in hoc vocabulo notandum, vocem *filia* adhibitam phrasi Hebraica, secundum quam filia, seu filiorum vox frequenter ornatus duntaxat causa adijcitur, vt Ierem. 17. 19. *Vade, & sta in porta filiorum populi*, id est, in porta populi, scilicet frequentis, vnde subiicitur: *Per quam ingrediuntur Reges Iudæ, & egrediuntur, &c.* & Ierem. item 4. vers. 11. *Quæ sunt in deserto, vix filia populi*, quod idem est, ac si diceretur: *Via populi*, scilicet frequentis: atque adeo & quod hic dicitur, *In porta filia multitudinis*, tantumdem est, ac si diceretur, *In porta multitudinis*.

Filia aut filiorum vocabulum phrasi Hebraica adijcitur sepe ad ornatum duntaxat. Ierem. 17. 19. & 4. 11.

Testius sensus.

His suppositis facile est iam præsentis encomij assignare sensum: Ex duobus enim potissimum sponse oculi in eo commendantur; ex fulgore nimirum, serenitate, ac claritate, atque adeo ex eo, quod ad se conspiciendos alliciant vnde quaque. Et profecto haud aptius prima claritatis laus in eos conferri potuisset, quam comparatione piscinarum, quæ limpidissimis effluerent aquis: quandoquidem & oculi exinde vniuersam suam habent claritatem, quod aquei sunt, tribusve abundant humoribus, albugineo, vitreo, & crystallino. Secunda quoque laus, quæ omnium est maxima, peroptime particularium piscinarum illarum similitudine expressa est, quæ in porta illa Hesebon erant, piscinis alijs, quæ in Iudæa tunc essent, maxime insignium. Hac enim vna similitudine id omne in eisdem oculos cõferretur laudis, quod in pulcherrimos altos quosque posset conferri. Laudantur namque ex absoluta partium omnium perfectione, ex debita quantitate, debito colore, debita honestate, necnon & ex debita palpebrarum, ciliorumque dispositione, ac pulchritudine; per quæ omnia fiebat, vt tantam ij haberent vim alliciendi, quantam nimirum & prædictæ piscinæ, quæ ex eo, quod omnimoda insignes essent pulchritudine, vltra limpidissimarum aquarum copiam, etiam omnibus partibus essent absolutæ, congruenti tum amplitudine, tum situ, tum adhibito ornamentorum decore, tum demum & aquarum quiete: Ipsa duntaxat fui

fama tantam ad se spectandas alliciebant populorū frequentiam; vt portæ, cui adiacebant, speciale nomen indiderint, *בַּת רַבִּים* bath rabbim, seu, *filia multitudinis*.

Hunc ergo germanum censeo istorum, quæ in hoc oculorum encomio dicuntur, & satis accommodum, ac facilem sensum. Non respuo tamen, quæ asseruntur vel à Legionensi existimante, similitudine piscinarum Hesebon sponse oculos ex triplici oculorum speciali conditione laudatos: ex amplitudine, propter quam inquit & Homerum Iunonem appellasse, *βουνοειδης*, id est, bouinos oculos habentem, ob magnitudinem oculorum iustam, atque decentem: ex serenitate, ex qua existit lumen, ac splendor: & demum ex quiete, ac stabilitate, quæ cum ipsa in oculis est grauitatis, & decoris plena, tum certe constantis animi, atque simplicis est indicium; cum è vestigio quorum oculi, atque palpebræ magna celeritate mouentur, aut timidi sint, aut omnino vafri, atque fallaces. Vel à Martimo Del Rio addente, per eandem similitudinem eisdem oculos celebrari in primis ex insigni eorum specie, quæ tribus iam supradictis humoribus apte temperatis, nitida, pellucida, & speculari more fidelis in pupilla repræsentatrix imaginum est. Hæc enim tria ex perpulchris, inquit, piscinis, stagnis, ac fontibus laudis potissimum sunt, si liquido humore abundent, si pelluceant, si speculorū more reddant imaginem intuentis: Aditque, piscinæ quoque cum oculis, seu cum humore eorum crystallino id esse commune, vt, cum eius origo latenter subtus scaturiat, extima tamen superficies foris serena, stabilis, quæta perseueret.

Legionensis.

Del Rio.

Circa lectionum varietatem, duo sunt adnotanda. Primum, quod aduertitur à R. Salomone in suis Comment. Hebraicam vocem *בֵּרְכֹת* berechoth, quam noster Interpres pro piscinis accepit, communiterque etiam Hebræi pro piscinis, seu stagnis, aut fontibus sumunt, vsu Thalmudico pro columbis accipi posse: Ac si dicatur, *Oculi tui sicut columbæ, &c.* quo encomio sapius in hoc Cantico commendatos nouimus oculos. Secundo notandum, Aquilam, teste Theodorito, pro Hesebon legere, *cogitationum*.

R. Salomon.

Aquilæ

Ex Vers. IV. cap. VII. Oculi tui sicut piscina in Hesebon, quæ sunt in porta filia multitudinis.

EXPOSITIO II.

De prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

Inter ea, quæ spectabilem Catholicam reddunt Ecclesiam, insignis, quæ prædita est, merito numeratur scientia, per quam ad illam haud minus alliciuntur quique, quam per oculos pulchros ad corpoream pulchritudinem admirandam alliciamur. Ideo in panegyrica hac laudum eiusdem Ecclesiæ oratione, post laudatum sanctorum Prælatorum ordinem duplici metaphora vberum, atque colli, congruenti sane ordine ipsa eius celebratur scientia; vtpote per quam ijdem Prælati ita redduntur spectabiles; vt qui sine illa sunt, nec digni sint, qui in tam eximium adscribantur ordinem: sub oculorum vero metaphora, & similitudine piscinarum ea celebratur: quandoquidem per ipsam Ecclesia & dignoscit vniuersa, æque ac per oculos singula dignoscit & corpus: & diuina non minus redundat sapientia, de qua dicitur: *a Aqua sapientia potant eos: quam limpidis piscinæ exuberant aquis.* Quin & in eo oculis, atque piscinis eadem

4 Scientia Ecclesiæ celebrata sub oculorum metaphora & similitudine piscinarum.

2 Eccl. 15. 3. Simile.

eadem est similis, quod sicut piscinæ occulte aquas ex altis montibus fluentes, summaque cum quiete fuscipiunt; & oculi per occultos neruos opticos vitales spiritus e capitis cerebro latenter admittunt: Ita & ipsa scientiam in se habeat latenter, summam quiete e cellissimis coelis delapsam. Porro eam similitudine restringitur ad particulares piscinas, quæ insigniores inter piscinas Iudææ reliquas erant in Hesebon, ad illius portam frequentiori populi conuentu præcipuam, id omne in eadem Ecclesiæ scientia extollitur, quod insignis, atque præclari celebrari in illa queat. Laudatur ex amplitudine; quid enim ea latius, quæ nedum per vniuersum terrarum Orbem, perque amplissimos coelorum ambitus; sed & per latissimum celum empyreum, perque immensum Deum ipsa sese expandit, ita vt multo verius de Ecclesiâ illud profertur possit, quod de Salomone dictum reperimus in 3. lib. Reg. *b Dedit quoque Deus sapientiam Salomoni, & prudentiam multam nimis, & latitudinem cordis.* Laudatur ex quiete, cum e vestigio mundi scientia ob inquietitudinem, quam in se habet perpetuam, rectius mari comparetur ventis, imbribusve fluctuanti, iuxta illud Ecclesiastes, in quo sapientissimus Salomon eam expertus inquietitudinem, libere illam fatetur dicens: *c In multa sapientia multa est indignatio, & qui addit scientiam, addit & laborem.* De scientia namque, & sapientia Ecclesiæ per sapientem illum dicitur: *Intrans in domum meam, conuiesca cum illa: non enim habet amaritudinem conuersatio illius, nec tædium conuictus illius, sed letitiam & gaudium.* Si claritatem requiras, quid ea illustrius, de qua Sapiens dicebat: *d Proposui pro luce habere illam, quoniam inextinguibile est lumens illius. & e Est hæc speciosior sole, & super omnem dispositionem stellarum: luci comparata inuenitur prior.* Quod si speculorum more & representationem imaginis eius, qui intuetur in limpidiſsimis harum piscinarum, horum Ecclesiæ oculorum, eiusdemque Ecclesiæ aquis exquiras: sane sicut per eundem sapientem illa dicitur: *a Speculum sine macula Dei maiestatis, & imago bonitatis illius: quatenus Dei, eiusdemque maiestatis, ac bonitatis imaginem nobis refert cuiuscumque nostrum, cum nunquam melius, qualis demum quisque sit, intelligere possit, quam si in Ecclesiæ scientia, quæ circa Deum, diuinaque; versatur præcepta semetipsum spectet.* De errorum, prauorumque dogmatum maculis in oculis hæc, sicut de cæno in prædictis piscinis, nec vlla insurgere potest suspicio. Quapropter nec illud mirandum, si omnes vel etiam mundi sapientes per eam ad Ecclesiam alliciantur Catholicam; ita vt propterea dici illa debeat *filia multitudinis.*

Ex Vers. IV. cap. VII. Oculi tui sicut piscinæ in Hesebon, quæ sunt in porta filie multitudinis.

EXPOSITIO III.

De secunda Sponsa, quæ est Anima Iusti.

5
Contemplationis studium, oculi pie animæ.

Contemplationis studium, seu ipsa contemplationes, & meditationes, quibus pia anima in eo se exercet studio, illius spirituales esse oculos, qui commendantur, nemo iure abnuet, qui oculorum nouerit munus. Illud potius hoc loco difficultatem videtur habere, quam proportionem, quamve congruentiam spirituales hi oculi cum aquis habeant: ita vt si laudibus celebrandi sint, piscinarum celebrari debeant similitudine, & piscinarum earum particularium, quæ in Hesebon, & ad portam extiterunt filie multitudinis. At cui modus compertus sit, quo piscinæ aquis redundant, nihil horum difficile erit inuenire congruentiam rationem: Enimvero sicut piscinæ eatenus pulchrarum piscinarum merentur nomen, quatenus eas in se continent a

quas vias, quæ e proprio ipsarum fundo scaturiunt, quæve consequenter limpidiſsimæ sunt, atque vniuersos ad se spectandas alliciunt: Ita & demum eximie sunt pie animæ contemplationes, quæ lacrymarum exuberent aquis ex ipsarummet fundo, atque e penetrabilibus cordis scaturientibus. Ex hoc quippe in illis consequitur contemplantis animi serenitas, quodve vix credi potest, vt nedum celestes spiritus, sed & Deum ipsum ad se alliciant. Quod si amplitudinem quoque in ijs commendari quis velit, per amplissimarum piscinarum similitudinem, id certe non abnuo: Nam & ipsas amplissimas esse, sat patet, cum ad vniuersi Orbis opificium se extendant; ad hominis dignitatem, eiusdemque miseria: ad immensa Dei beneficia; ad Verbi incarnationem; ad Christi vitam, passionem, mortem, & gloriam: ad mortis articulum, ad iudicij diem; ad inferni poenas; ad celestem gloriam, ac demum ad eiusdem Dei celsitudinem, æternitatem, & immentitatem. Quin in tanta illarum amplitudine id quoque summa est laudis, quod haud minori content quiete, quam amplissimæ, & quietissimæ piscinarum: neque enim sese inuicem turbant, at adiuuant potius, non secus ac duo oculi in vno intuitu sese inuicem adiuuant ad bonam promendam visionem. Maxime autem id est notandum, quod eæ piscinis in Hesebon potissimum cõparantur, & ijs, quæ sunt in porta filie multitudinis. Siquidem cum Hesebon interpretetur cingulum doloris, illud primo per hæc significatur, pie animæ contemplationes ijs potissimum exuberare lacrymarum aquis, quæ e contritione proueniunt, & circa dolorem versantur peccatorum vel propriorum, vel alienorum. Bene autem haud fluminibus, fontibus, aut puteis, sed piscinis Hesebon eadem assimilantur, quia piscinæ peculiariter ad tria inferuiunt, ad conseruandos pisces, ad natandum, & ad lauandum. Et contemplationes lacrymarum prædictarum copia abundantes, siue lacrymæ ipsæ similiter ad tria inferuiunt; ad conseruanda, & augenda sancta desideria, quæ instar piscium vix habita prolabantur: ad natandum, per poenitentię opera, atque ad abluenda crimina: quæ duo vltima vnicuique Psalmsi versu expressit David, cū in Ps. 6. dixit *b Lauabo per singulas noctes lectum meum, & lacrymis meis stratum meum natare faciam:* iuxta lectionem Hebraicam.

Contemplationes pie animæ, quomodo ijs piscinis ob lacrymas.

Lacrymæ commoita tria.

Lacrymæ sunt tantum in hoc sacramento.

D

Sed quid est, quod ijs potissimum piscinis in Hesebon eadem comparentur, quæ sunt in porta filie multitudinis: nisi vt per hoc significaretur, contemplationes, ac meditationes hæc lacrymis redundantes, in hoc duntaxat mundo esse? Enimvero in coelis quauis tota animarum vita in Dei contemplatione, & dilectione exercebitur: nullæ tamen reperientur lacrymæ. *c Absorget namque Deus omnem lacrymam ab oculis sanctorum,* ait Ioannes in Apocalypsi. At in hoc mundo, qui congruentissimo vocabulo, lacrymarum vallis nuncupatur, lacrymarum piscinis omnes affluunt. Nam tristitia, dolor, & labor in peccati poenâ a Deo exhibita fuere post Adæ inobedientiam. Quamquæ (vt recte ait Chrysostomus homil. de poenit.) Deus pro sua immensa misericordia, quod in poenam dedit, vertit postmodum in salutem: peccatum enim dolorem genuit; & dolor peccatum ipsum contriuit. Et quemadmodum vermis in ligno natus, lignum comminuit: sic dolor per peccatum inductus, peccatum conterit. Quod si quis quærat, quam ratione per portam filie multitudinis mundum significatum dixerimus: Si recolamus, quod dictum est in prima expositione per portam filie multitudinis significari frequentissimum forum: recta ratione mundum sic appellatum intelligemus: quandoquidem & ille forus est frequentissimus, per quod alij ingrediuntur nascentes, alij egrediuntur morientes.

c Apoc. 8. 13.

Lacrymæ, & dolor a peccato causati ipsi sunt conterunt peccatum. Ioan. Chryst.

F

Ex Vers. IV. cap. VII. Oculi tui sicut piscina in Hesebon, quae sunt in porta filia multitudinis.

EXPOSITIO IV.

De tertia Sponsa, quae est B. Virgo Maria.

6 Maria fides quomodo simili piscinis praestantissimae.

Spirituales Gloriosae Virginis oculos ipsam eius esse fidem, explicatum est alias a nobis. Quomodo vero isti illius oculi praestantissimae sint piscinarum omnium, prout in hoc oculorum encomio significatur, facile est intelligere, si supponamus id, quod sepius quoque probatum fuit a nobis, caelestes gratias aquarum metaphora in sacris litteris designari solitas. Enimvero tamquam in pulcherrimis piscinis limpidissimas, & copiosissimas aquas istas in Mariae fide quodammodo contentas haud incongrue eo sensu dicere fas est, quo illi a B. Elisabeth dictum est: a Beata quae credidisti, quoniam perficientur in te, quae dicta sunt tibi a Domino: Quae enim credidit vna cum fide sua perfectissima, seu in ipsa fide sua beatitudinem obtinuit illam, quae ei obuenit ex plenitudine gratiae, atque ex Spiritu sancto, qui in ipsam superuenit; necnon & ex obumbratione virtutis Altissimi per Verbi incarnationem factam in eius ventre. Et vide amabo, quam apte huic eius fidei piscinarum congruat vocabulum: Piscinae enim copiosis exuberant aquis, quae & celsis quidem desuunt montibus: sed tamen ex ipsorum fundo scaturiunt. Quis vero nesciat, gratiarum aquas a caelis in Mariam defluxisse: attamen quod quasi fide eius scaturierint, dum, quia credidit, speruenit in eam Spiritus Sanctus, quo eius impletus est veter, ex iis Domini verbis facile colligi potest, quibus in Evangelio ait: b Quis credit in me, flumina de ventre eius fluent aqua viva. Vbi tamen ventris nomen pro corde positum accipiendum sit, cum indefinite de quolibet credente est sermo: cum tamen eadem verba & de B. Maria sumuntur, quae praeter ceteris omnibus perfectiori credit fide: nedom pro corde, sed & pro ventre quoque & vtero recte sumentur. E quo ventre illae fluxerunt aquae, instar aquarum piscinae quietissimae, de quibus apud Isaiam dicit Dominus: c Pro eo, quod obiecit populus iste aquas Siloe, quae vadunt cum silentio, &c. Vbi per aquas Siloe, quas piscinam, & natatoria existisse, colligitur ex Evangelio Ioannis, d Christus intelligitur, eiusve gratiae: de quo in praecedentibus sermo habitus fuerat, quemve ibi appellandum legimus: e Accelera spolia detrabere; Festina praedari.

a Luc. 1.45

Simili

b Jo. 7.38

c Isa. 8.5

d Io. 19.7

e Isa. 8.3

A res, neglectis terrenis gaudiis: cingulo mœroris se constringunt, caste, & sobrie viuentes in hoc saeculo, & pro suis, aliorumque erratis desunt. In porta autem multitudine esse dicuntur, quia nullus Ecclesiam ingreditur, nisi per eos salutari baptismatis abluatur aqua, & salutari pariter potetur sote doctrina. Hise consentiunt, & quae dicuntur a Beda, Iusto Orgeitano, & Anselmo; tangitque hunc sensum & Aponius, & sequitur illum aperte Greg. Papa dicens, spirituales hosce Ecclesiae oculos dici sicut piscinas in Hesebon: quia dum peregrinatione sua contristantur, & mœrore corroborati contra spirituales hostes accinguntur, lacrymis se lauant; vt per eos populi conuenienter coram Deo mudentur. In porta autem filiae multitudinis sunt; quia in fide stant, per quam Ecclesiae multitudinem ad caelestia introducunt.

Peda. Iusti s. An. e. n. Aponius. Greg. Pap.

Quia spirituales oculos piscinis comparantur, ad lacrymarum profusionem non incongrue haec referunt aliqui: Vnde Ambros. serm. 16. in Psal. 118. expositi. litterae Ain, leges: Oculi tui stagna in Hesebon, in portis filiae multorum: ait stagna in Hesebon quid est, nisi cogitationibus rationabilibus abundantia, quae est in portis Ecclesiae, cui merito defertur multitudo doctrinae? Oculi ergo iste provideat, quae futura sunt, & si aduersa imminere prouiderit, fletu, lacrymisque; emollire, ac mitigare non desinat. Clarius vero Aponius, In oculis (ait) Ecclesiae pro eo, quod piscinis Hesebon comparantur, illi videntur ostendi, siue qui pro suis, siue qui pro alienis criminibus fontes proferunt lacrymarum, iuxta etymum nominis Hesebon. Eodemque sensu Rupertus Abbashæc refert ad B. Virginem, cuius oculi praeter amore, & desiderio dilecti fluunt lacrymis, quae ex Hesebon, & cingulo mœroris manare dicuntur: quandoquidem Mariae compunctio terra est irrigua aquis, principium quoddam aeternae dulcedinis, sicut Ciuitas Hesebon prima fuit possessio terrae promissionis filiae multitudinis, id est, Israeliticae plebis.

Lacrymarum effusio laudabilis redditur oculis. Ambros.

Aponius.

Rup. Abb. Mariae compunctio qualis.

Ad animae cogitationes, & contemplationes alij haec referunt: notatque propterea Theodoritus, Aquilam pro Hesebon, vertisse cogitationes: Ac si dicatur, Contemplationes animae tuae, & piarum cogitationum copia similes videntur piscinis, aquas vndique suscipientibus: quandoquidem per ora multa doctrinae latices excipiunt, vt portarum vocabulo nominentur ora metaphorice.

Theodor. Ambros. Cogitationes iustae quales.

Et Philo Carpathius haud admodum dispari sensu cogitationum rectitudinem & probitatem laudatam existimat, quae stagnis assimilatae sint, quae sint exuberantes a sacrarum litterarum fluentis, & ex cognitione rerum diuinarum. Per filiam multitudinis namque intelligit Ecclesiam Catholicam, in quam quasi per multas portas per sacramenta ingredimur.

Philo.

At vero tres Patres non tam cogitationes, quam potentias, vnde illae emergunt, per oculos designatas arbitrantur: Ac si dicatur, Animae tuae potentiae speculatiuae, tamquam piscinae aquas, quae in se fluunt, colligentes, in diuinae vbertatis (id enim significat Hesebon) per virtutum incrementum, sensuum opera, per quos quasi per quasdam portas in animam intellectiuam cognitio rerum ingreditur, ex varia rerum natura colligunt cognitionem, quae ex contemplatione comparatur.

Tres Patres. Speculatiuae potentiae sunt oculi animae.

Hugo demum de Sancto Victore in annotationibus in Ioclem prophetam tom. primo, pag. 140. ait: Oculi sponsae sunt claritas fidei, & intelligentia diuini eloquij. Hesebon interpretatur cingulum mœroris; Piscinae Hesebon sunt diuersa genera compunctionis. Oculi igitur sponsae sunt piscinae in Hesebon; quia inde magis magisque clarificantur, vnde in praefatis piscinis frequentius lauantur.

Hugo Vig.

Ex Vers. IV. cap. VII. Oculi tui sicut piscina in Hesebon, quae sunt in porta filia multitudinis.

Appendix Expositionum, Ex Antiquis Patribus collecta.

7 Prædicatores sunt oculi Ecclesiae, sicut piscinae, &c. Celsiodor.

Paraphrasis Chaldaica. Scribae tui pleni sunt sapientia sicut piscinae aquarum, & sciunt confuturare rationes embolismorum, & annos intercalat, & signant principia annorum & mensum in porta domus Concilij magni. Communiori veterum Patrum sensu, oculi Ecclesiae sunt sancti Prædicatores, & Doctores, per quos veluti per oculos in itinere vite presentis fideles diriguntur. Piscinis hos comparatos ait Celsiodorus: quia fideles ipsos vitali lauacro abluunt, & salutari potu afficiunt. Piscinis vero Hesebon, quae interpretatur cingulum mœroris: quia idem prædicato-

F

Ex Verſ. IV. cap. VII. *Nafus tuus ſicut turris Libani, quæ reſpicit contra Damafcum.*

EXPOSITIO I.

Iuxta ſonum litteræ.

O Miſſa opinione eorum, qui nequaquam hæc iuxta ſonū litteræ interpretari poſſe arbitrantur, & opinione Aloyij Legionenſis, ſectatorumque ipſius, qui per naſi vocabulum exiſtimant, ſenerum illud celebrari, quod in ſpōſæ elucebat ore, iuxta eā ſacrarū litterarū phraſim, qua eodē naſi nomine ſignificari ſolet, tum excanſcētia, tum gravitas oris, quæ oritur ex habitu animi celſi, atq; magni. Omiſſa deniq; & opinione R. Salomonis, qui Hebraicā dictionē *Ḥaph*, quā noſter cū reliquis interpretibus naſum vertit, quod & communi Hebræorum expoſitorum ſenſui eſt conſonum, pro fronte accipit, atque adeo pro totius faciei gravitate, quæ præcipue relucet in fronte; vt ſic in panegyrica hac oratione ſeruetur ordo huc vſque ſervatus ab inferioribus ad ſuperiora.

Omiſſis, inquam, hiſ tribus opinionibus, indubitanter cum noſtris Patribus, atque etiam cū communi Hebræorum ſententia naſi vocabulum pro membro ipſo naſi hic ſumendum cenſeo: Vt poſtquam puella illa, quæ ab oculorum ſpōſæ ſplendore allec̄ta haud ſinens reliqua eius membra à toto celebrari puellarū choro, ipſorum oculorum cœpit, abſolvitque encomium, pro vt vidimus in ſuperioribus: Alia ſtatim eiſdem chori puella toti choro pariter verba præripiens, illud in ſpōſa commendare aggrediatur naſi membrum, quod inter ipſos oculos, in totaque ſpōſæ facie perpulchre emineſ, nulla ratione prætermittendum putat.

Pro allatæ autem ſimilitudinis intelligentia, & pro totius encomij huius ſenſu, ſupponendū primo, Salomonem in hoc Cantico paſtores repræſentare, qui & ruſticano loquantur modo, atque adeo eas quoque vſurpare ſimilitudines, quæ ex agris deſumptæ eſſent, atque illa potiſſimum ſeligere, quæ pulcherrima, amœniſſima, viſuque digniſſima vulgo cenſerentur in Iudæa: quo magis encomia, quæ in medium aſſerebantur, amplificaret: ob eandemque rationem maximis, & ingentibus vti rebus, non vt mathematicam (vt inquit) earum vſurpare velit quantitatem: neque enim tantum deſpiebat, ſed vt membri, aut alterius rei, quæ laudabatur ſimilitudinibus hiſce efficacius exprimeret pulchritudinis, & magnificentiæ præſtantiam, pro vt & à profanis quoque Poetis, & in primis ab Homero ſæpius factum, videre eſt. Quod ſi hoc fere ſemper in toto hoc libro fuit obſervandum, in iſto præſertim naſi encomio obſervari debet; cum alioquin pro laude in ſpōſam maximum inureretur deformitatis opprobrium; quando adeo aſſereretur naſuta, vt naſo ipſo ſuo turrim adæquaret Libani.

Supponendum ſecundo, & hoc quoque loco pro vt piſcinæ in ſuperiori oculorum encomio, turrim eam in comparationem aſſumi, quæ vulgo tunc cenſeretur præſtantiſſima, & maxime erecta, qualē certo extitiſſe oportuit illam, quæ in celſiſſimo Libani monte ædificata erat. An vero turris iſta à Salomone ædificata fuerit, vel ab alio; neque ex hoc loco, neque vſquam alibi ex factis litteris colligi poteſt. Id tantum hic habemus, illam in ea Libani parte conſtructam fuiſſe, quæ verſus Damafcum erat, à Libano haud admodum longe diſtanti: hocque ſenſu intelligendum, quod in Vulgata dicitur: *Quæ reſpicit contra Damafcum*: Leſtio Hebræa ſuadet, & verſio Sept. quæ habent:

A *Quæ ſpectat faciem, ſeu, facies Damafci.* Ex quibus & id colligere licet, quod ſatis probabiliter ab aliquibus aſſeritur, turrim prædictam eo loci ædificatam, ad excubias faciendas adverſus Damafcenos, & Syros, qui è Damafco totius Syriæ capite Iudæam infeſtarent: Infeſtatam namque Iudæam à latrunculis Syriæ legimus manifeſte in 4. lib. Reg. 4

a 4. Reg. 24.
2.
Senſus.

Hiſ ſuppoſitis, iam facile eſt ſimilitudinis, encomiique vim huius explicare, & ſenſum: ex quatuor enim pulcherrimi naſi dotibus & ſpōſæ naſus hic commendatur.

Primo, ex eo, quod ſuper ſpecioſiſſima facie, concinna erectuſeſt proportione, ſicut turris illa ſuper pulcherrimo erecta eſt at Libani monte. Secundo, ex eo quod, haud tortus ille eſſet, at perfectæ rectitudine extenſus, pro vt turris Libani ita erecta erat, & abſque vlla curvatura, vt nemo dubitaret, eam factam ad perpendicularum. Tertio, ex gravitate pariter, & maiestate, qua petulantibus non minus incuteret pauoris, quam turris illa incuteret hoſtibus. Experiencia ſiquidem obſervamus, non tam oculorum, quam oris, & ipſius naſi rictu, ac geſtu nos ſignificare, cum quid nobis diſplicet, cum ve quempiam à nobis repellere volumus. Et demum quarto, ex eo pariter celebratur, quod tanto in percipiendis, ac diiudicandis odoribus, atq; faetoribus polleat acumine; vt facile quemcumque vel longiſſime diſtante dignoſcat: non ſecus ac è turri Libani facile, quotquot è Damafco in Iudæam tenderent, vel à longe dignoſci poterant, amice eſſent, an hoſtes.

Ex Verſ. IV. cap. VII. *Nafus tuus ſicut turris Libani, quæ reſpicit contra Damafcum.*

EXPOSITIO II.

De prima Sponſa, quæ eſt Eccleſia Sancta.

EX eo, quod Hebræorum quidam hæc referunt ad eminentem Regiam, aut ſacerdotalem dignitatem (nam R. David in 22. cap. Ezech. Regem ſub metaphora designatum, ait, meliusque R. Abraham Aben Ezdra in ſuis ſuper hunc locum comment. Summum accipit ſacerdotem, quin facie Synagogæ ſublimior eminebat) libenter in eam adducor ſententiam, vt ſummum Romanæ Eccleſiæ Antili-

10
R. David.
R. Abraham
Pontifex
Romanus
laudatus
ſub meta-
phora naſi.

tem hic commendari, ſeu potius Catholicam Eccleſiam per excellam dignitatem iſtam cenſeam celebrari; & ordine admodum congruente poſt encomia Prælatorum, & ſcientiæ eiſdem Eccleſiæ; cum Sūmus Pontifex reliquos Prælatos efficiat, & iudicet, atque deponat, cum opus fuerit; cumque idem ſit quaſi arca quædam, & promptuarium Eccleſiaſtica ſcientiæ. Porro peregrinæ dignitas iſta, & naſi metaphora, & ſimilitudine extollitur *Turris Libani, quæ reſpicit contra Damafcum*: cum in Romana emineat Vrbe, quæ & tamquam facies mundani corporis, celſior eſt vrbibus reliquis vniuerſi, & tamquam celſiſſima in Iudæa Libanus, particularibus Eccleſiis omnibus eſt illuſtrior. Rectitudinis quoque laus ita ei conuenit, vt nil prauitatis & in eius dogmatibus, & decretis reperiri queat: ideoque nedum quaſi rectitudine, ſed & melius rectitudine celebrata eſt validiſſimæ turris, quæ à turri ipſa ſeparari non poteſt; cum per Dominū id pollicitum Petro legimus, vbi dicitur: *a Rogavi pro te Petro, vt nō deſiciat fides tua: & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos.* Perhanc namque Petri ſedem tamquam per fortiſſimam turrim Libani vniuerſa roboratur Eccleſia: Summuſque Pontifex eſt, qui vniuerſos confirmat Eccleſiæ Prælatos. Cuiuſnam vero iudicio diſcernuntur hæreſes,

a Luc. 22.
22.

9
Legionenſis.
Naſus pro
ſeneritate
faciei poſi-
tus.

R. Salomon.
Naſus pro
fronte vſur-
patus.

Turris Li-
bani quæ.

nisi iudicio Summi Pontificis, qui vel à longe eas odoratur? Adeoque eiusdem sedis hæretici metuunt maieftatem, vt propterea nedum ipsi ab ea se elongare nitantur pro viribus; sed & quotquot possunt, ab illa auertere saragant. Vident tamen eam (velint, nolint) vt validam, celsissimamque, & rectam turrim, è qua eorum obseruentur fraudes.

Ex Verf. IV. cap. VII. *Nasus tuus sicut turris Libani, quæ respicit contra Damascum.*

EXPOSITIO III.

De secunda Sponsa, quæ est Anima Iusti.

II Discretionis laudes.

b 2. Cor. 12. 10.

QVia naso odores à fœtoribus etiam à longe discernuntur, recte communiore Sanctorum Patrum consensu, illud hoc loco sub nasi metaphora celebratur in pia anima Spiritus sancti donum, eaque virtus, quam Apostolus Paulus b discretionem appellat Spirituum: Nos sagax, prudensque iudicium, seu virtutem dicamus simplicis discretionis, quæ bene turri Libani respicienti contra Damascum comparata, commendatur ex pulchritudine, ex eminentia, ex rectitudine, ex prudenti, sagacique iudicio in discernendis singulis rebus, & demum ex eo, quod timorem incutiat hostibus, qui per Damascum significantur; Ciuitatem Israelitico populo semper aduersam.

Discretio bona quæ.

c Rom. 8. 6. Bernard.

Primum autem dicta similitudine discretio apte laudatur pulchritudinis; quia sicut ea turris dicitur pulchra, quæ in pulchro situ pulchris extructa est lapidibus, summamque in partibus singulis habet proportionem: Ita & piæ animæ discretio sanctitatis pulchritudine laudatur: quia sanctis coaluerit exercitijs, & vndeque singulis exornata sit virtutibus simul proportionem maxima iunctis. Atque adeo discretio illa, quæ hac caruerit pulchritudinis conditione, virtutis quoque indigna est nomine: prudentiam enim carnis illam appellat Paulus. c Discretio, inquit Bernard, sermon. 49. in Cantic. non est tam virtus, quam quædam moderatrix, & auriga virtutum, ordinatrixque affectuum, & morum ductrix. Tolle hanc, & virtus vitium erit, ipsaque affectio naturalis in perturbationem magis conuerteretur, & exterminium naturæ.

Simile. Discretionis rectitudo ex simplici obedientia.

Casianus.

Rectitudo pariter in discretionem laudatur, vt similis est rectitudini turris: quia sicut turris illa recta est, quæ ad amussim, & perpendicularum facta sit: ita discretio illa dicenda est recta, quæ ad obedientiæ regulam, & perpendicularum sit directa. Vnde præclare Casianus collat. 2. ca. 10. Vera, inquit, discretio non nisi vera humilitate conquiritur. Cuius humilitatis hæc erit prima probatio, si vniuersa non solum, quæ agenda sunt; sed etiam quæ cogitantur, Seniorum referentur examini: Vt nihil quis suo iudicio credens, illorum per omnia definitionibus acquiescat, & quid bonum, vel malum debeat iudicare, eorum traditione cognoscat. Discretio, quæ hac rectitudinis conditione caruerit, nedum haud laudabilis, sed & vt maxime damnabilis reputatur à Patribus. Vnde Bernard. Serm. 1. in festo conuersionis S. Pauli sic ait: Multorum vsque hodie pusillanimitas, & peruersitas exigit, vt ab eis queri oporteat, quid vis vt faciam tibi? non ipsi querant, Domine, quid me vis facere? Non est obedientia eorum plena: non in omnibus parati sunt obsequio: non per omnia sequi proposuerunt eum, qui non suam, sed Patris venit facere voluntatem. Discernunt, & diiudicant eligentes, in quibus obediant imperanti: imo in quibus præceptorem suum ipsorum obedire necesse sit voluntati.

Bernard.

A Ex eminentia celebratur tertio eadem discretio nis virtus: quia sicut nasus præminet vniuersis membris, quæ sunt in hominis facie, & sicut turris vniuersis ædificijs, quæ sunt in ciuitate, & monte, super quem erecta est: & sicut dux vniuerso exercitui: Ita & ipsa vniuersis præminet virtutibus, quæ sunt in anima, quod à B. Antonio probatum legimus in illius vita, & Io. Casianus in collat. 2. epist. c. a. d. d. cæterorum responsonibus circa propositam inter Monachos quæstionem, quanam virtus inter virtutes omnes eminentior esset censenda. Omnia, dixit, quæ dixisti, necessaria sunt, & vtilia sitientibus, atque ad Deum cupientibus peruenire: sed his principale tribuere gratiã nequaquam nos innumeri multorum casus, & experimenta permittunt. Post multa vero intulit virtutibus omnibus præferendam discretionem, quam lucernam, & oculum ait vocatam in Euangelio a.

Simile. Di cretio eminentior reliqua.

Casianus.

a Matr. 6. 22.

Discretio sagax, & prudens.

B Sed & quarto eadem discretionis virtus ex summa laudatur sagacitate, quæ per eam prædita est pia anima, in discernendis spiritibus, in diiudicandis virtutibus, atque vitijs, in discernendis bonis affectibus à prauis: sicut existentes in erecta turri facile inimicos ab amicis discernunt, & quicquid factum fuerit, diiudicare facillime valent, à quonam, & ad quid sit factum. Quod si tanta est vis odoratus in cane, vt feram quantumuis latentem, odore duntaxat adesse diiudicet, vtve Domini sui iter inter varias femitas ex vestigiis odore cognoscat: quantum, credendum est, esse vim discretionis, quæ in eadem anima à sancto infusa est spiritu? Nonne demones quantumlibet sese sub virtutum amictu occultantes adesse intelligit? Nonne ex multis vijs, quibus in hoc mundo progredi possumus, ex Christi vestigijs intelligit, quod ille iter tenuerit, quæ & sibi incedendum sit, vt eum prosequi, & inuenire valeat?

C

Simile.

D

Discretio demonibus terribilis.

Simile.

Exinde demum piæ animæ discretio præsentem extollit encomio, quod præ virtutibus reliquis metum incutiat hostibus humani generis; quippe quibus optime sit compertum per illam detegi ipsorum vafriem, & prauitates. Sicut enim fraudulentus venditor stateras bonas maxime formidat, per quas eius redarguitur fraus; & prauus trapezita falsum offerens aurum, id summo opere timet, ne index proponatur; hostesque speculas vehementer formidant: Ita & demones discretionem metuunt, quæ est sicut turris Libani respiciens contra Damascum, indexque, & statera optima.

E Ex Verf. IV. cap. VII. *Nasus tuus sicut turris Libani, quæ respicit contra Damascum.*

EXPOSITIO IV.

De tertia Sponsa, quæ est B.V. Maria.

SI quo quis perfectior, eo & perfectiori excelleret discretionem: perfectorum enim ipsam esse discretionem, ex iis colligitur Pauli verbis, quibus in epist. ad Hebr. ait: b Perfectorum est solidus cibus: eorum, qui pro consuetudine exercitatos habent sensus, ad discretionem boni, ac mali: Haud certe ambigendum, quin in Gloriosissima Virgine perfectissima ea fuerit, ita vt multo verius illa celebrata hic censetur, quam discretio perfectæ cutusque animæ.

12 Discretio est perfectorum, b Heb. 5. 14.

Maria discretio est perfectissima.

Vt tamen aliquid diuersi in sanctissimæ Deigenitricis laudem & hoc loco dicatur præter ea, quæ dicta sunt de discretionem, cum de pia anima ageremus: haud à veritate alienum sentire mihi videbor, si dicam, etiam illius patientiam, & longanimitatem hic commendari. Cum enim Hebraica phrasi patientem, longum naribus, appellari solitum sciam, patientiam pariter longitudine narium designari, credi-

Maria patientia laudata encomio nasi sicut turris Libani.

Deus patientiam suam impis ob credi-

oculos ponēs
ab infesta-
tione infortū
illos reuocat
c Pf. 85. 14

crediderim. Porro ex Psal. 85. colligi facile potest, qua ratione præsens encomiū, iuxta sensum istum, explicandum sit: Ibi enim cum Deus ea phrasi longus naribus appellatur, hæc habentur: *c Deus, iniqui insurrexerunt super me. & synagoga potentium quaesierunt animam meam, & non proposuerunt Deū in conspectu suo. Et tu Domine Deus miserator, & misericors, longus naribus (patiens) & multæ misericordiæ, & verax.* Per quæ significatur, Dei patientiam tunc in eo maxime erigi, cum Deus, qui ita ex natura sua est miserator; vt visceribus quodammodo multæ misericordiæ suæ commoueatur statim, ac quemlibet nostrum ab impijs affligi, & infestari aduertat: quive, cum ex eo, quod verax est, & rectus, affligentes, & infestantes nos, illico auertere deberet: Longus nihilominus naribus patientiam suam nostris proponit aduersariis, erigens quodammodo illam instar turris aduersus eos, vt exinde intelligant, in eo ipsum quam maxime esse patientem, quod pati sinens pueros suos, eos haud illico è medio tollat, qui illos persequuntur: hæc ratione confusi, eamque patientiæ turrim meuentes, à suis desistant insultibus. Hoc namque illud est, quod apertius in fine eiusdem Psalimi addit Propheta; *Fac mecum signum in bonum* (id est, erige dictam patientiæ tuæ turrim) *vt videant, qui oderunt me, & confundantur: quoniam tu Domine adiunxisti me, & consolatus es me.* Pone turrim istam ob oculos persequentium me, vt videntes illam confusi à persecutionibus ipsis desistant: quoniam tuum est Domine, fuitque semper, vt, tametsi pati me nonnunquam sinas ab illis & insultus, & molestias, & persecutiones: adiuues nihilominus semper, & vt multæ misericordiæ, me & consolatus sis, & consoles. Quod itaque Dauid Deo tribuit, quodque à Deo petit, hoc ipsum Dei genitrici tribuit hoc loco Salomon Dauid filius sub metaphora longitudinis narium, illius celebras patientiam cum ingenti misericordia: quam patientiam instar turris Libani, quæ respicit contra Damascum, illis ob eorum oculos positam inquit, qui eius affligunt, infestantque deuotos: positam autem non minus longam, in tolerando pueros suos ab illis affligi, quam rectam in eos ipsos tuendo, vt illi talem videntes turrim confundantur, & à cœpto desistant.

Maria quomodo patientia sua ab impiorum in festatione suos eruat deuotos.

Ex Verf. IV. cap. VII. Nasus tuus sicut turris Libani, quæ respicit contra Damascum.

Appendix Expositionum, Ex antiquis Patribus collecta.

Paraphrasis Chaldaica. Et Princeps familiarum domus Iuda similis est Dauidi Regi, qui ædificauit arcem Sion, quæ vocatur turris Libani, quoniam omnis, qui steterit in ea, potest numerare omnes turres quæ sunt in Damasco.

Iam ex principio tertiæ expositionis indicatum est, cum fere communem Patrum esse sensum, quo præsentem exponunt sententiam, vt per Ecclesiæ nasum sanctorum Prædicatorum, vel etiam Prælatorum celebratam putent discretionem, seu potius Prædicatores ipsos, qui hac polleant discretionem. Hos namque commendatos asserit Casiodorus, vt discernentes inter fragrantem Ecclesiæ doctrinam, & foetorem errorum hæreseos: comparatos turri ob altum, quem in Ecclesia habent locum: & turri Libani, quia veluti in celsissimo Libano existunt, defenduntque Ecclesiam à malignorum spirituum incurfibus: hoc quippe significat, quod turri assimilantur, quæ est contra Damascum, cum Damascus interpretetur sanguinis potus, vel sanguinis oculus, & dæmones animarum nostrarum sanguinem siciant.

Prædicatores discreti sunt nasus Ecclesiæ. Casiod.

A Alio vero modo Gregor. Papa turri Libani comparatos ait eosdem Prædicatores: quia dum semel aqua baptismatis lauantur, & quotidianis lacrymis à peccatis dealbantur, digni fiunt, vt ad altiora magis ac magis per fortitudinem erigantur. Sed turris contra Damascum respicit: quia peccatoribus semper sanctus quilibet prædicator contradicit: Damascus quippe sanguineus interpretatur, & peccatrici genti dicitur: *a Manus tuæ plene sunt sanguine.* Vide eundem Gregorium hunc ipsum locum pertractantem homil. 11. in Ezech. lib. 31. moral. c. 17. & 2. parte pastoral. c. 33. Tametsi nil diuersi in locis hæc asserat. Consentiantque & hæc Beda, Anselmus, & Philo Carpathius.

Greg. Pap. a Isa. 1. 15.

B Quamquam Philo ex aliquorum opinione asserat per Ecclesiæ nasum posse accipi Paulum Apostolū, quippe qui eidem Ecclesiæ aliquando dedit, vt in vtriusque testamenti respirare posset obseruatione, & altius odorare diuinæ eorum mysteria, postquam à crudelissima illa Discipulorum cæde destitit, de quo in Act. Apost. dicitur: *b Saulus adhuc spirans minarum, & cædit in discipulos Domini.*

Beda. Anselm. Philo Carp. Paulus Apostolus Ecclesiæ nasus. a Act. 9. 1. Iustus.

Secundum Iustum Orgelitanum, nasus Ecclesiæ illi sunt, qui odorem Christi percipientes, ad cordis interna illum trañciunt: qui turri Libani, id est, candoris assimilantur; quia in magna virtute consistunt, horumque puritatis candor respicit contra Damascum: quia sapientia eorum, quæ ex Deo est, illuminat mundum.

Aponius, cum per turrim Libani, id est thuris, humanitatem Christi intelligat, illos per Ecclesiæ nasum eidem Christo similes accipit, quibus maior zelus, & ardentior fides inest, qui vitæ exemplo virtutibus resurgentes, inter gentiles positi, dæmonum cultu destruant, qui & præscientiæ munus meruerunt.

Aponius. Zelantes pro Christi fide sunt nasus Ecclesiæ.

D Ad discretionem spirituum referunt hæc Theodoritus, & Tres Partes: Nasus tuus, inquit, nepe vis discernendi est veluti celsissima turris super montem Libanum sita, quæ respicit faciem Damasci; atque inde hostium aduentum indicat Israeli: spirituum immundorum impetus, & insidias respicit, & discernit, ipsorumque dolos menti Deum inuenti denuntians, eam ab eorum fraudibus seruat.

I. 4. Discretio spirituum est nasus Ecclesiæ. Theodor. Tres Partes.

Eodemque sensu Ambrosius in serm. 5. super Psal. 118. vers. 37. vbi ait: *Nares animæ tuæ à foetore auertantur criminum dæuorum.* Est enim in his velut quoddam insigne iudicij, vnde dicitur Sponsæ: *Naris tua sicut turris Libani respiciens faciem Damasci:* quod vnguentum veri Sacerdotis, hoc est, odor ille diuinus, & odor gratiæ spiritu alis emineat præcelli potestate iudicij, & nares repleat animæ, vt bene olentia discernat, & foetida, & cetera, quæ ibi profequitur, similiaque habet in lib. de Spiritu sancto cap. 9. Hugo quoque de sancto Victore li. 3. annot. allegor. in Leuit. cap. 7. in laudem sponsæ dicit hæc inquit: quia sancta Ecclesia, quæ ex causis singulis tentamenta prodeant, per discretionem conspicit, & ventura vitiorum bella ex alto deprehendit.

Ambros.

E Rupertus Abb. B. Virginem exinde hic commendatã censet, quod sano odoratu ferentis, & appetitu tracta fuerit eorum, quæ non videntur: ex insigni spe, atque discretionem, quæ fortis fuerit sicut turris Libani, dum vitæ spernendo visibilia, & sperando inuisibilia, haud frangeretur visibilibus incommodis: Respexit vero contra Damascum sensui satanæ sensum habendo contrarium.

Hugo Viß.

Rup. Abb. Maria discretio qualis.

Ea denique & hoc loco notanda sunt, quæ in laude B. Mariæ Magdalænæ ex hæc asseruntur à Hieronymo epist. 140. ad Principiã, vbi ait: Vere tu turris candoris, & Libani, quæ prospicit faciem Damasci, sanguinem videlicet Saluatoris, ad facci poenitentiam prouocantem.

Maria Magdalena turris Libani. Hieron.

Verf. V. cap. VII. *Caput tuum ut Carmelus.*

EXPOSITIO I.

Intra sonum literæ.

Quod in expositionibus præcedentium duorum encomiorum nasi, & oculorum sponſæ aduertimus, particulares chori puellas chorum ipsum interruptisse, qui ordine peregre ab infimis ad superiora panegyricam membrorum sponſæ texebat, concinebatque orationem: alteramque ab eisdem oculorum splendore allectam oculorum præripuisse encomium, alteram conspecto eminentiori inter oculos ipsos perpulchros naso, illius cecinisse laudes. Id & nunc quoque dicendum cenſeo, ut puella alia audito nasi Encomio à socia facto ex illius eminentia in sponſæ facie, atque inter eiusdem oculis: id & ipsa celebrare aggrediatur, quod in toto corpore sponſæ eminentius apparet caput. In hanc confirmor sententiam ob id, quod haud persuadere mihi possum, à choro tales in sua oratione habitos saltus, cœptumque absque causa omiffum ordinem, omiffaque encomia intermediorum membrorum, quæ in patenti sponſæ facie præ ceteris laudari debuerant. Adde, quod interlocutio ista, istaque varietas conformis quam maxime est & carmini bucolico, ad cuius normam hoc canticum à Salomone conscriptum diximus in præfatione.

Porro in hoc capitis encomio quid potissimum celebretur, haud facile est definire. Quidam ex naturaliter ei indita eminentia duntaxat illud celebratum volunt, quod confirmat Legionensis ex eo, quod in Hebr. & in versione Septuag. dicitur: *Caput tuum super te*: additque per hoc quod adijcitur: *Sicut Carmelus*: nedum capitis prædictam probari eminentiam super reliqua sponſæ membra, sed & eminentiam eiusdem sponſæ supra ceteras feminas: Ac si dicatur extare illam & eminere supra reliquas, sicut Carmelus mons vicinos, & circumiacentes superat montes.

Inter Hebræorum expositores R. Abraham Aben Ezdra Hebraicam vocem כרמל Carmel, haud pro nomine proprio montis fumendam existimat, at pro colore coccineo, prout à nostro quoque Interprete, & à Sept. accipitur in cap. 2. lib. 2. Paralip. illius sententiæ esse videtur, ut sponſæ caput ex coccineo celebretur capillorum ornatu; ita ut quæ subsequuntur de comis purpureis, ad horum dicta sint explicationem maiorem: Alij in eodem coloris significatu Carmeli vocem fumentes, haud tam naturalem capitis, quam extrinsecus adscitum laudari hic arbitrantur ornatum, coccineam nimirum vittam, aut flamen item coccineum.

Mihi nullatenus à communi tum Interpretum, tum nostrorum, atque Hebræorum etiã expositorum sensu recedendum videtur, ut aliud quid, quam Carmeli montem per ipsam Carmeli vocem accipi debeat. Existimo tamen, peregre hac Carmeli montis similitudine caput sponſæ, & ex naturali eminentia celebrari, & ex ornatu, non tamen naturali capillorum, de quo in subsequētibus, sed eo, qui extrinsecus adhibitus, super ipsam capitis comam primo sese offerebat aspectui: hucque haud aliud crediderim, quã insignem coronam ex plurimis, variis, & multicoloribus contexta floribus, quales rusticas præfertim puellas gestare, fat nouimus, ut sicut supra in ca. 5. caput Spōsi primū exinde celebratū vidimus à sponſa, quod externo id redimitū esset ornatu diadematis aurei, & pretiosi, ubi dicebatur: *a Caput eius aurum optimū*: tum & naturalem pariter comarū ornatum adiectū, ubi subdebat: *Coma eius sicut elæx palmarū*, &c. Ita, parique ratione, ac ordine hic & ipsius sponſæ caput ex externo prius florum coronæ extollatur ornatu: tū & ex naturali quoque ornatu comarum, in quo etiã,

sicut & in corona, regium quid illa præ se ferebat: idcirco enim purpuræ Regiæ is comparabitur. Est autem aptissima montis Carmeli similitudo ad explicandam tum capitis eminentiam, altissimo monti plane similem, tum prædictum floræ coronæ ornatum, cum & Carmelus nedum sit celsissimus, sed & pulcherrimo florum, fructuumque decorus ornatu, ut aperte colligitur ex illo Isaïæ: *b Gloria Libani data est ei, decor Carmeli, & Saron.*

Verf. V. cap. VII. *Caput tuum ut Carmelus.*

EXPOSITIO II.

De prima sponſa, quæ est Ecclesia Sancta.

In explicando isto capitis Ecclesiæ encomio haud ab eo recedendum est, quod ait Apollolus c, Christum esse, quem Deus dedit caput super omnem Ecclesiam: quæ est corpus ipsius. Porro quam bene huius capitis eminentia similitudine expressa sit celsissimi montis, haud melius, quam per eundem Apollolū explicari potest: Is namque in epist. ad Colof. de celsissima ista loquens eminentia ait: *d Ipse, scilicet Christus, est ante omnes, & omnia in ipso constant. Et ipse est caput corporis Ecclesiæ, qui est principiu: primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse primatū tenes: quia in ipso cōplacuit, omnem plenitudinem inhabitare.* Quamnam plenitudinem nisi gratiarū omnium, donorū omnium, omniumque virtutum? ut multo illustrior & in eo quoque esset amoenissimo monte Carmelo, quod gratiarum fontibus plenus esset variisque, ac multis virtutum floribus, necnon & donorum fructibus exuberans.

Quam speciosius vero idem caput exinde appareat, quod multiplici Sanctorum copia est redimitū, rãquam pulcherrima corona ex varijs, & multicoloribus floribus Patriarcharum, Prophetarum, Apollolorum, Martyrum, Confessorum, & Virginum contexta; ut in hac florum varietate nec florido cedat vertici montis Carmeli, exinde intelligere poterit quisque, quod alias ab ipsamet sponſa vniuersæ conuocatae sunt filiæ Ierusalem, ut illum in tali diademate admirarentur, cum in fine cap. 3. ea habita sunt verba: *e Egredimini filiæ Sion, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater sua in die, &c.*

Verf. V. cap. VII. *Caput tuum ut Carmelus.*

EXPOSITIO III.

De secunda sponſa, quæ est Anima Iusti.

Animæ caput esse mentem, ita est exploratum, ut haud vlla egeat probatione. Quod vero caput istud in pia anima tale sit, ut similitudine celsissimi montis laudari debuerit; quodve mens ipsa eius animæ monti recte comparetur, aliquot probari potest congruentiis. Siquidem primo, sicut mons à rebus, & locis cœnosis eleuatus, cælo est proximior, quam reliquæ partes terræ: Ita & illa à vilibus huius sæculi rebus eleuata, cœlum iugiter medians, cœlo semper inhaeret. Secundo, sicut excelsus mons continuis ventorum flatibus perflatur: Ita & mens illa iugiter diuinis inspirationibus à sancto perflatur Spiritu. Tertio, sicut mons tum ob distantiam à rebus cœnosis, & locis palustribus, tum ob continuos ventorum flatus saluberrimum habere solet aerem, adeoque purum, atque subtilem; ut nullatenus ibi robur habere valeant morbi: Ita & mens illa tum ob distantiam à rebus sæculi, tū ob assiduos Spiritus sancti afflatus saluberrimas habere solet cogitationes, ita ut peccatorum morbis vix in eam possit esse aditus. Verum, quia frequenter montium vertices asperi esse solent, aridi, & infructuosi, ne suspicio

Legionensis.

R. Abraham Sanctes Pagninus Carmelus pro cocco. 2. Par. 2. 7.

Sensus.

a Cã. 5. 11.

b Isa. 35. 2.

2

c Ephe. 1. 22
Christus
Ecclesiæ caput
& Carmelus eminentis ac floribus redimitus.
d Colof. 1. 17.

e Cã. 3. 11

3
Mens est caput animæ.

Mens pia animæ quæ recte comparetur monti.
Simile.

Mens pia
anima simili
lis monti
Carmelo in
amoenitate.

spicio alicui irreperet, talibus imperfectionibus me-
tem pia animæ esse indecoram: ita vt aspera sit ex-
trinsecus proximo, & sibimet in intrinseco, nullam
habens consolationis amoenitatem, vel sit absque
vlla deuotione arida, nihilque boni operans, infru-
ctuosaque haud simpliciter cuiuslibet comparatur
monti, sed monti Carmelo particulariter, qui pul-
cherrimis exornatus arboribus, atque vineis, &
voluptates maximas exhibet, & ingenti fructuum
redunda copia. Ita namque & mens pia animæ in-
explicabilibus exuberat voluptatibus spiritualibus,
& tanta prædita est deuotione, vt lacrymarum re-
dundet fontibus: quin & tantis insuper sanctarum
meditationum, desideriorum, atque propositorum
abundet germinibus: vt nec verbis exprimi possit.
Sed in ornatu, quo extrinsecus quoque redimita ap-
paret, coronæ ex innumeris virtutum floribus com-
pactæ, multo certe illa est Carmelo speciosior, qui
multicoloribus vndeque opertus est floribus.

Verf. V. cap. VII. Caput tuum vt
Carmelus.

EXPOSITIO IV.

De tertia Sponsa, quæ est B. V. Maria.

4
Maria cha-
ritas simili
monti Car-
melo ob emi-
nentiam, ce-
terarumque
virtutum
coronam.

Post fidem in B. Virgine commendatâ, & pati-
entiam, charitas necessario in illa celebrâda super-
erat, quæ virtutibus supereminet vniuersis: atque
adeo illa nunc & sub capitis metaphora laudatur, &
similitudine ad floridum montem Carmeli. Celsis-
sima namque extitit, sicut reliquarum purarum
creaturarum superauit charitates, sicut & mons Car-
meli eidem datum, nõ ambigimus, quam virtu-
tum omnium floribus, coronatam scimus, ita vt de
ea id vere proferre liceat: a Patiens extitit, benignis-
sima extitit, non est æmulata, non egit perperâ, &c.
quæ prosequitur Apostolus cum de perfecta agit
charitate.

a 1. Cor. 13
4.

Verf. V. cap. VII. Caput tuum vt
Carmelus.

Appendix Expositionum, Ex Antiquis Patribus collecta.

Paraphrasis Chaldaica. Rex qui constitutus est
super te in Principem, iustus est, sicut Elias Pro-
pheta, qui zelo zelatus est pro Domino cæli, & occi-
dit Prophetas falsos in monte Carmelo, & conuer-
tit populos domus Israel ad timorem Domini Dei.
Dux sunt circa capitis huius intellectu Veterum
Patrum sententiæ. Quidam enim Christum illud ef-
fe asserunt, quem sepius Ecclesiæ caput esse, ostendi-
mus ex Apostolo Paulo: Quidam vero mentem, at-
que cor fidelium. Vt autem ab hac secunda senten-
tia exordiar, allatam eius capitis laudē ex similitudi-
ne ad Carmelum, vno excepto Theodorito, qui ad
bonorum copiam hæc refert, quæ e corde prodeunt,
similem bonorum copiam, quæ in monte prouenit
Carmeli præ ceteris montibus feracissimo: reliqui
quosquot viderim, omnes vel ad significatum vo-
cis Carmeli, vel ad id, quod in monte Carmelo fa-
ctum legimus, referunt. Ad ambo refert Calsio-
dorus, ac primum ad etymologiâ nominis Carme-
li, quod interpretatur cognitio, aut scientia circum-
cisionis, ideoque caput Ecclesiæ Carmelo assimilatum
ait: quia nouit, circumcisionem aliquando corpora-
liter celebratam, nunc se spiritualiter obserua-
re debere, iuxta illud Ieremix: *b Circûcidimini Domi-
no in cordibus vestris.* Ad factum in c Carmelo refert, re-
censens, Eliâ Carmelum ascendisse, & inde precibus
suis pluuiam impetrasse e cælis, qui tribus annis
clausi fuerant: quo significatum putat, Christum
ascendere Carmelum, quando per gratiam mentes
fidelium conscendit, & per eas arenti mundo gra-

Theodor.

Cassiod.

b Iere. 4. 4.
c 3. Reg. 18
43.

tiarum suarum pluuias tribuit; vt caput Ecclesiæ
Carmelo comparetur: quia mens Sanctorum qua-
dam conuersatione sublimis est, & Christo in se
ascensum præbet per profectum virtutum. Cum
Calsiodoro consentit in omnibus Beda, sed & Greg.
Papa, Rupertus, & Anselmus quoad rationem simi-
litudinis allatæ desumptam ex significato vocis
Carmeli.

Beda.
Greg. Pap.
Rup. Abb.
Anselm.

Inter eos autem, qui per Ecclesiæ caput Christum
sumunt, præ ceteris Greg. Pap. sicut Carmelum il-
lum, dictum, ait; quia ipse per passionem, quam
sustinuit, ad gloriam Patris est exaltatus. Porro,
quia in Carmelo Elias orans obtinuit pluuiam, &
nos (ait) in Carmelo orantes, pluuiam impetramus,
quando in Christum credentes, Christum desidera-
mus, & à Patre irrigationem gratiæ suscipimus, quâ
rogamus.

Greg. Pap.
Christus ca-
put ecclesiæ
sicut Car-
melus.

Alio modo Iustus Orgelit, quia in Carmelo mon-
te sæpe sancti receptaculum receperunt Elias, & Eli-
seus, recte Christum eidem monti assimilatum, qua-
tenus in illo tamquam in Carmelo iusti habitaculum,
& multitudo populorum tamquam diuersitas ani-
malium sapientiæ percipiunt alimentum.

Iust. Orgel.

Tres Patres, Philo Carpath. ad etymon, & in-
terpretationem iam ex Calsiodoro allatam respici-
entes, significari censent, Christum ipsum esse cog-
nitione circumcissionis, quæ in fideli est anima, am-
putando ab ea, quod ab ortu habet vitiorum integu-
mentum, gladio Spiritus: Seu per quem cognita no-
bis est, & data hæc salutaris, & vera circumcisio, vt
ait Philo.

Tres Patres
Philo Carp.

Singulariter Aponius, caput Ecclesiæ plebis
Reges Romanorum intelligit; illos tamen, qui, cog-
nita veritate, Christo exhibent supplicem famula-
tum. Addit vero rationem huius encomij satis cer-
te obscurâ, dicens: eo quod Carmelus, fluuius mol-
lis, cognitio circumcissionis interpretatur, non in
carne, sed in anima.

Aponius

Ex Verf. V. ca. VII. Et coma capitis tui
sicut purpura Regis iuncta canalibus.

EXPOSITIO I.

Iuxta sonum litteræ.

Vella, quæ caput sponsæ celebrare cœpit, in
verbis præcedentibus, idem modo prosequens
encomium, sicut iam ex adscititio illud celebravit
ornamento, quod primum oculis obijciebatur in-
tuentium: ita nunc ex naturali pariter comarum
ornamento altero idem euehit, quod magis expresse
Septuag. qui pro, *coma capitis* legunt, *πλόκος κεφαλῆς*,
id est, *plexus capitis*, seu vt legit Ambros. Serm. 17. in
Psal. 118. *Ornatus capitis*: prout & habet quoddam
scholion Græcum relatum in Codice Sept. im-
pressum in Vaticano; *ὡς ἡ διακόρυφος ἡ, ἔορνατός*
ἑαυτῆς.

Licet autem ab explicatione superiorum facile
nos expediuerimus: difficillime tamen à perplexis
istorum verborum nodis eruere posse me videor: ha-
bet quippe locus iste difficultatem maximam, tum
propter lectionis nostræ diuersitatem ab originali-
bus Hebr. & Sept. tum propter varietatem eiusdem
lectionis Vulgatæ, tum denique propter multiplicem
allatæ similitudinis intellectum. Quamobrem ante-
quam ad eius accedam expositionem, tria necessa-
rio sunt adnotanda.

Primum, tametsi complures legant: *Sicut purpura
Regis iuncta canalibus*: esse tamen legendum: *Sicut purpu-
ra Regis iuncta canalibus*: prout meliores habent codices
isque in primis, qui nuper ex Vaticano prodiit, quod
tam lectio Hebr. quam versio Septuag. confir-
mant, haud iungendi, sed vincendi, & ligandi
verbum habentes. Secundo notandum, admo-
dum

6

duerſam in textu Hebraico, prout modo legitur cum punctis, fieri in his diſtinctionem, diuerſumque intellectum à diſtinctione, & intellectu noſtræ Vulgaræ. Quod enim in Vulgata legimus: *Sicut purpura Regis vineta canalibus*: Hebræi ſic legunt: *sicut purpura*: hicque expletam volunt adhibitam ſimilitudinem: Tum, diſtinctione interpoſita: *Rex ligatus in canalibus*, ſeu, *cum canalibus*. Quam diſtinctione, & ſenſum ſecuti ſunt etiã Septuag. qui & ipſi puncto interpoſito vertere: βασιλεύς δένδρον ἐν παραδρομαῖς, id eſt, *Rex ligatus in tranſcurſibus*, aut, *canalibus*. Nihil tamen prohibet, quin omiſſa interpunctione, & diſtinctione Maforetarũ, quam ſar nouimus poſterior eſſe verſioni Vulgaræ noſtræ, idem Hebraicus textus eo modo diſtingui queat, & legi, quomodo & in ipſa Vulg. legitur, vt vox, כַּאֲרָגָן chaargaman, ſicut purpura, cum indeclinabili voce, מַלְךְ melech iungatur in regimine, ſicque vertendum ſit: *Sicut purpura Regis*, neque lectioni huic obſtat participium רוֹסָן alur maſculini generis, cum Hebraica vox iam dicta, qua ſignificatur purpura, ſit communis generis. Ex quibus apparet, noſtrum Interpretem recte reddidiſſe, quod in Hebraico textu legit; velint, nolint, qui ipſum hoc præſertim loco calumniantur, etiam ex noſtris, quos nimium Hebræis addictos doleo.

His animaduerſis, eruamus iam ſenſum. Sane Legionenſis ſequens corruptam illam lectionem: *Sicut purpura Regis vineta canalibus*: in hunc modum ſe exponit, vt hic laudentur ſponſæ capilli ex colore rubro per comparationem ad purpuram Regis atque eam purpuram, caſue lanas regias purpura infectas, quæ canalibus iunctæ eſſent, id eſt, quæ purpureo in canalibus recenter tinctæ eſſent colore. A qua ſententiã haud differt ſententiã Genebrardi, & aliorum legentium: *Sicut purpura Regis vineta canalibus*: dũ inquirunt ſponſæ comas comparari purpuræ pretioſiſſimæ, pulcherrimæ, maximeque recentis, quam tinctores adhuic ſiccant Regibus in ſummis edũ canalibus, vel quæ tingunt in ſuæ officinæ tubis, iſdẽ tubis, atque canalibus, in quibus purpurens continetur color, illas alligatas tenentes, quo melius colorem ſuſcipiant. Atque hi ſunt ſenſus, quos communiter allatos reperio ad noſtram Vulgaræ lectionem, quam in primis exponendam ſuſcepi: de ſenſu enim alterius lectionis loquar poſtmodum. Si tamen à ceteris mihi diſſentire fas eſt, quod certe vix tunc audeo, cum aliquem antiquorum habeã, cui nitar, tenui minime fidens intellectui meo: Exiſtimo, ita in his commendari ſponſæ comas, vt duabus in rebus fiat comparatio illarum purpuræ Regiæ; primo in colore, tum & in ligatura. Neque per humeros effuſos capillos laudatos cõſeo, ſed comas, quæ honeſtius religatæ eſſent & virtis adſtrictæ, vt ſic comæ ipſæ & fuluæ, & virtis adſtrictæ aptiſſime comparentur purpuræ Regis, vtpote quæ ipſo purpureo pulcherrima ſit colore, & quæ vittis adſtricta ſit, vt canalium vox haud proprie, ſed tranſlate ſit hoc loco uſurpata. Vitte namque ex quadam ſimilitudine canales hic appellantur: quia cũ adſtringunt, & premunt capillos, efficiunt, vt quidam quali rinulus, & canalis flexuoſi ſimilitudo per capillos ipſos decurrat. Sic facilis, ac germanus iſtius comarum encomij ſenſus hic erit.

Comæ quoque capitiſſimæ, vltra ſorum coronam, caput ipſum tuum mirifice ornant, teque Reginã proclamant: ſiquidem & colore fuluæ, & inſigni vittarum ligamine ſunt plane ſimiles purpuræ regiæ, quæ vittis perbelle ſit religata.

Senſum iſtum deprõpi ex antiquo ſcholio Græco, quod relatũ videre eſt in annotationibus variarũ lectionũ ad cap. iſtud ſeptimũ in Græco codice verſionis Septuag. qui è Vaticano prodijt. Sic enim illud habet: καὶ διακόσμησθαι οὐκ ἄν πορφυρὰ βασιλέως περιδένειν βαρῆθιμ, *ligata berathim*: Hebraica voce ſeruata, per berathim aliquod vittarum genus ſignifi-

catum forſitan cenſuit. Fortaſſetiam & ex recentioribus doctiſſimus Genebrardus iſtum ipſum ſenſum ſubodorante viſus eſt; cum poſt ſenſum, quem iam ex ipſo retuli, hæc addit verba: Alluditur etiam ad comam vittis purpureis vinctam, & alligatam, ne immodeste, & parum pudice deſuat.

Quicquid tamen hic ſit de Genebrardo; quod canalium vocabulum hic haud proprie ſit ſumendum, vt ſignificat canalium illum, quo decurrunt aquæ, ſed tranſlate, & metaphoriçe, præter quam quod & exinde probari poſſet, quod inter illos ipſos, qui Hebraicam lectionem ſequuntur, complures per illud ſignificatos volũt crines, vnde Iſidor. Clarus ita hæc vertit: *Rex ligatus crinibus*: id ex ea diſtinctione colligitur manifeſte, qua uſi ſunt Septua. nam haud canalium proprie ſignificat, ſed tranſcurſum, & flexuoſitatem potius, qua tranſcurritur: quæ etſi canali aliquando adit, proprie tamen canalium minime eſt.

Quapropter ſi in verſione ipſa Sept. ea vox pro vittarum flexuoſitate ſumatur, id habebimus, quod illud quoque, *Rex ligatus in tranſcurſibus*, ad comarum earumdem ſpectet encomium, vt ſignificetur, Regem Salomonem ſponſæ dilectum ligatum eſſe flexu vittarum, quibus eiudem comæ adſtrictæ erant; captum videlicet crinium eius pulchritudine: quod idemmet ſponſus alias eidem quoque ſignificauit ſponſæ, efficaciõribus tamen verbis, quibus in cap. 4. dixit: *a Vulneraſti cor meũ, ſoror mea ſponſa, in uno crine a collis tui.*

Qui ſane ſenſus multo eſt alius omnibus, qui aſſerri ſolent, aptior. Ne tamen inuidiæ arguar, eorum referam aliquos.

Primo communiori tum Hebræorum, tum noſtrorum conſenſu aſſeritur, hic ſignificari, Regem tanto ſponſæ amore captum, vt cupiat alligatus eſſe canalibus; qui in textu ſunt, vel laquearibus domus illius, ad eius corporis ſpeciem aſſidue contẽplandã: nã vel illinc lubens eius formam ſpectaret.

Alienus, qui (vt refert Coſmas Damianus Hortolanus) putant, ex his (põſe) comã purpureã per id cõmẽdari, quod ſimilis ſit Regi, qui ſtipatus eſt canalibus, id eſt, qui habitat prope canales, vbi aqua decurrit, vt laudetur coma ſponſæ ex collatione ad terram irriguam, quæ primatum, & principatum teneat inter alias Iudææ terras.

Nec minus alienus eſt ſenſus ille, quem huic ſimilem aſſert Ludouicus Soto Maior in ſuis comment. dum aſſerit, per hæc ſignificari, ſponſum maxime ſibi complacere in purpurea ſponſæ coma, ſicve illa delectari, ſicut in decurſibus, ſeu tranſcurſibus aquarum, & hortis ſeu locis irriguis, in quibus magna eſt aquarum copia.

Non deſunt, qui & ſecundũ hæc quoque lectionẽ canalium vocẽ tranſlate ſumentes, lõge diuerſos aſſerant ſenſus. Quidã enim crines intelligẽtes, canalium appellatione designatos propter ſimilitudinẽ flexuoſitatis, quã habent cũ aquis decurrẽtibus in canalibus: nomine verò Regis caput ipſum ſignificatũ accipiẽtes, per eadẽ verba ſignificari, inquirunt, ſummũ capitis verticẽ cingi, & ligatũ eſſe in modum coronæ capillis interortis, & intertextis crinibus, vt indicat R. Abraham, & ex noſtris Titelmanus.

Alij Regis nomen proprio ſignificatu accipiẽtes, exiſtimant, ſignificari, Regem ipſum cupere ligari ſponſæ crinibus: quem ſenſum refert Genebrardus, reſellitque eum R. Abraham, vt ſpectantẽ ad Principes Cedar, qui obſcenis indulgent amoribus.

Multo remotiori ſenſu alij, vt refert Titelmanus notatque Pagninus in marginẽ ſuæ verſionis, pro eo, quod dicitur: *Rex ligatus in canalibus*: id ipſum dictum putãtes, ac ſi diceretur: *Rex ſtipatus circũcurrentibus*, & etiã Hebraicã canalium vocẽ pro aquis currentibus in illis adhuc tranſlate acceptis, quã tranſcurſum vocẽ Septuag. pro circũcurrentibus militibus accipiũr, vt ſenſus

Legionenſis.

Genebrard.

Senſus.

Canalium vocabulo ſignificatã vitte.

Paraphraſis.

Sebolion Græcum.

Genebrard.

7

Iſidor. Clar.

Senſus lectionis Hebr. & Sept.

Hortolan.

Sot. Maior.

R. Abraham.

Titelman. Pagninus.

ſus

sus sit: *Coma capitis tui sicut purpura*, caputq; ipsu tuu sicut Rex, qui circudatur ex omni parte militibus circa ipsum ad eius corporis custodiam currentibus.

Theodor. Aptius Theodoritus sumit participium, *deductos, ligatus*, pro indutus, & vocem transcursum, seu canalium refert ad vestium defluentiam, & plicaturas: ac si dicatur: Capilli tui compti sunt, nec solum compti, verum etiam mirifice tincti, vt Regi purpura induto, & denique diffuenti similes videantur. Diffluentem vero dici, inquit, Regem ob plicaturas vestis purpureae diffuentis, quae canales quosdam representent.

Titelman. Quem Theodoriti sensum congruentius nostrae lectioni Vulg. aptat Titelmanus, licet Theodoritum minime nominet: ait enim, *Quod subiicitur: Sicut purpura Regis vinceta canalibus*: secundum similitudine dictum videtur vestimentorum pretiosorum ex purpura, aut bysso, quae artificialis complicationibus ita coaptantur, & complicantur, vt quasi per canales, & sulcos videantur distincta. Ipsae enim plicae, quibus vestimenta eiusmodi iuncta sunt, apteque composita, quasi canalium, siue sulcorum quaedam similitudinem praeseferunt: quemadmodum videmus in stolis lineis sacerdotum plicas huiusmodi pulchra compolitione apparentes, in quibus magnifice plerique illorum gloriantur.

Haec futius fortasse circa hoc comarum sponsae encomium dicta sufficiant: neque enim aliud circa lectionem varietatem dicendum superest, nisi forte & versionem Vatabli, quae pro, *Coma capitis tui* habet, *Subtilis euaporatio capitis tui*, notare velimus. Hebraica enim vox *דלדל* dalath proprie subtilitatem significat, & tenuitatem: communiterque hoc loco sumitur, pro tenuitate capillorum, seu pro capillis tenuibus, & (vt quidam inquit Rabbiorum) pro summitate, & extremitate capillorum. Quae tamen parum faciunt ad rem. Magis ad spirituales faceret sensus, si eadem vox sumeretur vt significat tenuitatem facultatum, paupertatem, atque pauperes, prout sumitur Iere. 46. *דלדל הארץ* vmdalath haareth, vbi vulgata, & de pauperibus terrae, & sic legeremus. *Et pauperes, seu, & pauperes capitis tui sicut purpura Regis vinceta canalibus*: essetque significans illud ipsum, quod a redemptore nostro dicitur in Euangelio: *b Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est Regnum caelorum.*

Illud denique addi potest, ab aliquibus Hebraeorum Doctorum ex R. David Kimki in librum Radicum aliam Hebraicam vocem *ברהתיים* barhathim, quam noster cum communiori item opinione vertit, *In canalibus*, & alij, *Cum canalibus*, accipi in significato trabium, & laqueariorum, prout sumptam dicunt in fine cap. i. vbi & noster Interpret vertit: *c Laquearia nostra cypressina*: Sicque hanc legunt sententiam: *Et coma capitis tui sicut purpura, Rex religatus in trabibus, in laqueariis*: Ex qua pulcher deducitur sensus spiritualis, quem in fine huius expositionis primae indicasse sufficiet: nimirum, Religiosi, qui instar capillorum Christo proxime inhaerent capiti suo, sunt instar purpurae, quae Regiam designat dignitatem, & sunt quodammodo Reges, iuxta illud commune effatum, *Seruire Deo regnare est*. Id autem, quia Christus ipse Rex pacificus ligatus fuit in trabibus Crucis, crucique affixus. Parcat mihi lector, si a consueta tantillum discessi mea exponendi ratione.

A Ex Verf. V. cap. VII. Et coma capitis tui sicut purpura Regis vinceta canalibus.

EXPOSITIO II.

De prima Sponsa, quae est Ecclesia Sancta.

Sicut caput Ecclesiae Christus est, vt ex Apostolo supposuimus, & comae, capillive huius capitis sunt Religiosi, prout futius probauimus supra in secunda expositione illorum verborum cap. 4. *Capilli tui sicut greges caprarum*, &cet. Peregregrum sane istud est eorumdem encomium, siue allatam similitudinem purpurae vittis adstrictae sumamus proprie, siue eandem allegorice sumamus, & mystice. Enimvero si proprie illa sumatur, exinde ij celebrantur, quod Christo capiti proxime inhaerentes, ita sunt charitatis seruire succensu, vt praegardenti eiusdem charitatis rubore: purpurae non cedat Regiae, ac pretiosissimae, atque adeo rubro colore maxime succensu; sicut nec eidem cedunt in eo quod concinne adstricta est vittis: siquidem & ipsi haud minus concinne adstricti sunt nedum vittis timoris Dei, diuinaeque legis: sed & specialibus, perpulchrisque vittis obseruantiae regularis.

Si vero eadem similitudo allegorice sumenda sit, vt per purpuram sumatur Christi corpus a Pilato purpura indutum, sed ardentiori rubore redditum instar purpurae Regiae; seu purpuram pretiosissimam ob pretiosi sanguinis effusionem, atque consperzionem, propter quam Angeli eundem Christum ijs apud Isaia admirantur verbis: *e Quis est iste, qui venit de Edom, tinctus vestibus de Bosra? & Quare rubrum est vestimentum tuum?* Tunc praestantior in illis confertur laus, illa nimirum, de qua super omnia gloriabatur Paulus, dum diceret: *f Christo con-*

Dixit sum cruci: quodve melius explicat alias, cum ait *g* se configuratum morti eiusdem Christi. Congruitque peroptime & similitudo adstrictionis eiusdem purpurae: nam & in eo eidem Christo crucifixo admodum laudabiliter sunt conformati, quod vinculis charitatis cruci deuincti sunt vitae religiosae, iugisue mortificationis, sicut Christum ipsum multo magis, quam ferreis clavis iisdem charitatis vittis cruci alligatum nouimus. Nec absque causa factum putauerim vt ad vittas haec significandas, vocabulum istud canalium vsurparit Spiritus sanctus: nam charitatis illius, quae Christum cruci deuinxit, quinque eius vulnera extiterunt signa potissima. Quis vero nesciat, quam congrue illa canales dicantur? Et profecto Religiosi quoque boni eidem conformantur, cum in hoc potissimum vinculis charitatis se vitae religiosae probant ligatos, quod cum Paulo dicunt: *h De cetero, nemo nobis molestus sit: nos enim stigmata Domini nostri Iesu Christi in corpore nostro portamus.* Quae sane laudes praestantissimae non tam in ipsos Religiosos, quam in Christum redundant Ecclesiae caput: quia & capillorum, comaeque pulchritudo ornatus est capitis.

Atque adeo nihil mirum, si Christus ipse, qui sicut caput Ecclesiae est, & Rex pacificus, cuius imperium super humerum eius, ea ratione erga sanctos Religiosos istos sit effectus, eove istorum criniu sit captus, & vulneratus amore, vt verissimè, iuxta lectionem Hebr. & Septuag. dici queat Rex illis ligatus.

Quod si per Ecclesiae caput non tam Christum, quam eius Vicarium, Pontificem Maximum intelligamus, quem oculis nostris Ecclesiae toti eminare, atque adeo & bene monti Carmelo eminentissimo comparatum, Regio redimitum diademate, nedum auro, gemmisque, sed & omnium virtutum floribus rutilante, Carmelum ipsum floribus vndequa; coopertum superare, videmus: Non

Religiosi sunt sicut purpura Regis vittis concinne adstricta. d Cant. 4.

Christi corpus purpurae Regiae.

c Ijai. 63. & 2.

f Christo con- f Gal. 2. 19 & Philip. 3. 10.

h Gal. 6. 17.

Sensus lectionis Hebr. & Sept.

Alius sensus. Papa caput Ecclesiae sicut mons Carmelus.

Pauperes Christi sunt Reges.

a Ier. 46. 7.

c Cant. 1. 17. Religiosi sunt Reges.

f

Cardinales sunt comae Pontificis sicut purpura Regis vincula, &c.

incongrue per eius comas intelligere fas est Cardinales, illi proxime adhaerentes, & nec non modicum exornantes, de quibus bene quaeque dicitur, quod sint sicut purpura Regis vincula canalibus: tum quia externo purpurae colore, quo amicti sunt. Regiam capitis sui tueri se fatentur dignitatem: tum quia eodem purpurae colore quales & in internis sint vel esse debeant, protestantur: charitate nimirum feruentes, & prompti, qui pro Christo, fideique eius defensione, cum sese obrulerit occasio, suum fundat sanguinem. Non comparantur autem purpurae simplici, sed purpurae vinculae canalibus, atque vittis: quia non defluunt, aut defluere non debent ad terrena, & infima: at vittis obseruantiae tum legis diuinae, tum sanctorum canonum debent esse adstricti.

Ex Verf. V. ca. VII. Et coma capitis tui sicut purpura Regis vincula canalibus.

EXPOSITIO III.

De secunda Sponsa, quae est Anima Iusti.

Cogitationes sanctas instar capillorum ex mente, quam caput animae diximus, prodire, comasque illas esse, quibus mens ipsa exornetur, satis superque ostensum est pluribus in locis. Quamuis autem saepius in hoc Cantico euectae haec sint, peregrinae nihilominus in hoc encomio nouis extolluntur laudibus: Dicuntur enim in pia anima & colore esse purpureae, & purpurae vittis adstrictae similes esse. Et quidem admodum congruenter dicuntur esse sicut purpura Regis: Primo, quia sicut purpura Regis fit per intinctionem, & meritionem in sanguine muricis: Ita & illa per iugem meditationem passionis Christi in eius intinctae sanguine, ignea charitate redduntur succensae.

Cogitationes pie anime quam congruenter purpura Regis.

Cogitationes amorosae dant pie anime nomen charitatis.

Secundo, quia sicut purpura Regis tametsi lana ex se fit: per id tamen, quod purpureo sanguine frequentius est intincta, iam haud amplius aestimatur vt lana, nec lana retinet nomen, verum & nomine, & pretio & aestimatione purpura appellatur, purpuraque ita censetur: Ita & eadem pie animae cogitationes quamuis ex se nil aliud sint, quam viles, fragilive hominis cogitationes, attamen dum frequentius in Christi sanguine, atque in eiusdem charitate fuerint intinctae, haud vt viles reputantur cogitationes, sed & nomine, & pretio, ac dignitate exornatur charitatis: ita vt eundem hominem vilem, fragilemque charitatis nomine reddat insignem, vt apparet ex iis quae in versu sequenti habentur, iuxta lectionem Hebr. & versionem Septuag. a Quam pulchra, & quam suavis es charitas in deliciis!

2 Cant. 7. 6.

Cogitationes pie anime quam pulchre, dum adstrictae seruantur.

Porro non minus profecto congruenter, & per id eadem celebratur pie animae cogitationes, quod instar purpurae Regis vittis adstrictae, vittis timoris Dei vinculae sint & ipsae. Etenim quemadmodum si fluere sinamus sanguinem, illico certe in terram fundetur totus, & per consequens, deficiente vita cum illo, mors omnia occupabit corporis membra: At vero si vittis adstrictus in venarum is detineatur canalibus, & vitam membris porrigit vniuersis, & pulchritudinem toti praebet corpori; Eadem ratione, si cogitationes ipsae ad terram fluere sinantur, vniuersas sane animae potentias spirituali gratiae vita priuari opera pretium est, turpissimamque peccati mortem inferri animae: At si vittis amoris Dei, arctissimae custodiam, & diuinorum praecceptorum eadem terentur adstrictae, vna cum gratiae vita tantum animae conciliabunt sanctitatis decorem, vt & Deus ipse ad illius amorem allectus, cogitationibus hisce adstrictus, ligatusque dicatur, iuxta lectionem illam, quae sic habet: Et coma capitis tui sicut purpura, Rex ligatus in canalibus, seu, in crinibus.

A Ex Verf. V. ca. VII. Et coma capitis tui sicut purpura Regis vincula canalibus.

EXPOSITIO IV.

De tertia Sponsa, quae est B. V. Maria.

EX ignea Gloriosae Virginis charitate, quam instar capitis in illius anima eminere, ostendimus in verbis praecedentibus, igneas profecto & cogitationes produisse. haud dubium est. Porro, sicut exinde iam celebrata est, quod charitatis caput diademate redimitum haberet, ex omnium virtutum floribus contexto, vt Regina adians a dextris Regis: Ita & modo exinde euehitur, quod eandem charitatem insigniori decoratam habuerit cogitationum ornamento: Haec quippe cogitationes tanto dicuntur charitatis igne succensae, vt plane sicut purpura Regis vincula canalibus, & sicut Iesus Christus Rex Iudaeorum cruci vincus (prout supra explicatum est, cum de Ecclesia ageremus) esse perhibeantur. Quis enim ignorat, cogitationes illius eo praesertim tempore, quo stabat iuxta Crucem, similes Christo extitisse Crucifixi? cum constet, Virginem Sanctissimam ob ipsas suas cogitationes vna cum Christi corpore cruci affixam mente, & quicquid Christus passus est in corpore, passam & ipsam in mente, iuxta Symeonis vaticinium illud: b Tuam ipsius animam pertransibit gladius. b Luc. 2. 35.

10

Mariae cogitationes similes Christo crucifixi.

Ex Verf. V. ca. VII. Et coma capitis tui sicut purpura Regis vincula canalibus.

Appendix Expositionum, Ex Antiquis Patribus collecta.

PARaphrasis Chaldaica. Et pauperes populi, qui ambulabant apud Principem hinc & inde, eo quod egeni sunt, futurum est, vt induantur purpura, sicut indutus est Daniel in Ciuitate Babylonis, & Mardocheus in Sufis, propter meritum Abrahae, quem Regem constituit ab initio in dominatorem saeculi, & propter iustitiam Isaac, quem ligauit pater eius, vt offerret eum, & propter dignitatem Iacob, qui decorticauit virgas in canalibus.

11

Qui per Ecclesiae caput mentem accipiunt fidelium, per eius capitis comas, quae hic celebrantur, sanctas accipiunt cogitationes ex illo prodeutes: per purpuram passionem intelligunt Christi, de qua ipsae sunt sanctorum cogitationes, atque adeo & sicut purpura Regis esse dicuntur.

Cogitationes iusti coma sicut purpura Regis vincula, &c.

Porro, quod dicitur, Sicut purpura Regis vincula canalibus: Calsiodorus, & Beda per canales humilitatem Sanctorum intelligunt, in qua aeterni Regis purpura intingitur, cui sancti quique humilitatem suae Redemptoris imitando, passionum illius conformes fieri satagunt, quatenus in purpurae dignitatem vertuntur, & laborantes pro Christo, cum Christo & coronari merentur. Vincula autem haec purpura esse dicitur: quia eorundem corda fixa sunt & stabilita & in timore, & amore Redemptoris sui, nec vniquam a charitate eius separari possunt.

Melius tamen Rup. Abb. hunc explicauit sensum, intelligens haec de cogitationibus B. Mariae, quae dicuntur sicut purpura Regis, vt pote relatae vniuersae ad sacramentum passionis Christi, qui propter passionem ipsam Rex constitutus, & gloria, & honore coronatus est. Per canales intelligit consilia Dei, ac proinde purpuram hanc dici, inquit, vincula canalibus: quia sicut purpura eo magis tingitur, & pretiosior fit, quo vicinius, atque diutius vincula fuerit tincturae canalibus: Ita Christi passio eo gloriosior est, quo amplius praecurrit sacrificii praecessit secundum

Rup. Abb. Mariae cogitationes relatae ad mysterium passionis Christi.

dum consilium diuinitatis, per quod quasi per canales cucurrit hæc pretiosa tinctura purpurea, qua Christus, qui erat virginitate candidus, factus est passione rubicundus.

A non solum colore resplendens, sed etiam potestate, quia Reges facit, & meliores Reges, quibus Regnum donet æternum.

Greg. Pap.

Alio pacto Greg. Papa: per purpuram enim cœlestem accipere videtur gratiam; per canales vero, sacras Scripturas. Ait quippe: comæ capitis sunt cogitationes mentis, quæ in canalibus ligantur: quia in scripturis diuinis ne inutiliter fluant, stringuntur; super quas aqua projicitur, quæ vestem Regiam currés tingit; quia dum in cogitationibus sanctæ mentis gratia cœlestis suscipitur, totam animam in cœleste ornamentum componit; ita vt iam tota in vitam æternam inardescat & ad æternum sponsum etiam per sanguinem martyrij pergere concupiscat.

Philo Carp. Comæ Christi sicut sunt multitudo fidelium.

Dum vero per Ecclesiæ caput, iuxta alteram sententiam, Christum intelligimus; per huius capitis comas vel tota fidelium multitudo accipi potest. vel sancti martyres, vel sancti pauperes. Fidelium multitudinem comas has esse, censuit Philo Carpathius quæ sicut purpura dicatur; quia dicta multitudo sanguine eiusdem Christi lota est, & colorata. tum & martyrum nece aucta est, & confirmata, ac veluti Regale exhibitum est Ecclesiæ indumentum.

Christi progressus quales.

Sequens autem Philo versionem Sept. noua tamen lectione legit, *Rex tremendus in excursibus suis*: eoque putat significari cœlestem Regem tremendum esse in progressibus, ac gestis, quæ pro salute nostra non vilius necessitatis vinculis coactus egit, sed immensæ charitatis ardore vincus ad hæc mortalia progressus est. Sanctos martyres comas Christi accipiunt Iustus Orgelit. & Aponius. Hi namque consimilari purpuram regalibus ornamentis, & salutaribus semper copulari intelligunt doctrinis, quas canales arbitratur esse Iustus. Addit Aponius, purpuram dici iunctam canalibus, quibus decurrens succus suscipitur iterum profuturus: quia & martyres suum sanguinem effundendo, alijs profunt, qui eorum exemplum sequi desiderant.

Martyres sunt comæ Christi sicut purpura. Iust. Org. Aponius.

Anselmus. Pauperes sunt comæ Christi. Ambros.

Veros pauperes, qui Christo proxime adhærent, eiusdemque vt capitis sunt ornamentum, per comas accipit Anselmus: qui sicut purpura Regis dicuntur, quatenus sunt passionis eiusdem Christi imitatores. Per canales intelligit Ambrosius internas cogitationes; vt, cum prædictæ comæ dicuntur sicut purpura Regis vincula canalibus, significetur eorum passionem pauperum esse iunctam, & dependentem a cogitationibus, & cordibus: vt scilicet cum proponant se imitatores passionis Christi, non sit hoc secundum exteriora tantum, sed etiam secundum interiora.

Theodor. Doctrina bona est Ecclesiæ comæ.

Theodor. & Tres Patres apud eundem iuxta versionem Sept. legentes: *Et nexus capitis tui sicut Rex purpura indutus in transversibus*; per comas, seu nexus capitis Ecclesiæ, & piæ animæ sanctæ illius intelligunt doctrinam. Vnde Theodoritus vocat, inquit, crinum nexum, & plicatam purpuram comparatam, doctrinam apte, & decore compositam, ac pronuntiatam, quæ Christi sanguine tincta atque conspersa sit. Neque adeo fulget Rex amictus purpura, vt doctor pietatis, qui diuinæ cognitionis prædicat disciplinam, eaque veritatis alumnus imbuat.

Tres Patres. Iusti animus est Rex.

Tres vero Patres, Christi, inquit, doctrina rationum, & morum nexu contexta, tamquam Regis est indumentum, animi tui amictus, in quo ille perturbationibus dominatur, & est Rex vincus in transversibus hoc est, nulli subiectus perturbationi, sed diuinæ doctrinæ funiculo ligatus in transcursibus præsentis vitæ, ne rerum sensibilibus, & caducarum lubrico prolabatur.

Ambros. Sanguis Christi si nos Reges constituit.

Illud denique & hoc loco notandum, quod ex hoc loco Ambros. colligit, piæ animam Christi sanguine veluti in Reginam coronari, nam Serm. 17. in Psal. 118. vers. 5. hæc habet: Vnde & ipsa tamquam benemerita Regina Christi sanguine coronatur, sicut scriptum est: *Et ornatus capitis tui sicut purpura*. Sanguis Christi purpura est, quæ inficit sanctorum animas,

Verf. VI. cap. VII. *Quam pulchra es, & quam decora, charissima, in delicijs!*

EXPOSITIO I.

Iuxta sonum litterarum.

S At exploratum, communiore expositorem consensu hæc accipi vt dicta à sponso, tametsi non desint, qui puellis iidem ea tribuant, quas hucusque locutas, supponunt. Mihi dicendum videtur totum chorum puellarum in his reassumere, quam cœperat orationem panegyricam pulchritudinis sponsæ, eademque orationem præclarissimo isto epiphonemate concludere. Cum. n. à quibusdam puellarum earum, quæ in ipso erant, interruptus fuisset in medio sermonis, quando (vt diximus) singulæ propria proferre cœperunt encomia specialium membrorum eiusdem sponsæ, prout magis allectas se sentiebant eorum pulchritudine: chorus post audita encomia capitis, atque comarum, quæ sunt extrema totius corporis, totus simul concinens, vniuersasque eiusdem sponsæ recapitulans laudes, mirifice illas amplificat. Haud enim amplius dicit: *Quam pulchri sunt gressus tui!* aut, *Quam pulchrum est membrum istud*, vel istud: sed membra omnia singulorumque cum alijs proportionem, & harmoniam, nec non & venustatem, & suauitatem illius vniuersam cõplectens, in hæc eximio concentu prorumpit: *Quam pulchra es, & quam decora, charissima, in delicijs!*

Pro quorum intellectu, notandum primo *decora* vocabulum haud pro eodem sumendum hoc loco; pro quo sumptum est supra in c. 6. vbi in vers. 3. dicebatur: *a Pulchra es amica mea, suavis, & decora sicut Ierusalem.* (neque enim in textu Hebraico eadem vox est) sed in eo significatu, quo idem sumptum est in cap. 1. vbi dicebatur: *b Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus*, id est iucundus, atque suavis: *ד'י'נ* naghim enim vox, quæ deducitur à verbo, quod hoc loco habetur, suauem significat, & dulcem: vnde bene Septuag. vertit: *Quid seu quam dulcis facta es* cum verbum Hebraicum, *נ'ד'י'נ* naghimthe proprie eam habeat vim, ac si dicere liceret dulcissimi: sicuti præcedens, pulchritudo, prout vertit Pagninus.

Notandum secundo, pro voce, *charissima*, tam in textu Hebraico, quam in versione Sept. efficacius haberi, charitas, in abstracto, eo modo, eoque sensu, quo supra in cap. 5. sponsus dictus est, *c Totus desiderium*. Vnde apparet, quam bene noster Interpres eam sic verterit, *charissima*: sicut ibi & optime vertit, *Totus desiderabilis*. Quamquam alias eandem appellationem charitatis sponsa tributam à sponso idem Interpres reddiderit vocabulo *dilecta*, vt in ca. 2. 3. & 8. vbi quod in Hebr. & versione Septuag. legitur: *d Neque euigilare faciatis charitatem*, vertit, *Neque euigilare faciatis dilectam*: accipiens charitatis nomen vt amatorie dictum: quomodo & nos, quem valde diligimus sic appellare solemus: *Amor meus, bonum meum, &c.*

Tertio notandum, id quod vltimo loco dicitur, *In delicijs*, sumi posse vel actiue, vel etiam passiue, sicut quadruplicè efficere sensum. Si enim actiue sumatur, vt deliciarum nomine ea designentur delicia, quas sponsa alijs exhiberet, tres sunt sensus istorum verborum, *charissima*, seu *charitas in delicijs*.

Primus, vt hoc, *in delicijs*, addatur tamquam causa; cur ea sit *charissima*, nimirum quia in sui conuersatione ob dulces amabileseque mores, & modos fo-

ciabus iuges exhiberet delicias, vt idem fit, *in delicijs*, ac, *propter delicias* sensusque fit iuuuismodi.

Paraphra-
fis.

Quis explicet, *quam pulchra sis* membrorum specie, quam venustate, & gratia decora, atque suauis, o tu, quæ charissima es vniuersis ob iuges, quas in conuersatione tua moribus, modisque iucundissimis exhibas, delicias?

Secundus
sensus.

Altero vero sensu eadem verba, *in delicijs*, actiue item sumpta accipi queunt pro distincto epitheto: vt idem fit. ac delicias exhibens, atque ad duo distincta epitheta duæ repondeant admirationes, seu exclamaciones, pulchritudinis ad epithetum charissima, decoris vero ad hoc *in delicijs*. Ac si dicatur.

Paraphra-
fis.

O, quæ ob insignem pulchritudinem tuam omnibus es charissima, quis explicare valeat *quam sis pulchra*? quisue id explicet, quam sis decora, & suauis tu, quæ vniuersis affers delicias?

Tertius
sensus.

Vel si sequamur lectionem Hebr. & Sept. quæ habet, *charitas*, seu, *amor in delicijs*; dici sat congrue possit, itud, *in delicijs*, adiectum pro apposito epitheti amoris, vt significetur, sponsam esse quidem amorem, non tamen amorem in talem qui cruciet; nec pulchritudine, venustate, seu iuicæ sua conuersatione eum causare sui amorem, qui pœnes inferat, & languorem: at esse amorem deliciofum, qui delicijs recreet ipsam diligentes: Ac si dicatur.

Paraphra-
fis.

Quis explicet, *quam tu pulchra sis*, quæ *charitas* ipsa es? quis, *quam sis iucunda*, quæ amore cum delicijs iugibus eas afficis. quæ tecum conuersantur?

Porro verba ista optime congruunt sociabus: nam sponso non ita congruerent, quem nouimus alias conquestum de pœnis, & duritie amoris eiusdem sponsæ, vnde in sequenti capite dicit: *e Fortis est, vt mors, dilectio, dura sicut infernus, amulato.*

e Cant. 8.6.

Quamuis autem tres hi sensus admodum sint probabiles; probabilius tamen dici posse crediderim, sensu quarto verba ista *in delicijs*, sumenda potius pœnsiue, vt non tam eas significant delicias, quas sponsa alijs exhiberet, quam illas, quibus ipsa perfrueretur: prout sumpsisse videntur Sept. vertentes, *in delicijs suis*: nec nõ & Aquila, qui Hebraicâ vocem vnam כחנאנגחם battanganugim, *in delicijs*, pro duabus legens dictionibus כחנאנגחם bath anganugim, vertit *filia deliciarum*, eo plane sensu, quo & in primo cap. Prophetiæ Michææ dicuntur *filij deliciarum*, qui in delicijs enutriti erant, delicijsque fruebantur, & vt recte vno verbo expressere Sept. *Delicatio*. Tuncque commodissimo sensu puellarum chorus exinde sponsam hoc laudabit epiphonemate, quod, ex quo sponsa effecta est, & amor dilecti, delicijs perfruens, & in delicijs versans, mirabiliter pulchra reddita sit, decora, atque iucunda, iuxta illud Prouerbiorum: *q Animus gaudens oratorem floridam facit*: Explicatque melius hunc sensum lectio Hebr. & Septuag. *Quam pulchra facta es! quam suauis facta es!* Et confirmatur sensus idem per id quod ab eodem choro vno eodemque spiritu subijcitur: *Statura tua*, seu efficacius lectione Hebr. & Sept. *Ista statura tua* seu, *Magnitudo tua*: clariusque secundum versionem Symmachi: *Ista etas tua*, & secundum versionem Aquilæ, *in diuinitate, ista suscitatio tua*: Italice, *Questo cresceret tuo. Assimilata est palmae*. Estque locutio ista admodum consona vulgato loquendi modo, quo vti solemus de quopiam in dignitatem aliquam eleuato, in qua delicijs exuberet, dicentes, *Quam pulcher effectus ille est, quam iucundus, quam pinguis*: Et Italice, *E crescit vn palmo*, quod & de nouis quoque sponsis inter puellas præsertim dici consuevit. Eodem itaque sensu id, quod hic dicitur, tale erit.

f Mich. 1.
16.

g Pro. 17.
22.

Paraphra-
fis.

Quam pulchra facta es, quamue iucunda ex quo clarissima sponsa *in delicijs* esse cepisti? Admirabilis certe facta est quam maxime pulchritudo, & suauitas tua *in delicijs*, quibus perfrueris: Ita in altum excreuit, vt plane assimilanda sis palmæ excelsæ. Hoc sensu absque dubio crediderim, sapientissimos viros Sept. Interpretes hæc sumpsisse, quandoquidem & præcitata verba iunxere cum his, quæ hoc vers. 6. dicuntur,

ita hanc totam legentes sententiam: *Quam pulchra facta es, quam suauis facta es charitas! in delicijs tuis ista magnitudo tua*. Sic præclare distincta hæc leguntur in Græco codice Vaticano correctiori, & postea subditur: *Assimilata es palmæ: vt dicemus in subsequentijs*.

Verf. VI. cap. VII. *Quam pulchra es, & quam decora, charissima, in delicijs!*

B

EXPOSITIO II.

De prima Sponfa, quæ est Ecclesia Sancta.

DE admirabili Ecclesiæ Catholicæ pulchritudine sæpius in hisce actum est commentarijs: De decore, atque suauitate eiusdem nonnulla dicta fuere, cum verba illa exponerentur, quibus in cap. 6. dicebat sponsus: *a Pulchra es amica mea, suauis, & decora sicut Ierusalem*. Id modo explicandum hoc loco superest: Quomodo eadem Ecclesia in delicijs tunc esse coeperit, cum à Christo sponsata est in fide: Et quomodo exinde pariter habuerit, quod admirabili insignita est pulchritudine, & suauitate, quæ duo asseruntur in his verbis, iuxta quartum probabiliorumque sensum, acceptis. Et quidem de secundo satis actum est supra, & in exposit. secunda eorum verborum cap. primi: *b Ecce tu pulchra es amica mea: ecce tu pulchra es, & cum de Ecclesia exposita fuere citata illa verba cap. 6. c Pulchra es amica mea, suauis, & decora sicut Ierusalem*.

2
Quartus
sensus.

a Cant. 6. 3.

b Can. 1. 19

c Cant. 6. 3.

C

De primo vero multa certe forent dicenda, sat tamen pro nunc mihi erit, id probasse aliqua scripturarum auctoritate, eamque optimam crediderim inter innumeras, quæ apud Isaiam Prophetam eadem prædicuntur delicia, quibus ipsa recreanda esset Ecclesia, cum per Verbi Incarnationem desponsanda erat à Christo ipsius dilecto his verbis: *d Lætabitur deserta, & inuinita, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium. Germinans germinabit, & exultabit lætatura, & laudans. Gloria Libani data est ei, d. cor Carmeli, & Saron. Ipsi videbunt gloriam Domini, & decorem Dei nostri*.

Ecclesia quibus deliciae cumulatæ sicut post Verbi Incarnationem.

d Isa. 35. 1.

Verf. VI. c. VII. *Quam pulchra es, & quam decora, charissima, in delicijs!*

E

EXPOSITIO III.

De secunda Sponfa, quæ est Anima Iusti.

DE spiritualibus piæ animæ delicijs, iisque præsertim, quibus ea perfruitur quando studio contemplationis, & orationis Deo vnitur dilecto, sponsoque suo, sæpius in superioribus pleraque dicta sunt. Illud vero duntaxat in his, quæ hoc loco dicuntur, considerandum superest, quod quæ in prædictis delicijs eo peruenit vnionis cum Deo, vt, sicut ille charitas est, ita & ipsa dici charitas mereatur, quatenus tunc Deo charissima esse perhibetur: in ipsismet delicijs, quin & per ipsamet delicias suas singulari ratione pulchra effecta asseritur, atque iucunda, & dulcis, iuxta ea, quæ dicta sunt in sensu probabiliori quarto loco in prima exposit. allato. Siquidem ex hisce colligere est, animam illam quæ vere in delicijs Deo vnitur, haud fordida, asperamve esse proximis, prout complures inter eos reperire est, qui spiritualem profitentes vitam, in illud totum suum collocant studium, vt solitudini, & contemplationi indulgeant, quo ob quamdam proprij amoris radicem sensibili-

3

libilibus fruuntur consolationibus spiritus. Cum autem ob fraternam charitatem ab ijs amouentur delicijs turpes in fratru conuersatione se exhibent, quod conuersari nequeant proprioque inhareant gustui; nec non & morosos. & asperos. ira exardetes in alios, quam zeli nomine decorant: quos profecto vulgari appellatione zeloticos nūcupare solemus. Quę enim vere sponsa Christi est, & charitas in delicijs (vt explicatum est) in conuersatione, & in colloquijs pulcherrimam sese ostendit benignis moribus, nec non & suauem, leta semper, & gaudens. Sicut enim corpus, quale est intrinsecus, tale sese & extrinsecus exhibet: si male affectum, pallidum, ac macie consumptum: si sanum, pulchrum, rubicundum, atque iucundum: Ita sane & anima qualis vere extiterit intrinsecus, talem demum se extrinsecus exhibeat, necesse est. Vnde nil mirum si fratres omnes simul, & singuli quique lubentissime talem animam hisce celebrent: *Quam pulchra es, & quam decora charissima in delicijs.* Iuxta primos quoque sensus acceptis, in quibus haud operæpretium est, vt modo detinear.

In eo potius detineri lubet, vt ex hac ipsa sententia quarto sensu intellecta colligamus; quomodo tunc maxime pia anima Deo vnita agnoscitur, cum in tribulationibus extiterit. Tunc enim arcta cum Deo iuncta esse percipitur charitate & conformata voluntati illius, formam, & nomen eiusdem charitatis ab illo suscipiens, vt merito, sicut is charitas dicitur, ita & ipsa charitas appelletur, sed cum eo additamento, in delicijs. Deliciarum autem nomine tribulationes hic designari colligitur manifeste ex Paraphrasi Chaldaica, quę ipa hæc reddit: *Dixit Salomon Rex: Quam pulcher est cœtus Israel in tempore, quo tu portas iugum Regni mei in tempore, quo ego corripio te in infirmitatibus propter peccata tua, & tu suscipis in charitate, & videntur tibi delicię.* Quidni vero deliciarum nomine tribulationes potissimum significatas dicere formidabimus, si Iacob. Apostol. illas non vnum duntaxat, sed omne gaudiū, omneque asserit delicijs? Si superabundantiam gaudijs eisdem dicit & Paulus item Apostolus? Si denique & de impijs illud in libro Iob libere dictum nouimus, esse sub sentibus delicijs computant, quos ea ipsa, quę in sæculo molestissima sunt quęque complurium ærumnarum causa existunt, eiusdem sæculi amore, vel commodis proprijs obcœcatis, quasi delicijs habere, conspiciamus quotidie, & ingemiscimus. Bene autem Septuag. vertunt: *Charitas in delicijs suis.* Mundus quippe, & Mundani tribulationes nullatenus deliciarum loco habere se posse fatentur. Sunt tamen vera delicijs, sed delicijs propria iustorum, quippe quas pia quęque anima, quę Dei æstuat charitate, vt suas proprias æstimat: atque adeo de hisce potissimum gloriatur, dicens cum Apostolo. *Gloriamur in tribulationibus.* Vnde peregrinie ponderat Chrysof. ea eiusdem Pauli verba quibus ad Regem Agrippam in Actibus Apostol. dixit, *a Opto apud Deum & in modico, & in magno, non tantum te, sed etiam omnes, qui audiunt, hodie fieri tales, qualis ego sum, exceptis vinculis his: asserens, Paulum omnia quidem, quę in ipso essent præclara, libenter communicata optasse: vincula tamen, & tribulationes excepisse, quas suas proprias agnoscebat delicijs. Vide Chrysof. homil. 9. in epist. ad Ephes. Denique, & illud quoque in his, quę exponimus, aduertendum est, quod asseritur, eamdem animam in prædictis delicijs, seu per eandem delicijs, & tribulationes mirabiliter pulchram factam, & dulcem, atque suauem. Hoc autem vno ignis exemplo probari facile potest: Ignis namque & pulchritudinem auro, & suauitatem confert vnguentis: & sat nobis compertum, sæpius in sacris litteris tribulationes igni comparatas, & ignis appellatione expressas.*

A *Vers. VI. cap. VII. Quā pulchra es, & quam decora, charissima, in delicijs!*

EXPOSITIO IV.

De tertia Sponsa, quę est B. Maria.

QVI deuotione huius sanctissimę Virginis sunt insignes, vt experti hæc iterare non cessant verba, *Quam pulchra es, & quam decora es, charissima, in delicijs!* deliciarum vocabulo actiue sumpto, & pro eis delicijs, quas illa largissime solet exhibere, iuxta tres sensus in prima expositione primum allatos.

At ab Ecclesia specialiter eadem aprantur eidem Virgini iuxta quartum sensum accepta: Sequens enim versionem Septuag. in quadam Antiphona, ita ei concinit; *Speciosa facta es, & suauis in delicijs tuis, Sæcta Dei genitrix.* Porro, cum Virgo Benedicta & in hac vita, & in alia singulari modo delicijs habuerit proprias, etiam cum in hoc sæculo degeret dici ei hæc potuerint à quolibet. Quis enim explicet, quibus illa delicijs cumulata fuerit, quando descendit Spiritus sanctus in eam, & virtute Altissimi illi obumbrante, in sponsam assumpta est æterni Dei? Quis, quibus perfusa est, cum ante suos ipsos oculos esse natum Regem intueretur glorię, cum eundem suis complecteretur vlinis vbereque suo de cœlo pleno lactaret? Sed & quis exprimere id eius valeat augmenti pulchritudinis, gratię, & decoris, atque suauitatis, quo illa tunc pulchra facta est, & suauis, cum in filij conceptione sponsata, delicijs est perfusa vberioribus? Vnde nil mirum, si admiranter hæc pronuntiat legamus: *Quam pulchra facta es, quam suauis facta es, charissima, in delicijs?* Et bene addi debet, tuis: quia nec in delicijs ipsis, sicut nec in sanctitatis pulchritudine, nec in suauitatis iucunditate primam similem visa est, nec habere sequentem.

Non minus tamen hæc à cœlestibus Spiritibus tūc dicta sumentur, cum eadem exaltata super omnes cœlos, ad filij dexteram collocata est, & glorioso coronata diademate: nec non & à nobis, dum illam ibi cum filio regnantem meditamur. Cum enim tunc vera in Deum transformata, atque adeo charitas effecta, in delicijs versaretur æternis, tanta sane effulgere cepit glorię pulchritudine, vt nisi cum huiusmodi admiratione, *Quam pulchra facta es, id exprimi potuerit, tantaque decorata est iucunditatis dulcedine, vt merito admiranter quoque addendum fuerit: Quam dulcis facta es!* vt pote, in qua fons reperitur omnis dulcedinis, omnisque lætitię. Ideoque recte item ab Ecclesia in altera Antiphona illud ei cantatur Psalm. 86. *Sicut lætantium omnium habitatio est in te, Sancta Dei genitrix:* in quo quid habitationis vocabulo significetur, per Hebraicam exprimitur vocem, quę proprie significat fontes: tametsi à cõpluribus translate sumpta, referatur ad cogitationes: ac si dictum esset: In te Virgo Gloriosa sunt fontes, scilicet deliciarum, cogitationesque omnium eorum, qui vere lætantes dici queant.

Vers. VI. cap. VII. Quā pulchra es, & quam decora, charissima, in delicijs!

Appendix Expositionum, Ex Antiquis Patribus collecta.

PARaphrasim Chaldaicam videre potes allatam supra in expositione tertia, nec opus est, vt hic eam repetamus.

Communiori sensu cum Cassiodoro tam Ecclesia, quam anima à Christo pulchra hoc loco dicitur, in fide, atque decora in operatione, & quę in præcedentibus dicta est terribilis vt castrorum acies ordinata:

Simile.

In tribulationibus iusti agnoscuntur esse maxime Deo vincti.

4

Tribulationes designantur nomine deliciarum.

¶ Iac. 1. 2.

f. 2. cor. 8. 3

g. 1. cor. 7. 7. Chrysof.

a. Act. 26. 29.

Tribulationes reddunt animam pulchram & suauem.

Simile.

5 Maria quibus delicijs suos recreat deuotos.

Tertius sensus.

Maria quibus delicijs quæne gratia, & iucunditate cumulata in Incarnatione Verbi.

b. Psalm. 86. 8.

6 Cassiodor. Beda. In delicijs eã pia anima ob gustus spirituales, quibus fruuntur.

diuina: quia & hæreticis obfistit, & dæmones sua terret sanctitatis perfectione, modo dicitur esse in delicijs: quia suauitatem supernæ dulcedinis assidue palato mentis degustat, & inter pressuras huius sæculi illas adipisci desiderat: vnde merito quæ talis est, Christo charissimam asserit.

Eidem Christo charissimam in delicijs illam inquit Greg. Papa, quæ delicijs abundet Scripturæ sacræ.

Greg. Pap.

Greg. Abb.

i. electa anime pia sunt dona gratiarum & intellectus sacre scripturæ.

Kupertus quoque Abbas, Quid est, ait, in delicijs pulchram, & decoram esse, nisi in abundantia gratiæ mansuetudinem, summanque humilitatem cordis habere? Denique dona gratiarum, & intelligentia scripturarum, siue Sacramentorum cœlestium vere sunt deliciæ, & humilitas cordis vera pulchritudo est, res decora, & Deo amabilis virtus est.

Non tam sponso, quam sociabus sponsæ, seu ministris ipsius sponsi tribuere hæc videntur, qui lectionem Sept. interpretantur, quæ pro, charissima, habet, charitas. Ita autem hæc exponit Theodoritus, Decora facta es, cum antea non esses: & cum antea scœditasti omni esles plena, repente iucunda, & suavis euasisti, idque es consecuta, quoniam in charitatis delicijs oblectaris. Diligens enim amantem te sponsum, & in eius amore tuas omnes delicias collocas, reliqua omnia contempnisti. Ab his parum discrepant & hæc quæ asserunt Tres Patres apud eundem.

Theodor. Deliciae pie anime sunt ex charitate in Deum.

Tres Patres.

Admirabiliter circumdata es pulchritudine, ea nimirum, quæ peruenit ad te exemplari, & sponso coniuncta, atque illo fruens, referta es incredibili iucunditate spiritali. Etenim charitas in delicijs tuis, quæ quidem ex virtute proficiscuntur, cum gustaueris, Christum esse Dominum, tota ex ipsius pendes charitate, quæ timorem expellit.

Ambros. serm. 17. in Psal. 118. vers. 5. hinc probat, charitatis nomine insignitâ Christi sponsam, ait quippe: Merito Spiritus sanctus exclamat: *Quam pulchra, & suavis facta es, charitas, in delicijs tuis! Pulchra decore virtutis, suavis iucunditate gratiæ, remissione vitiõrum, quam nulla vexat amaritudo peccati, & ipsa iam charitas, quæ diligendo Deum & nomen acceperit: quia Deus charitas est.* Quo loco notandum id, quod & supra exposui. prima tetigi. Ambros. ne verbum quidem de delicijs facere, ni ad illas alluserit fortasse per verba illa, quam nulla vexat amaritudo peccati.

Ambros. Iustus appellatur ciuitatis.

E contra August. tract. 65. in Ioan. hoc ipsum ponderans, quod dicitur: *Charitas in delicijs*: piam alloquens animam Christi sponsam ait: O quam bene cantatur tibi in epithalamio tuo: *Quia charitas in delicijs tuis!* Ipsa non perdit cum impijs animam tuam, ipsa discernit causam tuam, & sicut mors valida est, & in delicijs tuis est. Quam mirandi generis mors, cui parum fuit, non esse in pœnis, nisi esset insuper & in delicijs.

August. Mors quam infert charitas est iucundissima.

Singulari modo ad sponsum hæc dicta sumit Philo Carpathius, ideoque legit: *Quam speciosus factus es, & potens!* id, quod non tam de Christo vt Deo, quam de eodem vt homine intelligendum asserit. Porro quod dicitur: *Charitas in delicijs tuis*: per id illud interpretatur Prouerbior. quo ipsamet sapientia increata dixit: *a Et deliciæ meæ esse cum filiis hominum.* Tanta enim, ait, nos complectitur charitate, vt nihil aliud, quam nos secum semper esse malit: hoc de nobis auct, hoc postulat, hoc efflagitat.

Philo Carp. Christus ob charitatem habet nos in delicijs suis.

a Pro. 8. 31.

Verf. VII. c. VII. *Statura tua a similitudine est palmæ, & vbera tua botris.*

EXPOSITIO I.

Iuxta sonum litterarum.

Præquam sensum istius sententiæ attingamus, tria sunt, quæ operæpretium est, vt prænotentur circa vocum intellectiõnem, Primum, tam in Hebræo

quam in Græcis versionibus Sept. Aquilæ, & Symmachi adiectum reperiri articulum indicatiuum ad nomen staturæ: *Ista statura tua.* Secundum Hebraicam vocem קומתך Komattech, quam noster interpretatur *statura tua*: Sept. *magnitudo tua*: Symmachus, *etas tua*: deductam esse à verbo קום Kum, quatenus prior significatione vsurpari illud solet pro surgere, atque adeo eam hic significare staturam, magnitudinem, atque ætatem, quæ in alium surrexerit, seu excreuerit, quod aptissime, tenui meo iudicio, expressit Aquila, dum eandem vertit, *amissæ surrectio*, & proprius diceremus, crescere, significantes habitum corporis actû crescentis, & in alium surgentis. Tertium,

Aquila. Symmach.

botri, quibus sponsæ vbera comparantur, à Legionensi, Genebrardo, alijsve pluribus recentiorum vna cum R. Abraham Aben Ezdra accipi pro botris vuarum ijs, qui eminebant è palma ab ea vite, quæ simul cum ipsa crescit, & erigitur, ei veluti maritata; quomodo quæ in nostris Regionibus maritantur vimis: quod probant ex eo, quod subijcitur in versu sequenti: *Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius, & erunt vbera tua sicut botri vineæ.* Melius tamen aptiusve dici crediderim quod à Theodorito asseritur, à Catechizantium Patrum, & alijs etiam ex recentioribus vna cum ceteris Hebræorum Doctoribus, botrorum vocabulum sumi debere pro dactylorum botris, qui vt palmæ fructus è palma celsiori dependent: Nusquam enim in sacris litteris, nec alibi apud quemquam alium auctorem legisse me memini palmis in Palæstina vites maritari solitas. Neque id, quod versu sequenti dicitur, id coniunct, vel probat: Non si ex ijs verbis colligendum sit, hic fieri sermonem de vite ad palmam alligata, profecto eadem ratione colligendum erit, arborem quoque mali, de qua ibi agitur, cum dicitur: *Et odor viti tui sicut odor malorum:* eidem palmæ alligatam esse, quod tamen diceret nemo. Admodum tamen probabiliter dici posse censerem, etiam vuarum botros hic designatos: non tamen earum vuarum, quæ palmæ maritatæ essent, sed vuarum simpliciter, vt comparatio botrorum distincta penitus sit à prima palmæ similitudine: sintque duæ separatæ similitudines, sicut duo sunt, pro quibus ex asseruntur, statura, & vbera, prout iam apparebit in explicatione sensus, quem ipse germanum arbitror. Et certe negare non possum quin aptius hoc loco ad botros vuarum, quam ad botros palmæ, & dactylorum vbera comparentur sponsæ, ad exprimendum eorum tumorem, & copiam lactis, quod ex illis exprimitur, æque ac è prædictis botris vinum: propter quod alias dictum recolimus de iisdem sponsæ vberibus in hoc Cantico. *b Meliora, & pulchriora sunt vbera tua vino.*

Legionensis. Genebrard. R. Abraham.

Theodor. Tres Patres.

In asserendo sensu totius huius sententiæ est primum consueta inter Expositores dissentio: A quoniam hæc dicta censenda sint: A sponso enim asserunt plerique. Ab vna duntaxat chori puella Genebrardus, & Hortolanus: Sorori minori tribuit eadem Martinus Del Rio, vt dicta ad sororem maiorem. At tamen hi fere omnes in sensu conueniunt, vt in hac sententia nouum proferatur encomium totius quidem corporis, commendatione proceritatis, rectitudinis, & roboris per comparationem ad palmam excelsum, rectam, & semper viridem, ac validam: Vberum vero, commendatione succipleni, & copię lactis per comparationem ad botros siue vuarum, siue ipsius palmæ.

b Cant. 4. 10. Sensus communis.

Genebrard. Hortolanus. Martinus Del Rio.

Ipsæ tamen opinor, hæc quoque spectare ad idem epiphonema, quod in superiori versu ceptum vidimus; & decantatum à toto puellarum choro in coronidem panegyricæ orationis habitæ in laudem pulchritudinis sponsæ. In quam sententiam adducor ex lectione, & distinctione Septuag. quam sequuntur plerique Sanctorum Patrum: ea namque, vt & supra notatum est, ita se habet: *Quam speciosa facta es, quam suavis es facta, charitas! In delicijs tuis ista magnitudo tua a similitudine est palmæ, & vbera tua botris.* Crediderim itaque

Primo sensus.

x

itaque totum chorum puellarum, qui in præcedenti versu iuxta probabiliorem sensum, quem quarto loco attuli, sponsam exinde euexerat, quod postquam dilecto suo sponsata est, & in delicijs cepit esse amoris, & charitatis, mirum in modum pulchra facta sit, & iucunda; id ipsum modo probare ex duplici, patientique indicio: ex augmento nimirum staturæ corporis, quo ita excreuisse illa visa est, ut iam celsitudine palmæ esset assimilanda, & ex turgentibus eius vberibus, quæ iam ita succiplena conspicerentur, ut plane turgidis, mustoq; plenis botris comparari deberent: id per hæc in illa celebrare volentes, quod ad perfectam sponsæ peruenit pulchritudinem, & suauitatem. Ista siquidem duo potiora sunt indicia, ex quibus dignosci queat, cum puella quæpiam mulier dicenda sit, & sponsæ appellatione digna: cum grandior illa effecta spectatur statura proceræ, prout omnibus compertum est; & cum eidem vbera excreuerint, & extuberint, prout asserit Aristoteles lib. 7. de histor. animal. cap. 1. quinimo etiam Dominus apud Ezechielem hæc ipsa potissimum asserit indicia ad idem probandum, dicens: *a Et grandis effecta es, & peruenisti ad mundum muliebrem: vbera tua intumuerunt.* Et ipsammet sponsam hisce duobus pariter vti videbimus, ad hoc comprobandum, quod mulier sit, & quæ vere dici queat sponsa: vbi in subsequenti cap. 8. ad ea, quæ de sorore sua dicta acceperat, quod paruula adhuc illa esset statura scilicet corporis, & vbera non haberet, adhuc scilicet extuberantia, de semet subiecit: *b Ego murus, corporis. i. robore, & celsitudine. & vbera mea quasi turris, scilicet eleuata sunt, & tumentia.* Itaque prima hæc est chori puellarum intentio in his verbis: *ista statura tua assimilata est palma, & vbera tua botris: tametsi tales adhibuerit similitudines, quibus mirum in modum exprimeretur pulchritudo & corporis proceri, & vberum tumentium, ut explicatum est, cum communiofferremus sensum.*

Illud duntaxat hoc loco addendum, quod si comparatio extuberantium vberum facta sit ad botros dactylorum, & palmæ prout probabilis censebam, tunc sicut similitudo sumpta est ex vna eademque palmæ arbore, quæ excelsa sit, & recta, semper virens, ac inflexibilis, & è qua perpulchra turgidi dependent dactylorum botri: Ita vnum solummodo laudabitur sponsæ corpus, quod in altum excreuerit rectum, vegetum, atque robustum, è quo perpulchra pariter quodammodo dependeant vbera, quæ iam extuberant: iam enim supra in vers. 3. ab ipsomet choro eadem vbera insigni celebrata fuerunt encomio. Breuiter igitur, quod in his asseritur iuxta hunc sensum, quem congruentiorem, ac probabiliorem arbitror, tale est.

Certe augmentum istud totius staturæ tuæ, qua adeo in altum excreuisti, ut excelfo corpore ipso tuo, recto simul, ac vegeto palmæ assimilanda sis: quin & extuberantia vbera tua, quæ haud minus pulchre è celfo tuo isto spectantur corpore, quam è palma pendentes, & turgidi conspiciantur botri dactylorum: sat istud ipsum probant, *quam pulchra facta sis, quamue iucunda, ex quo charitas, sponsaque es in delicijs.*

Vel: Et ex ista statura, & magnitudine tua, qua tam cito instar palmæ recta, & vegeta excreuisti in altum; nec non & ex vberum tuorum tumore, quo instar botrorum vix illa iam extuberant, sat intelligimus, & vnicuique aduertere licet, quam vere charitas existens in delicijs, sponsaque effecta, pulcherrima facta sis, & suauissima perfectam iam adeptam mulieris pulchritudinem. Quæ verba satis consona sunt nubilibus puellis, quales hæc sunt, quæ modo in choro loquuntur. Atque hæc quidem recte, si in delicijs, quod habetur in versu superiori, passiuè sumatur, & de delicijs intelligatur illis quibus sponsa fruebatur.

Quod si haud hac ratione, sed actiuè potius & pro delicijs, quibus sponsa alios perfundeat, id sumere lubeat, iuxta aliquem eorum trium sensuum, quos primum in eorundem verborum expositione alla-

tos videre est: Tunc satis congruenter dici poterit, eundem puellarum chorum adhuc suum prosequi epiphonema: At, quod generali iam euexerat mirabilis pulchritudinis, & suauitatis sponsæ encomio, dicens: *Quam pulchra es, & quam decora, seu, suauis.* id modo specialius exprimere: pulchritudinem quidem ex eo potissimum probans, quod primo omnium exhibebatur aspectui, è celsa nimirum, rectaque corporis eius statura, vegetoque eiusdem corporis habitu, celsissimæ, rectæ, virentique eam assimilans palmæ, eiusdem vero dulcedinem è succiplenis, pulcherrimeque extuberantibus comprobans eius vberibus. Vt enim hanc efficacius contestaretur illius suauitatem, vbera ipsa dulcissimis comparat botris siue dactylorum, qui è palma ipsa dependeant, siue vuarum in genere, ut sensus sit.

Quis non tuam admiretur, decantetque pulchritudinem? statura ista ipsa tua, quam omnes intuentur, ad id compellit vniuersos: corpore namque ita conspiceris proceræ, recto, atque vegeto, ut plane celsissimæ, rectæ, atque virenti assimilanda sis palmæ. Dulcedinem quoque tuam quis non prædicet? cum vbera instar botrorum habeas, botrisque tui dactylorum palmæ, tum etiam vuarum, similia, non tam ob tuberositatem, quam ob dulcedinis copiam. Confirmabitur sensus iste per id, quod in subsequentibus verbis ab vna chori huius puella, hæc, quæ à toto choro dicuntur, reasumente dicitur: *Dixi, ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius, & erunt vbera tua sicut vineæ.* Vbi ostendet, per botrorum vocabulum tum botros palmæ se intellexisse, tum botros vuarum, ambos dulcissimos: atque adeo ita sponsæ dulcedinis compotem fieri se velle, ut ex eius vberibus, & prædulcium botrorum, fructuumque palmæ, & suauissimorum quoque botrorum vineæ collectura sit dulcedines, prout fusius in eorum expositione explicatur.

Paraphras. sis.

a Aristot.

a Exe. 16. 7

b Cant. 8. 10.

D

Verf. VII. cap. VII. *Statura tua assimilata est palma, & vbera tua botris.*

EXPOSITIO II.

E

De prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

Quamuis sapius, multiplicique metaphora id à Prophetis prænuntiatum sit, & probatum, quod Ecclesia tunc temporis, cum per Verbi Incarnationem desponsaretur in fide, & delicijs perfunderetur Spiritus sancti, in admirabilem euehenda esset & pulchritudinem, & iucunditatem, ut exempli gratia in prophetia Ezechiele, vbi sub metaphora arboris cedri in hunc modum ista exponuntur à Domino: *a Sumam ego de medulla cedri sublimis, & ponam: de vertice ramorum eius tenerum distringam, & plantabo super montem excelsum, & eminentem. In monte sublimi Israel plantabo illud, & erumpet in germen, & faciet fructum, & erit in cedrum magnam, & habitabunt sub ea omnes volucres, & vniuersum volatile sub umbra frondium eius nidificabit: Et sciet omnia ligna Regionis, quia ego Dominus humiliavi lignum sublime, & exaltavi lignum humile, & siccaui lignum viride, & frondere feci lignum aridum.*

2 Primus sensus. Ecclesia red-denda pulchra & suauis in tempore Incarnationis.

F

Nusquam tamen aptiora, & validiora afferuntur totius huius rei indicia, quam ea, quæ in hoc versu significata habemus; dum iuxta primum sensum dicitur: *Statura, seu, ista statura, magnitudo, & surrectio tua assimilata est palma, & vbera tua botris.*

a Execl. 17. 22.

Paraphras. sis.

Paraphras. sis.

Secundus sensus.

Ecclesia pulchritudo, & suauitas percipitur ex progressu & doctrina istius.

Greg. Nys. Ecclesie progressus quomodo similis palmae progressui.

Enimuero duo sunt, in quibus maxime elucet admiranda ipsius Ecclesie pulchritudo, eximiaque eiusdem suauitas, nempe insignis eius progressus, singularisque modus crescendi in progressu illo suo, & praestantissima, dulcissimaque illius doctrina. Primum istorum primis hisce proponitur verbis: *Statura tua assimilata est palmae*: in palmae siquidem progressu, & augmento illud in primis obseruare est, prout recte animaduertit S. Gregorius Nyssenus in oratio. de S. Gregorio Taumathurgo, quod sola haec arbor perfecta celsitudine cacuminis e terra surgit, & crescit; cumque in altum progrediens, proceritatis suscipiat augmentum, nullam in celsitudine accipit accessionem. Praeterea, etiam cum augmento proficit celsitudinis, a prima nunquam deficit rectitudine, quin ita in rectitudine ipsa sua seruanda fortis est & obdurata, vt nec quantumlibet magno oppressa pondere, tantillum ab ea desleat: tamen hinc, & inde virides semper, & circum circa suos expandat ramos. Atqui & Ecclesia iam post Christi Incarnationem desponsata est per eiusdem Christi passionem, cum post solemnissimas celebratas illas nuptias, in quibus in die Pentecostes Spiritus sancti munere est dotata, ita vt iam ob quem susceperat Spiritum, charitas dici poterit in delicijs, in cacumen excreuit summam perfectionis, adhuc exurgere incipiens in primitiua Apostolorum, Sanctorumque Discipulorum Christi collectione. In qua certe perfectione postmodum minime excreuit: & ita suos fecit progressus, vt cacumen istud perfectionis primitiuae illius collectionis in altum euexerit, quo toti terrarum Orbi esset conspecta, & tamen in altum maxima susceperit augmenta per conuersionem Urbium, Prouinciarum, Principum, Regum, atque Imperatorum in celsitudine honoris, & dignitatum coram oculis hominum etiam celsissimorum: recta tamen semper excreuit in ipso sua prima perfectionis cacumine, & licet ramos suos diuina gratia videntes per totum terrarum orbem circum circa in suis Sanctis expanderit Praedicatoribus: numquam tamen vel grauissimis oppressa Tyrannorum, Haereticorum, impiorumque persecutionibus, tantillum celsit, vt a recto perfectionis suae progressu deflexa sit, cum semper in sede Petri, & in fide persistit Apostolica.

Ecclesie doctrina quomodo similis vberibus.

b Cant. 1. 2.

Scriptura sacra quomodo similis palmae botris.

c Eph. 1. 17. Sacra Scriptura in ista botri vuaru pender e Christo crucifixo pro humilibus.

Scripturae intellectus quando exhibentur Ecclesie.

Porro non minus recte, quam primum istud, proponitur & secundum, quod dicebam, in ipsa elucere Ecclesia, doctrina praestantissima simul, ac suauissima per hoc, quod subiicitur: *Et vbera tua botris*; apuissimas inter hanc Ecclesie doctrinam, atque vbera, pluresque congruentias, & excellentias congesimus in principio istorum Comment. expositio. 2. super illis verbis: *b Quia meliora sunt vbera tua vino*. Et quidem ibi doctrina Christi, quae & doctrina Ecclesiae est, praelata est vino: hoc tamen loco eadem assimilatur botris vel dactylorum, qui sunt cibus dulcissimus grandiorum, vel vuarum succiplenis turgidis, suauissimoque musto exuberantibus: quia doctrina, propter quam Ecclesia pulcherrima exhibetur, & maxime dulcis, est sacra scriptura, quae & instar botri dactylorum suauissima quidem est, & admodum insignis, sed in excelsa posita in cacumine Palmae: quia germanus eius intellectus e celsissima Petri sede desumendus est, vbi Christi Vicarius vt lucerna ardens positus est super candelabrum, & quatenus instar botri dactylorum e palma dependet, est doctrina haud infantium, sed eorum est cibus, quibus Deus dederit *a Spiritum sapientiae, & reuelationis in agnitione eius, illuminatos oculos cordis, vt ait Apostolus ad Ephes.* Tamen & instar botri, & pulcherrimarum vuarum ex humili dependet vite Christo crucifixo. vnde humiles qui que affectuosos eiusdem sacrae doctrinae sensus decerpere possunt, atque ex ea dulcissimum amoris vinum exprimere.

Praclare autem istiusmodi Ecclesiae vbera tunc potissimum instar botrorum extuberasse dicuntur, cum post praedictam eiusdem Ecclesiae desponsationem,

A admirabilem ea excreuit in pulchritudinem, & suauitatem: quia tunc doctrina sacrarum scripturarum, quae prius arida erat, & nimium demissa, cum iuxta mortuam duntaxat litteram intelligeretur, Spiritus sancti succiplena, & excelsa apparere coepit spiritualiter intellecta, tunc e & musto charitatis intumuit in testamento nouo.

Vnde congruentissime postquam eidem Ecclesiae dictum fuit: *Quam pulchra facta es, quam suavis facta es, charitas in delicijs*: praeter primum eorum signum allatum in verbis ijs: *Ista statura tua assimilata est palmae*: & hoc secundum adijci debuit eorumdem indicium sane praestantissimum: *Et vbera tua botris*, scilicet assimilata fuere.

Verf. VII. cap. VII. Statura tua assimilata est palma, & vbera tua botris.

EXPOSITIO III.

De secunda Sponsa, quae est Anima Iusti.

A Admirabilis pia anima pulchritudo re profecto nulla humanis oculis sit spectabilior, quam Sancta illius conuersatione. Idcirco summa cum ratione hoc loco haec vna in illius probationem afferitur, cum, postquam dictum fuerat: *Quam pulchra es*, subiiciuntur verba ista: *Statura tua assimilata est palmae*, iuxta sensum secundo loco in prima expositione allatum. Praclare autem ipsa eius conuersatio staturae exprimitur vocabulo, eo modo intellecto, quo iuxta vim Hebraicae vocis, & versionis Aquilae illud supra explicatum est in prima expositione pro habitu corporis actu excreuentis: cum & conuersatio sancta in praesenti saeculo iugi sit in progressu. Sed praclarior eadem palmae assimilatur, cum animae pulchritudo, & sanctitas probanda per illam est: quia vt dicitur in Psalm. *a Iustus vt palma florebit*: atque hoc est, quod hic dicitur: *Statura tua excreuentis assimilata est palmae*: vtrobique enim significatur piam animam in conuersatione sua excreuere semper, & progredi vt palmam: Vfus est tamen Dauid verbo, *florebit*, potius quam, *excreuet*, seu *progredietur*, vt nobis indicaret iustum progredi quidem semper in altum instar palmam: ita tamen progredi, vt semper is in quo reperitur progressus, sit ipsi veluti flos, fructum e se proferens progressus subsequens, qui tamen fructus sit simul flos alterius progressus. Vnde bene in eodem Psalm. subiicitur: *b Plantati in domo Domini* (quae est iustorum Ecclesia) *in atrijs domus Dei nostri* (eiusdem nimirum Ecclesiae) *florebunt*: cum tamen alias item de iusto per eundem Dauid dictum sit: *c Et erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo*. Bene, *in tempore suo*: quia idem progressus iusti suum habet tempus, quo fructus est, & suum habet tempus, quo est flos. Primum tamen illud habet tempus, quo fructus est, & idcirco relata verba in principio totius Pfalterij dicta reperiuntur: cum postmodum de altero dicendum esset tempore, quo idem progressus non tam vt fructus aestimandus esset, quam vt flos. Hoc obiter, vt dixi.

Quod ad rem magis facit, est, vt perscrutemur, & explicemus rationes aliquas, cur sancta pia animae conuersatio palmae potius, quam alteri hoc loco assimilaretur arbori. Et quidem S. Greg. Papa hanc affert rationem: quia sicut dum palma crescit, deorsum stringitur, & sursum dilatatur: sic anima sancta ab imis ad minima incipiat, & paulatim ad maiora crescens, vique ad plenitudinem perfectae charitatis perueniat. Quae Gregorij ratione sit opposita ei, quod ex alio Gregorio Nysseno dictum est supra, cum agere-

4 Secundus sensus.

Conuersatio sancta pia anima est in iugi progressu.

a Ps. 91. 13. Progressus iusti quomodo similis palmae.

b Ps. 91. 14.

c Ps. 1. 3.

Progressus spiritualis paulatim ab imis ad superna. Greg. Papa.

ageremus de Ecclesia, intelligenda est de modo, quo palma se habet in foliorum augmento, & dilatazione, non in incremento, & dilatazione trunci, de quo loquitur Nylfenus. Probat vero rationem hanc Greg. Papa ex eo communi affatu: Nemo repente fit summus. Vnde colligere licet, consueto procedentes modo illum, qui in principio conuersionis statim feruore vehementiori summum attingere se putat perfectionis culmen, ad perfectionem minime peruenturum: quin potius destitutum in medio progressus: Qui enim istiusmodi est, recte ætius comparari solet imbrī, qui licet maximis descendat guttis, adeoque & vniuersam terram irrigaturus videatur: nihilominus illico cessans, vix primam madefacit terræ superficiem. Porro, sicut pluuia illa magnis descendens guttis, in infima aeris regione gignitur, vt fat compertum est ex philosophia naturali; Ita & quando in principio conuersionis nimium in anima quapiam aduertimus feruorem, nimiam & lacrymarum copiam, suspicandum, ne in infimo gradu spiritus ea progrediatur. Sed tamen allata Gregorij ratio optima sit, non est tamen propria, cum non solum palmæ, sed & culibet fere arbori ea ratione comparari quiverit piæ animæ conuersionis. Propriores sunt aliæ tres, quæ indicatæ iam fuerunt in expositione litteræ. Prima nimirum: quia tota in altum excrescit, quod solum competit palmæ, quæ haudquaquam expandit ramos, vt reliquæ arbores, sed folia in culmine duntaxat excrescens seruat tantum in excelsis: & fat nouimus, quod peruulgatum est Apostoli dictum: *d. Nostra conuersionis in cælis est.* Secunda ratio est: quia recta confurgit: notum est enim, quod per Prophetam illum dicitur: *e Semita iusti recta est, rectus callis iusti,* & certe nisi recta confurgeret, nullatenus pulchra dici posset, vel palmæ similis: quia nec progredieretur, sed potius caderet, vt palmæ contingit, si illam à rectitudine deficere quis velit. Omnino enim in conuersionis suæ progressu ita se gerere debet anima, quomodo qui super rectum graditur funem, vt quemadmodum istiusmodi homo cauet, ne vel tantillum in alteram deflectat partem, cum exploratum habeat, mortale sibi ex qualibet inflexione imminere casum: Ita & anima, quæ in hæc vita conuertatur, quæ multo pluribus, maioribusque, quam gressus ille super funem, subiacet periculis, cauere debet, ne aliquantulum in alteram extremorum partem incuruetur, vnde postmodum in profundum decidat malorum, sed recta per virtutum medium, cælum duntaxat intuens, sic conuertetur, vt & ipsi dicatur: *Statura tua assimilata est palmæ.*

A propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oves occisionis: nullo tamen pacto opprimi se ijs sinit, sed altius instar palmæ eleuatur: ita vt de hac gloriatur, quam cum palma ita habet similitudinem, dicens cum Apostolo: *d. Mibi absit gloriari, nisi in cruce Domini d Gal. 6. 14 nostri Iesu Christi.*

B Illud autem quam maxime perpendendum hoc locum est, quod, cuius conuersatio hac ratione similis dicta est palmæ, eiusdem vbera similia dicta sunt botris: Siue enim per vbera, quibus lac funditur, eius sumamus eruditionem, & per botros intelligamus doctorum botros, optime per hæc significatum habemus illam sic excellam, sic rectam, sicut in tribulationibus Christo crucifixo similem, dulcissimam è se emittere doctrinam, e quod per multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei: quamquam doctrina ista haud pro infantibus sit, & imperfectis, sed pro prouectioribus: pro imperfectis namque ex eisdem vberibus lac fundit dilectionis, atque misericordiae. Porro, si per eiusdem animæ vbera illius intelligamus charitatem, quam congruentissime vberum metaphora designatam, vidimus supra in versic. 5. cap. 4. aptissima certe est botrorum vberum comparatio adhibita. Quemadmodum ex pluribus granis simul iunctis fit botrus, ita ex frequentatis actibus charitatis fit eius habitus. Et quemadmodum ex vno grano vberum, si diuisim is exprimitur, adeo exiguus profuit liquor, vt vni nomen minime is mereatur, tamen si re vera vinum ille sit, idque quia nec sitim fedare valeat, nec inebriare, & latificare cor: Ita ex vnicō affectu, actuque charitatis semel expresso, licet vere aliquid profuat charitatis, vel ex charitate ipsa aliquid lacrymarum, & dulcedinis consolationis spiritualis: haud tamen tales, ac tantæ lacrymæ vel talis exinde fluere solent consolationes, quæ sitim nostram fedare, Angelosve, ac Deum inebriare possint. At vero si plures actus exprimantur ex eiusdem charitatis habitu, tantum ex ijs profuit amoris, deuotionis, consolationis, & lacrymarum, vt ea & vini, & lactis appellatione insigniri merito debeant, quippe quæ & ipsammet animam instar lactis dulcissimi nutriunt, sitimque illius eam extinguunt, qua terrenas sitire conuertuerat voluptates, & Deum, Angelosve quodammodo inebriant, iuxta illud eiusdemmet Dei: *Inebriasti me lacryma tua.* Et quis scit, si ad designandam maiorem prædicti vini copiam, atque lactis, haudquaquam hic dictum sit, *Vbera tua botro, sed botrus pluribus?*

C Charitatis habitus quomodo similis vberum botris.

D Simile.

E

F

Verf. VII. cap. VII. *Statura tua assimilata est palma, & vbera tua botris.*

EXPOSITIO IV.

De tertia Sponſa, quæ est Beata Virgo Maria.

C Ommaniort sensu Gloriosa Virgo similis hic dicta censetur palmæ, quatenus Christo assimilata est in Cruce pendenti, quando erectam instar palmæ eam stetit iuxta illius crucem legimus in Euangelio; ferucique & ipsam vna cum illo mente confixam nouimus: Vbera vero eiusdem sicut botros dicta: quatenus lactis exhibitione, qua vberibus suis Christum nutriuit infantem, adeo meruit, vt quoad huiuscemodi meritum Sanctis æquiparanda fuerit Martyribus, qui proprium pro eodem Christo fuderunt sanguinem, exhibentes se instar botrorum, è quibus vinum effunditur sanguis vberum meracissimus.

Cccc iij Mihi

5 Feruor nimius in principio conuersionis periculosus. Simile.

Conuersionis iusti excelsa instar palmæ.

d Phil. 3. 20

e Isa. 26. 7.

Simile.

6 In tribulationibus iustus similis palmæ in robore.

f Cant. 7. 6.

Iustus similis Christo crucifixo. a Eccl. 24. 18. b Luc. 23. 31.

c Ps 42. 22. extrinsecus redundans est iuxta illud Psalmi: *Quonia*

In tribulationibus iustus è se emittit doctrinam.

e Act. 14. 21

Charitatis habitus quomodo similis vberum botris.

Simile.

7 Maria assimilata Christo crucifixo. f Ioan. 16. 25.

Maria in celo regnat, proposita est ut primum victorie vt Christus.

Mihi tamen congruentius ijs, quae dicta sunt in A praecedenti versu, dicendum videtur eandem Virginitatem, quae prius admirationem causaret praestantissimae pulchritudinis, & dulcedinis, qua illustrior tunc facta est, quando in caelum fuit elata, vt charitas in delectis, prout supra explicatum videre est: Modo in caelis regnantem congruentissima ratione palmae assimilata, quae & imitar palmae recta in cellissimorum caelorum thronum conscenderat ad dextram filij, vt sicut ipsa dum in hoc saeculo degeret, illi vni studuit iugiter vt in recto, excelsoque sanctitatis augmento similem se exhiberet verae palmae: adeo vt propterea illa Ecclesiastica verba verissime ei ab Ecclesia approprientur: *Quasi palma exaltata sum in Cades*, quod interpretatur Sanctitas: Ita & in caelis quoque ad dexteram eiusdem palmae assidens, eius exaltatio assimilata esset palmae eidem. Ac sicut ibi Christus vt palma tum ijs, qui iam victoria reuerxerunt, regnantes in caelo, tum ijs, qui pro victoria obrinenda adhuc pugnant in terris, praestantissimum exhibitus est victoriae praemium: Ita & ipsa pariter suo modo eximum praemium eiusdem victoriae vniuersis proposita sit: cum constet, Beatis praeter praemium essentiale visionis diuinae essentiae, has duas quoque exhibitas victoriae palmas, ad quas & singuli anhelant, qui in militanti Ecclesia perpetuam habent colluctationem, nedum aduersus carnem, & sanguinem, sed & aduersus Principes, & potestates tenebrarum, & contra spiritualia nequitiae.

g Eccl. 24. 18.

Bene autem Virgini huic benedictae & id quoque adijciendum fuit: *Et vbera tua botris*: quando quidem exinde potissimum & beati, qui hanc spectant palmam, & contemplatiui, qui in praesenti Ecclesia studio contemplationis meditantur eandem, coelestibus reficiuntur consolationibus, quod eius contemplantur maternitatem, qua vberibus de caelo plenis lactauit filium Dei: ita vt ex ijs ipsis eius vberibus, ex quibus lac Dei filio fuit expressum, exprimatam iam vinum dulcedinis perfectissimae, quo & beati reficiantur, & quotquot in illius deuotione sunt feruidi.

xaem cap. 17. nempe quod cum palma diuturnis vestita sit frondibus, & folia sua sine successione conferuet, recte illi assimilatur statura sponsa: Nam variante casu saeculi labantis eadem semper verba rectae confessionis quasi folia numquam reditura, lapsura retinet, & eandem perfectionem, quae ab initio coepit, quasi decorem palmarum vsque ad finem saeculi in electis suis in Ecclesia intemerata custodit. Imitare palmam, o homo, ait Ambrosius vt dicatur & tibi: *Statura tua similis facta est palmae*. Serua viriditatem pueritiae, & illius innocentiae naturalis, quam a primordio recepisti: vt a plantatus secus decursus aquarum, fructum tuum non defluat, &c. Quartam, quintamque rationem affert Greg. Pap. in praecitato loco moral. quartam quidem illam, quam & supra ex eo retuli in exposit. 3. quamve idem affert & expositione super hanc sententiam: nempe, quia palma tenuis ab imo proficit, & iuxta ramos, ac fructus ampliori robore exurgit, vltiorque succrescit: & electorum conuersio plus finiendo peragit, quam proponit inchoando: etsi tepidius prima inchoat, feruentius extrema consummat; videlicet semper inchoare se existimat; & idcirco infatigabilis in nouitate perdurat. Quintam vero rationem eam affert, quod palma tarde proficit, sed diu in viriditate subsistit: & Ecclesia cum multis difficultatibus ad fidei statum venit, & pro collectione plurimorum diutius stare concupiscit. In expositione quoque super Cantic. mysticam aliam idem Greg. affert rationem, quae erit sexta, dicens: Potest per palmam crux Christi intelligi, palma enim sublimis valde crescens, dulcissimos fructus gignit: & crux Christi caelestem cibum nobis praeparauit: cui statura ipsa assimilatur; quia pro Christo mori non dubitat, quisquis Christum valde diligens imitatur. Quae rationem assignat Aponius, & Rupertus Abbas, in encomio staturae, & progressus B. Virginis, indicatque & Hugo de S. Victor. institut. monast. lib. 1. cap. 22. vbi addit: In statura cuiuslibet hominis notatur paruitas, vel magnitudo in membris per linea cruce fixo.

Ambros. p. 1. 3. Greg. P.P.

Aponius. Rup. Abb. Hugo Vict. Iulius similis Christo cruce fixo.

Verf. VII. cap. VII. *Statura tua assimilata est palma, & vbera tua botris.*

Appendix Expositionum, Ex antiquis Patribus collecta.

8

Paraphrasis Chaldaica. Et in tempore, quo sacerdotes tui extendunt manus suas in oratione, & benedicunt fratribus suis domui Israel, similes sunt digiti manus eorum extensi ramis palmarum, & statura eorum est sicut palma, & Ecclesia tua stat facie ad faciem contra sacerdotes: & facies eorum inclinatae sunt in terram sicut botri vuarum.

Palmae cur assimilantur iusti, ratione multae.

Duo sunt, quae in hac sententia celebrantur in Christi sponsa, statura, & vbera, singulifue propria adhibetur similitudo, staturae palmae, vberibus botri. Staturam Ecclesiae, & cuiusque fidelis animae palmae comparatam ob rectam in agendo intentionem, quia in omnibus qua agit, erectam semper se exhibet caelum versus, caelestem remunerationem ab eo habens: palma enim vetricem ornat manum, vt afferunt Cassiodorus, Beda, & Anselmus. Addit Beda duas alias rationes. Primam: quia palma in inferioribus aspera videtur, in summo autem pulchritudine, & suauitate ostendit fructuum: & Christi sponsa fert in terra labores, sed mercedem a Domino gratissimam se accepturam sperat in caelo. Quam rationem desumpsit Beda ex Gregorio Papa lib. 19. moral. cap. 16. sicut & alteram ex Ambrosio lib. 3. He-

Cassiodor. Beda. Anselmus.

Greg. Pap.

Philo Carpat. primam ex robore, secundam ex celsitudine, quatenus iustorum vita, ac voluntas ad superna, & caelestia cor attollit, & dirigit, nec vllis aduersis frangitur, sed iniusta perdurat, & regnat. Addit tertiam: Et si palma quosdam velut aculeos profert, etiam in hac parte iustorum vitae congruit. Sunt enim palmae aculei, vel spinae, quales iustis viris sunt increpationes in peccatores. Breuiter Iustus Origelitanus. *statura tua* (inquit) id est, perfectio tua, *assimilata est palmae*; quia peruenit ad praemium. Ad celsitudinem denique & perfectionem, & palmae referunt haec & Theodoritus, & Tres Patres.

Philo Carpat. Iust. Orig.

Porro, cum per vbera Ecclesiae, aut piaer animae, & Theodoritus, & tres Patres, sicut & apud Latinos Anselmus, illarum accipiat doctrinam, & per botros, quibus ea assimilantur, intelligant palmae fructus in botrorum formam pendentes, praclare Theodoritus. Cum, inquit, excelsa sis adeo, vt caeli fastigia attingas: tamen submittas te infirmis discipulis tuis, quibus doctrina indigentibus, vbera praebes doctrinae tuae: Palma enim fructus deorum pendentes habet. Eiusdemque sententiae est Philo Carpathius, licet addat, per duo sponsa vbera significari & duplex vitae genus, actiuum, & contemplatiuum; quae botris similia dicantur, quatenus eorum exempla veluti dulcissimos palmae fructus a iusto quoque percipere licet.

Theodorit. Tres Patres. Anselmus. Perseus se dimittunt libenter ad erudiendos infirmos. Theodorit. Philo. Vbera Christi si duplex vita genus.

Alij botrorum appellatione botros vuae designatos sumunt. Et quidem Cassiodor. Beda, & Iustus Origelit. hisce botris sanctos Doctores, quos per Ecclesiae vbera designatos accipiunt, assimilatos inquit: quia vno eodemque tempore & magna magnis auditoribus scripturarum sacramenta, vel praercepta aperiant,

Cassiodor. Beda. Iustus. Doctores Ecclesiae sunt eius vbera, & sicut botri vuae.

aperiunt, & mente excedentes ad sublimia, inebriantur ab ubertate domus Dei. Iustus Oigel. sicut botros dici eisdem, inquit, propter dulcedinem, quam exhibent.

Greg. Pap. Sed Greg. Papa; vbera (ait) sponsæ duo præcepta charitatis existunt, quæ animam, quam possident, vino cœlesti inebriant, & nutriunt.

Aponius. Et Aponius vbera Ecclesiæ sanctos Dei Martyres sicut botros effectos ait: quatenus eidem Christo crucifixo, & botro in veste pœnitenti similes extitere.

Verf. VIII. cap. VII. *Dixi, Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius: & erunt vbera tua sicut botri vineæ, & odor oris tui sicut malorum.*

EXPOSITIO I.

Iuxta sonum litteræ.

Diuersissimi & in hac quoque sententia inter se sunt Expositores in assignanda persona, à qua hæc dicantur. Sponso enim tribuunt ea plerique, sponsæ è contra alij. Sunt qui totum puellarum chorum adhuc loqui existimant: nec desunt, qui primam quidem partem sponsæ tribuant: secundam vero illam; *Et erunt vbera tua sicut botri vineæ*, &c. Sponso respondentem ad præcedentem partem. Sed profecto sponso hæc tribui nullatenus posse, fœminina illa conuincunt pronomina, in quibus vt patet ex Hebraico textu, dicitur: *Et erunt vbera tua, &c. Et odor oris tui, &c. ubi, tua, & tui*, ad sponsum dici nequeunt. Sponso certe haud ita honeste tribuerentur. Adde quod, vt ex præcedentibus patet, totus iste Actus huc vsque in sponsi absentia representatus est: & ex consequentibus patet, adhuc puellas loqui non desisse, cum in verf. 9. dicatur: *Dignum dilecto meo ad potandum: quæ nulla ratione tribui queunt ipsi mer dilecto: quin ex particula coniunctionis, qua incipit dictus verf. subsequens, vt patet ex Hebr. & Græc. fat persuasi reddimur, ea, quæ hic dicuntur, ab eadem persona esse prolata, à qua & subsequenter dicentur. Particula etiam coniunctiua, quæ adiecta est in principio secundæ partis huius versus, cum dicitur: *Et erunt vbera tua*: indicat, totum verbum vnam esse orationem ab vna duntaxat persona prolatam. Quod vero nec toti puellarum choro recte eadem assignentur, singularis fat persuadet locutio, qua & in hoc versu dicitur: *Dixi, ascendam*, & in versu sequenti asseritur: *Et guttur tuum sicut vinum optimum, dignum dilecto meo ad potandum.**

Quamobrem, ne vis vlla littere inferatur, congruentius & antecedentibus, & subsequenter, nec non & decori honestatis: quod certe in hoc cantico à Spiritu sancto seruatum non dubito: cum (vt videbimus in principio cap. 8.) quando sponsam proponet explicantem ingens desiderium quo optabat completi, osculari, & frui dilecto, honestissima ratione id coram sociabus proferentem proponet verbis illis: *a Quis mihi det, te fratrem meum, sugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris, & deoscer te, vti scilicet infantem paruulum, & iam me nemo despiciat? Apprehendam te, &c.* arbitror, totum id quod in hoc, & in sequenti habetur versu, ab vna sola chori puella dictum fuisse. Vidimus enim in hoc ipso cap. 7. ita à Salomone contextum præsens sponsæ encomium intermixto puellarum dialogismo iuxta morem bucolicorum.

Et certe admodum congruenter & generali more fœminarum, quæ cum plures loqui cœperint, haud ita facile cœptum finiri sinunt sermonem: & spe-

ciali more puellarum, quæ (vt bene aduertit Legionensis) cum incidit, vt formam; & pulchritudinem alterius fœminæ laudent, ad extremum augendi causa, ita dicunt: Denique talis, tamque pulchra mihi visa est: vt me cupido inuaserit oculos illi, atque os osculandi, aut in eandem sententiã aliquid simile. Itaque cum præclarissimo epiphonemate totus puellarum chorus in duobus superioribus versibus suam, vt vidimus, conclusisset orationem panegyricam, conurgens vna eiusdem chori puella, vt & ipsa in tantæ pulchritudinis panegyrico suam habeat partem specialem, magna cum accessione præexpositum resumit epiphonema, maximaque cum emphasi eiusdem pulchritudinem amplificat, & suauitatem. Hæc enim duos admiratus fuerat chorus, cum diceret: *Quam pulchra es, & quam decora, seu, suavis, charissima, in delicijs!* Quia vero pulchritudinem probatam notat similitudine palmæ: suauitatem vero similitudine botrorum eiusdem palmæ, seu etiam vuarum eandem seruans metaphoras in hæc prorupit: *Dixi, Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius, &c.*

Vt autem germanus horum verborum sensus percipiatur, tria necessario sunt prius animaduertenda. Primum, pro eo, quod in Vulgata legimus: *Et apprehendam fructus eius*, in textu Hebr. haberi, *Et apprehendam פירותים* besantinau. Porro vox פירותים fanfanim, quæ hoc loco duntaxat reperitur in sacris litteris, secundum aliquos Doctorum Hebræorum significat simpliciter ramos, quomodo hic vertit Symmachus: secundum vero R. Abraham Aben Ezra significat summos illos ramos palmæ, in quibus est fructus: quo sensu videntur illam sumpsisse Sep. vertentes: *אין אברות אברות, altitudines, seu cacumina eius*. Expressius tamen eadẽ reddidit Aquila, qui, vt testatur Theod. vertit: *elatas eius*. Ostensum namque est supra in prima expositione verf. 11. cap. 5. elatarum vocabulo appellari solita inuolucra illa, quæ à vertice palmæ pendent cum fructibus dactylorum.

Vnde apparet, optimam esse nostræ Vulgatæ lectionem, quæ habet: *Et apprehendam fructus eius*: fructuum nomine illa intelligens inuolucra, quæ, vt videre est supra in exposit. prima verf. 11. cap. 5. magnam habent similitudinem cum vberibus fœminarum, quæ ob parem formæ similitudinem in versu præcedenti botris assimilata, elatarum nomine, iuxta eam, quam probabiliorum censui sententiam, iisdem designatis inuolucris; quæ dactylorum continent botros. Nec alienum à veritate quis dicat, & Septu. quoque interpretes hæc ipsa inuolucra intellexisse, *altitudines eius*, vertentes, quandoquidem in altissima trunci parte ea desumenda fuerint. Sicve admodum apte seruata in omnibus superiori metaphora tantumdem erit, *Et apprehendam fructus eius*; ac si absque metaphora dicatur: *Et apprehendam vbera eius*: Visum est enim supra in verf. 5. cap. 4. ob hoc potissimã vbera ipsa sponsæ celebrata similitudine illa egrege duorum hinnulorum capræ gemellorum, qui *prescuntur in lilijs*: quod sicuti in pulchris capræ hinnulis inest festium quid, & lærum quod alliciat eos, qui se intuentur, ad propius accedendum, & manibus ipsos contrectandum. Ita & in pulcherrimis ipsis sponsæ vberibus tale quid inest: vnde admodum congruenter puella, quæ hic loquitur, ab his allecta, apprehensuram se ea inquit.

Notandum secundo, in textu Hebr. ubi dicitur à nostro Interprete simpliciter: *Et erunt vbera tua sicut botri vineæ*: post verbum, *Et erunt*, haberi in super dictionem פירותים, quam Sept. reddidere per dictionem פירותים. Porro, cum ambæ istæ dictiones tam Hebræa, quam Græca sint ambigæ, diuersam istorum verborum causarunt acceptionem. Quidam enim illa fumentes vt interiectiones deprecatorias, arbitrati sunt, istiusmodi hæc habere sensum: *Vinam vbera tua sint sicut botri vineæ*: aut, *Sint mihi, quæ sicut vbera tua sicut botri vineæ, & odor, &c.*

Iuxta eam Hebraici sermonis phrasim, qua futura

Legionensis.

Secundus sensus.

Symmach. R. Abraham.

Aquila.

2 Cant. 8. 1.

F

pro optatiuis & pro deprecatiuis vsurpantur. Vt non A
tam ceteris à puella, quem futurum sperabat; hic ex-
ponatur euentus, quam ingens eius euentus deside-
rium suum. Sed certe multo efficacius, nostræque lec-
tioni, atque rei ipsi conformius illa altera est earum-
dem dictionum acceptio pro simplici interiectione
significante, nunc, vel quidem, & etiam, aut quid si-
militate: Ac si dicatur: *Et erunt nunc*, seu, *Erunt etiam*; aut,
erunt quidem vbera tua sicut botri vineæ, & odor, &c. vno
eodemque significatu exprimere subitum, certumque
euentum, qui illico consequetur, quod puella illa
ascendet in palmam, & apprehendet fructus eius; quod-
ve ad ipsam accedet sponsam, complectetur appre-
hendetque vbera ipsius: nimirum quod eadem vbera,
quæ suauia quidem, & initar botrorum palmæ dulcia
ex se sunt, per huiusmodi complexum complectenti
sient instar botrorum vitis, & vuar, tantæ nimirum dul-
cedinis copiar, vt illam inebriatura sint in sui com-
plexu, iuxta illud quod & in libro Prouerbiorum di-
citur: *a Vbera eius inebriant te. Et b Inebriemur vberibus.*

Tertio denique notandum in eo, quod vltimo di-
citur item in Vulgata: *Et odor oris tui sicut odor malorum:*
(neque enim admittenda est deprauata illa altera lec-
tio; & odores tui sicut, &c.) vocabulum *oris* non tã pro
simplici ore positum, quam pro ore ipso, totaque facie,
prout & in vulgato illo Ouidij Poetæ dicitur,

Os homini sublime dedit calumque iucri.

In Hebræo enim est vox אִפְּהָא aph, quæ totam homi-
nis faciem significat, vt apparet vel ex eo loco
e Gen. In sudore. אִפְּהָא אִפְּהָא וְאִפְּהָא. Quia vero in
facie ipsa, ac vultu eminentior pars est nasus; & naso
pariter tributa vox illa reperitur, vt aperte vidimus
supra in hoc cap. vers. 4. ideo Hebræi etiam hoc loco
in eodem nasi significatu eam accipiunt, prout sum-
pserunt & Sept. vertentes: *וְאִפְּהָא אִפְּהָא אִפְּהָא. Et odor
nasti tui sicut mala.* Vnde communi fere expositorum
consensu de bono spiritus, halitusque odore, qui ex
ore, naribusque sponsæ exhalabatur, hæc dicta cen-
sentur.

Liceat tamen mihi & hoc proferre, quid sentiam,
cum debita tamen alterius huius sententiæ reueren-
tia: Vocabulo *oris* faciem totam hic designatam crea-
derim, sicut & vocabulo *nasi*, quo vsi sunt Sept. eo
modo, quo grauissimi Expositorum etiam in citato
vers. 4. sumendum censebant, quod in Vulgata quo-
que dicebatur: *Nasus tuus sicut turris Libani.* Vt puella
cum dicit: *Et odor oris tui sicut malorum:* significet decre-
uisse ad ipsam tam pulchram, tamque tuauem se pro-
ripere sponsam, illius complexuram vbera, osculaque
nedum in os, sed & in singulas faciei eius partes im-
pressuram, osculisque ipsis malorum odore, summa
etiam se recreandam suauitate: quandoquidem tota
eius facies suauissimam referre videretur malorum
fragrantiam.

Omnino igitur, quod hic ait puella, quæ præ ceteris
allecta videtur admirabili sponsæ pulchritudine,
breuiter tale est.

Cum egregia celsaque corporis statura pulcherri-
mæ, suauissimæque Sulamitidis huius, quæ & charis-
sima est, & charitas in delicijs, palmæ sit similis, vberaque
ipsius similia sint palmarum botris; firmiter meo statui
animo, vt in eius me proripiam complexus, ea ratio-
ne in hanc scandens palmam, complectensque vbera
charissimæ, apprehendam fructus palmæ eiusdem, cre-
fretque adeo mihi, ô charissima in delicijs, eorumdem
vberum tuorum voluptas, vt plane pollicear ipsa quæ
botrorum, fructuumque palmæ dulcedinem obtine-
bant, conuertenda in botros vuarum, vnde tantum
hauriam vini, vt facile inebriata omni exuberem vol-
uptate. In eo vero complexu tuos osculabor oculos,
frontem, genas, osque ipsum, & totam faciem, è qua
certe fragrantia illius attraham suauitatem odori ma-
lorum suauissimo adæquadam. Quæ sane verba haud
indecenter à puella dicuntur puellæ alteri, sicut pa-
rum honeste dicerentur à viro.

Hic mihi germanus videtur sensus totius huius

sententiæ. Non improbo tamen sensum illum fere Alter
communem apprehensionis, quo fructuum meta-
phora, designata sumitur fructio ipsius pulchritudi-
nis, & gratiarum sponsæ. Per odorem vero oris,
odor animæ, quæ ex ore naribusque exhalatur, vt dixi
etiam superius.

Verf. VIII. cap. VII. Dixi, Ascendam
in palmam, & apprehendam fru-
ctus eius: Et erunt vbera tua sicut
botri vineæ, & odor oris tui sicut
malorum.

EXPOSITIO II.

De prima Sponsa, quæ est Ecclesia sancta.

I Vgis, continuataque in Ecclesia Catholica per tot
annorum centurias, in vno eodemve perfectionis
progressu tum in moribus, tum in dogmatibus recti-
tudo, & ingens in innumeris persecutionibus robur
illius id habent virium: vt doctissimum quemque sæ-
culi commoueat sapientem, vt cum primum tantil-
lum eorum habuerit cognitionis, haud simplici con-
tentus conuersione, decernat perfectiori, quo potest
modo, cum illa vnitur quis Ecclesiæ Catholicæ, cum
ad celsiorem illius accedit Apostolicam sedem, à qua
& in omnibus satagit erudiri, sapientiamque propriã
in illius doctrina perficere sub peregregijs metapho-
ris proponitur hoc loco vnus istorum sapientum, qui
nuper ad orthodoxam Ecclesiæ fidem conuersus hæc
habeat: *Dixi, Ascendam in palmam, & apprehendam, &c.*

Vnico verbo, *dixi*, firmum designans animi sui decre-
tum: Præclare autem is primo exponit accessum suum
ad sedem Apostolicam metaphoricis hisce verbis: *Ad-
scendam in palmam.* Iam enim supra ostensum est, pro-
gressum Ecclesiæ in celsitudine, haud situm in pro-
gressu perfectionis, quam in primitijs Apostolorum
habuit, seruataque adhuc, & seruabit vsque in finem,
sed in celsitudine dignitatis externæ in hominũ ocu-
lis: vt illius cacumen ea censenda sit dignitas, quæ &
re vera, & ante hominum oculos excellior in ipsa est: *palmæ est.*
Hanc vero Pontificiam esse Petri sedem ita est omni-
bus conspicuum, qui sanos habeant oculos, sicut &
palmæ cacumen conspicuum ijs est vnuerfis, qui eam
vel à longe intueantur. Nec minus præclare complexum
vberum doctrinæ eiusdem Apostolicæ hisce alijs ex-
primit verbis: *Et apprehendam fructus eius:* scilicet vt pal-
ma est, inuolucra nimirum illa, in quibus dactyli cõ-
tinentur, palmæ fructus prædulces, eamque doctri-
nam, quod a Per. multas tribulationes oporteat nos introire in
regnum Dei, quæ licet difficilis, prima tamen exhibe-
tur, sicut & supra quoque indicatum à nobis est. Id
quod & in conuersione sapientissimi Pauli Apost.
animaduertere est, cui hæc prima, celsiorque propo-
sita est doctrina de tribulationum necessitate: Vnde
de illo ad Ananiam dictum à Domino legimus: *b Vas
electiois est mihi, vt portet nomen meum, &c.* & statim adij-
cit: *Et ego ostendam illi, quanta oporteat eum pro nomine
meo pati.* Porro doctrina hæc ex vberibus quidem Ec-
clesiæ apprehenditur, attamen non vt lac, sed vt inuo-
lucra palmæ subnigra, & crispa, in quibus & dulces
habentur palmæ fructus, dulcissima doctrina necessi-
tatis tribulationum apprehenditur, iuxta illud Apost.
Tribulatio patientiam operatur, patientia autem pro-
bationem, probatio vero spem, spes autem non confundit.

Apprehensa igitur hac doctrina, hisce Ecclesie vberibus,
iam ipsam et vbera, cum vterius complexa
premuntur ab eodem, tantam illi fundunt vini chari-
tatis doctrinam, vt congruentissime hoc loco ab
illo subijciatur: *Et erunt vbera tua sicut botri vineæ:* prout
& Apostolus Paulus post relata verba doctrinæ tri-
bulatio-

3
Cum Ecce-
sia Catholica
qua ratione
viri satagis
sapientes ad
fidem con-
uersi.

Sedes Apo-
stolica est
culmen Ec-
clesiæ vt
re vera, &
ante hominum
oculos
excellior in
ipsa est: *palmæ est.*

Doctrina
Ecclesiæ de
necessitate
tribulationum
qualis.
a Act. 14.
21.

b Act. 9. 15

Doctrinam
necessitatis
tribulatio-
num sequitur
doctrina
charitatis.

a Pro. 5. 19.
b Prou. 7.
18.

Ouidius.

c Gen. 3. 19.

Cant. 7. 4

1 2
Paraphra-
sis.

c Rom. 5. 3.

bulationum atque soci, subiecit illico & hoc charitatis vinum dicens: *Quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.* In subsequens vero charitatis doctrina, & spiritu tam ingens defumitur voluptas in desiderio perferendi tribulationes, atque in tribulationibus ipsis: ut iuxta illud Petri dictum: *Si quid patimini propter iustitiam, beati: videatur ea vbera eaque doctrina tribulationum botri vineæ cœlestis, ex quibus vinum premitur beatitudinis inebriantis.* Sed quia qui prædicta ratione in palmam ascendit, & Ecclesiæ Apostolicæ complexus est vbera doctrinæ, externam quoque eiusdem conuersationem nititur obseruare in varijs sanctorum illius ordinibus, ut per exempla pariter eorum & in eruditione suscepta proficiat. & in spiritu congruenter ab eodem adiectum est: *Et odor oris tui sicut malorū: seu iuxta Hebr. & Sept. Sicut mala: oris vocabulo totā (ut supra explicatum est) designans faciem, singulare illius membra: siue enim ori adhæreat Sanctorum Prædicatorum, siue genis Sanctarum Virginum, siue oculis Sanctorum Prælatorum, siue quibuscunque alijs Sanctorum generibus, odorem Christi crucifixi ex ipsius Ecclesiæ percipit conuersatione: singulos quippe prædicatorum reperit mala, ut pote: Christo similes crucifixi, de quo supra dictum est: *e Sicut malus inter ligna siluarum, sic dilectus meus inter filios.* Breuiter ergo, quod hoc loco à sapiente sæculi nuper conuerso dicitur, tale est.*

Tribulationes ex charitate tolerate quantum asserant gaudij. d. 1. Petr. 3. 14.

Ecclesia sanctorum que illius conuersario redolet odore Christi crucifixi.

Paraphras.

Allectus ab audita Ecclesiæ perfectione, reſtitudine. & robore, firmiter statui, ut Apostolicam adirem sedem huius palmæ cacumen: complectensque vbera doctrinæ illius, apprehenderem doctrinam necessitatis tribulationum subeundarum pro nomine Iesu, ut inuolucra aspera palmæ, sed in quibus contineantur & dulces pariter palmæ fructus: apprehendens simul & doctrinam spei, quam operatur probatio per tribulationes: Tunc certe ipsamet Ecclesiæ vbera, atque doctrina fortius à me compressa, vinum mihi fudent copiosissimæ eruditionis spiritus, & charitatis: vberaque eadem doctrinæ tribulationum, & patientiæ sicut è botri palmæ botri vineæ sane cœlestis: quandoquidem efficiunt. ut iam in tribulationibus, earumque desiderio beatum me censeam quodammodo, & inebriante vino beatitudinis cœlestis inebriem: Tunc adhærens quoque & singulis eiusdem Ecclesiæ Sanctorum ordinibus, ut per eorū exempla proficerem & in virtutibus reliquis: in tota conuersationis illius facie odorem percepi Christi crucifixi: reperi namque in ordinibus singulis Mala: illi videlicet similes, quem iam diu audieram esse sicut malum inter ligna siluarum.

A præt congruenti sane ordine à sapientissimo Salomone post expositam animæ sponsæ Christi conuersationem perfectam in celsitudine spiritus, in reſtitudine morum, in virore cœlestis gratiæ, atque in robore perseverantiæ, & patientiæ: quæ conuersatione nedum palmæ naturali excellæ, rectæ, semper viridi, & nulli cedenti ponderi, sed & Christo crucifixo vere alteri palmæ illa assimilabatur: alta proponitur anima, quæ ita ab ea alleſta sit conuersatione, & palma, ut libere hæc proferat: *Dixi, scilicet intra me, meoq; decretum est animo, ut in talem ascendam palmam: ut nedum conuersationis eius attingam perfectionem quoad eius scilicet initia, vel media illam imitari studens, sed ut numquam ab eius delictam cõsideratione, & imitatione, quoadvique ad perfectionis culmen ascendero. Ascendam autem non parcens labori vlli, & per gradus ascendam, quos in trunco dictæ palmæ ad naturæ imitatione nihil à Deo paratos reperiam.* Quia vero statim, ac quis cuiquam adhæserit spirituali, illico & salutaria ab eo haurire studet vitæ spiritualis merita, & illius probare nititur charitatem, in qua culmen scit esse totius perfectionis vitæ eiusdem, recte ab eo ipso subiicitur: *Et apprehendam fructus eius, scilicet palmæ: vbera nimirum eius animæ, quæ supra dicta fuerant similia botri item palmæ.* Contestans, arctè se complexurum vbera eruditionis illius, in cuius apprehensione confidit: & apprehensurum fructus non tam eius, quam illius, cui assimilata est, palmæ veræ, Christi crucifixi: fructus, inquam, virtutum, quas illa in se re-præsentat, ut Christo confixa est Cruci. Complexurum quoque, & imitatione compressurum eiusdem charitatem, quam supra in cap. 4. versic. 10. sub vberum metaphora congruentissime designare solitam, ostendimus: sicut in contestatione, & probatione etiam istorum vberum, apprehensurum complures actus eiusdem charitatis tum in se, tum in fratres, tum etiam in celsissimum Deū, ita in eius perfecta conuersatione exhibitos, tantaque cum sui voluptate, ut plane vel in hoc tantummodo fructus eiusdem palmæ, speret indubitanter se apprehensurum. Tuncve fiet (inquit) ut & ista eius vbera charitatis quæ iam sibi erant excelsi palmæ botri, qui difficillime ab ipso apprehendi primum poterant, quæve summa cum difficultate poterat imitari, euadant iam & sibi botri vineæ, è quibus facile vinum exprimat gaudij Spiritus sancti, quo ebrii existimati fuere Apostoli in die Pentecostes. *a Quem spiritum, quodve & vinum*

Spiritus ualentis adiens qua ratione se habere debeat ut ex illo proficiat.

Cum inſto conuersari prosequens quem profectum faciat.

Cum inſto conuersari prosequens quem profectum faciat. *a* *Al. 2. 4* & ex vberibus pariter eruditionis eiusdem animæ exprimer, cum intelligit, vniuersas illas virtutes quarum ab ea apprehenderat monita, quasve ut palmæ, & Christi crucifixi fructus ex eius conuersatione quodammodo pendentes apprehenderat, esse fructus Spiritus sancti, prout ab Apostolo Paulo eos enumeratos videre est in epist. ad Galat. *b* Atque ex iisdem maiorem eius vini, & spiritus copiam à se exprimi posse: vnde postmodum inebriari & ipse valeat vberibus animæ, spiritus feruentior redditus nedum in illis monitis capessendis, sed in comprehendendis per imitationem virtutibus ipsius, ita ut propterea vere sibi liceat dicere: *Et erunt vbera tua sicut botri vineæ.*

E Christi crucifixi fructus ex eius conuersatione quodammodo pendentes apprehenderat, esse fructus Spiritus sancti, prout ab Apostolo Paulo eos enumeratos videre est in epist. ad Galat. *b* Atque ex iisdem maiorem eius vini, & spiritus copiam à se exprimi posse: vnde postmodum inebriari & ipse valeat vberibus animæ, spiritus feruentior redditus nedum in illis monitis capessendis, sed in comprehendendis per imitationem virtutibus ipsius, ita ut propterea vere sibi liceat dicere: *Et erunt vbera tua sicut botri vineæ.*

Galat. 3.

Verf. VIII. cap. VII. *Dixi, Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius: & erunt vbera tua sicut botri vineæ, & odor oris tui sicut malorum.*

EXPOSITIO III.

De secunda Sponſa, quæ est Anima Iusti.

4 Virtutis quanta sit alliciendi vis. Plato. Simile.

Ea est virtutis pulchritudo, ut si oculis percipi posset humanis, traheret, alliceretque ad se homines vniuersos, ut ait Plato: hinc est, quod cū quis in piæ alicuius animæ conuersatione insignem virtutis speciem tantillum animaduertit, allectum ab illa se sentiens instar venatici canis, qui è vestigiorum odore ad feram incessanter persequendam impellitur, ad ipsum illico properare eidemque adhære decernit, & perfectionis eius compos fieri sperat: Quapro-

Præclare autem eruditionem istam dicit vbera, & fructus palmæ & botros vineæ. Est enim instar vberum in exhibitione lactis in principio: Et ut fructus palmæ vnus, ac multiplex, dum tota nititur in vna Christi cruce, Christoque crucifixo, sed & in pluribus virtutum actibus eiusdem Christi crucifixi, similes suas exhibet virtutes in sancta conuersatione. Quid vero est, dicit aliquis, quod vltimo addit, *Et odor oris tui sicut malorum?* Iam sæpe in superioribus ostensum est, malum arborem nec non & mala eius fructus symbolum esse amoris & charitatis. Porro, si oris vocabulo totam hic faciem, omnesve faciei partes, designatas sumamus, prout sumendum dixi in prima exposit. cū sub faciei metaphora externam animæ conuersationem significari probatum sit supra

Doctrina iusti dicitur & vbera, & fructus palmæ & botri vineæ, quæve ratione iusti virtutes omnes redolet charitatem.

supra in vers. 14. cap. 1. profecto nihil aliud per hæc sibi vult, qui hic loquitur, quam ex osculis quæ ipse in singulos piæ eius animæ conuersationis actus infiget per inhæSIONEM considerationis illorum, comprehensurū, totam ipsam eius conuersationē redolere charitatem: ita vt siue os, labiave eius osculetur, considerans illius orationes, illico illorum odore suavissimo recreetur charitatis: si eodem modo genas osculetur eius pudicitia, si oculos contemplationis, si frontem fortitudinis, si virtutes reliquas, è singulis percipiet fragrantiam charitatis, sine qua è veltigio foetida omnia essent, iuxta illud Apostoli: *c Si linguis hominum loquar, & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut es sonans aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam: & si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. &c.* Breuiter ergo quod hac sententia dicitur tale est.

1. Cor. 13.

Paraphras.

Allectus à celsitudine perfectionis, à rectitudine, atque à robore sanctæ conuersationis sponsæ Christi, qua floret, proficitque vt palma, firmiter mecum statui ad eam accurere, niriq̄ue, vt per imitationem ad culmen ascenderem perfectionis complectēs vbera eruditionis ipsius, fructus apprehenderem monitorum, ac exemplorum eius: fructus inquam nō tam eius conuersationis, quæ palmæ assimilata est, quam Christi crucifixi veræ illius palmæ, ad cuius similitudinem illa & docet & profert virtutes singulas, fructusque in primis actuum charitatis, quos ex vberibus quoque charitatis eius comprehendere satagam. Tunc sane confido, quia ipsa eius vbera tum eruditionis, tum charitatis mihi erunt *botri vineæ*, è quibus facile exprimam spiritum, quo tandem in vita spirituali ita sicut feruens, ac si vino ebria essem.

Atque tota iam facies conuersationis illius charitatem suauiter mihi redolebit: quæmcūque enim osculo fixæ considerationis attendero eius virtutem, in singulis odore perfundat charitatis, quæ est vinculum omnis perfectionis, & condimentum virtutis omnis.

A (iuxta Heb. & Sept.) *vbera tua, Virgo sanctissima, sicut botri vineæ.* Neque enim beatis duntaxat vinum propinat inexplicabilis voluptatis, sed & mihi etiam nūc, quando meditatione illa complector, erunt intar botrorum vineæ illius cœlestis, ita vt ex illis tantū haurire mihi liceat vini, lacrymarum deuotionis, & vini eius Spiritus, quo inebriari dicebantur Apostoli, necnon & vini cœlestis voluptatis, vt sperem, me quoque præ spiritus feruore inebriandum. Sed & cum oscula deuotionis infigam faciei gloriosissimæ conuersationis tuæ, qua effulges in cœlis, sicut effulsi pariter in terris, odor ipsius oris tui erit etiam nūc mihi sicut odor malorum: quandoquidem vndique suauissima charitatis tuæ recreabor memoria: Mala enim sunt charitatis hieroglyphicum, vt ostensum est.

Maria conuersatio est tota charitas.

Verf. VIII. cap. VII. *Dixi, Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius: & erunt vbera tua sicut botri vineæ, & odor oris tui sicut malorum.*

Appendix Expositionum, Ex antiquis Patribus collecta.

P Araphrasis Chaldaica. Dixit Dominus in verbo suo: *Ascendam, & tentabo Danielem, & videbo, si potest stare in tentatione hac, sicut Abraham, qui similis fuit ramo palmarum, quem probaui decem tentationibus, & probabo quoque Ananiam, Misael, & Azariam, & si possunt stare in tentationibus suis, redimam propter merita eorum populū domus Israel, qui comparatus est botri vuarum. & nomen Daniel, Ananiæ Azariæ, Misael audietur in vniuersa terra, & odor eorum erit fragrans sicut odor pomorum paradisi voluptatis.*

Quod in prima istius sententiæ parte dicitur, *Dixi, Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius*: communiori Patrum sensu Christo tribuitur vel aeterno decreto statuenti, vel per Prophetas prædicenti, sese ascensurum super crucis palmā illā victricē, indeque apprehensurum eiusdem fructus palmæ, vel gloriam ipsam suā, vel conuersionem mūdi, vel virtutes, & pia opera sanctarum animarum. Indicat hunc sensum Cyprian. orat. pass. Christi, seu quisquis ille sit, cuius

In crucē vbera in palmam ascendit Christus.

ea oratio est inter opera Cypriani, dicens: *Ascendisti Domine palmam: quia illud crucis tuæ lignum portendebat triumphum de diabolo, vel de principibus, & nequitijs spiritualibus victoriam. Prosequuntur autem clarius eundem Cassiodor. Greg. Papa, Philo Carp. Aponius, Beda, Petrus Damiani serm. inuent. sanctæ Crucis, Ruper. Abb. Anselmus & alij.*

Cassiodorus, quem sequitur & Beda, addit per palmam, quam Christus ipse ascensurum se dicit, posse intelligi & Ecclesiam, & piam quamque animam, quam supra hortum nuncupauit, vt in eandem velut in hortum descenderit per gratiæ immisionem, & vt in palmam ascenderit per eius profectus, & gratiæ augmenta: illius vero apprehendat fructus bonorum operum, atque laborum quo illa remuneret.

Cyprian.

Cassiodor. Greg. Papa Philo.

ponius, Pet. Dam. Ruper. Abb. Anselmus. Cassiodor. Beda.

Christus in animam vt in palmam ascendit per illius profectus.

Sunt tamen & Patres grauisimi, qui non tā spōsi, quā spōsæ Ecclesiæ scilicet, aut piæ animæ, ad Christū ipsum dicta hæc velint. Et quidē Ambros. lib. de Isaac, c. 8. per palmā charitatem intelligit: plenitudo namq; legis est charitas. In lib. autem 3. Hexaemeron capit. 1. per istum ascensum animæ, & Ecclesiæ in palmam, videtur intelligere ascensum ad virtutis studiū, eiusdemque progressus: dicit quippe. Vnde & Ecclesiā ait: *Dixi, Ascendam in palmam, reuelo altitudines eius.* Quæ eminentiam videns verbi, & sperans, quod ad eius

Charitatis studium est ascensus in palmam. Ambros. Virtutis studium est ascensus in palmam.

Verf. VIII. cap. VII. *Dixi, Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius: & erunt vbera tua sicut botri vineæ, & odor oris tui sicut malorum.*

EXPOSITIO IV.

De tertia Sponsa, quæ est Beata Virgo Maria.

6 Maria deuotioni addicere se volens quid decernat animo.

Voces hæc voces sunt illius, qui Gloriosa Virginis deuotioni se addicere decernit, exinde ad hoc potissimum allectus, quod illam æque ac Christum filium ipsius nouit suo modo in cœlis exaltatam quasi palmam, in præmium haud exiguum eorum qui victoriam è mundo, atque è satana reuexerint, hæc dicens: *Dixi, Ascendam in palmam, &c.* Quibus hæc sibi velle videtur.

Paraphras.

Tantæ Virginis celsitudine, & excellentia, atque dulcedine allectus, iam mea decerni in mente, & firmiter statui, vt sedula, sublimique vt melius potuissim, consideratione in hanc ascenderem palmā, memetipsum eleuans ad eam contemplandam, vt est palma beatorum in cælis, & palma mihi pariter in excelso cœlorum exaltata, spem habens, re ipsa quoque ad illam ascendendi, Deus dederit, vt è sæculo isto victor discedam. Apprehendere etiam satagam fructus palmæ istius benedictæ, arcu meditatione eius complectens vbera, quæ in cacumine huius palmæ maxime conspicua spectanda proponuntur, & fructus innumeri, atque prædulces, qui exinde toti mundo prouenerunt, quod vberibus ijs de cælo plenis lactatus est filius Dei reparatæ generis humani. *Et erunt nūc,*

In Maria vbera precipuum speculaculum beatorum & deuotorum.

eius altitudinem possit ascendere, & scientiæ summam, dixit, *Ascendam in palmam*, vt omnia inferiora relinquat, & ad superiora contendat, ad brauiū Christi: vt suaves eius fructus carpat, & gustet: suavis enim virtutis est fructus.

Et Ioannes Chrysofom. haud dispari sensu homil. 22. ad populum Antiochenum, Dic tu quoque (ait) secundum illam sanctam animam. *Dixi, Ascendam in palmam ad tenendum sublimitates eius*: rectitudinem amantem, & mundum habentem cor, & ad cœlestia bona currentem, nec circa terrena tantum distractam.

Vide, ne stimulus habeat palma tua contra peccatum, redargutiones: sermones enim sapientum tanquam boum stimuli, at qui his punguntur corde cōpungantur, & ab omni peccato abstineant: sed diligenter ipsius altitudines retine, vt sine ruina permanas, continue ventorum incurfus ferens insurgentes per tempus tentationum.

Ad eundem referenda sunt sensum, & quæ dicuntur à Theodorito, atque à tribus Patribus, tametsi per palmam ipsum intelligere videantur Christum. Quantum sponsi desiderio sponsa teneatur hinc patet perspicue, ait Theodoritus, quod & cupit ascendere, & cogitat de altitudine: & quemadmodum B. Paulus ait, a nondum arbitratur se comprehendisse, sed prosequitur, vt comprehendat, & eorum, quæ retro sunt, obliuiscitur, & ad anteriora contendit. Porro per id, quod iuxta versionem Aquilæ dicitur: *Et apprehendam elatas eius*: significari, inquit, desiderare sponsum piolum seminum occasiones, cum elatæ sint marium palmarum fructus, qui palmis fœminis impositi & firmos, & maturos earum fructus efficiunt. Pari fere sensu tres Patres, piam animam hæc sibi velle, inquit: Mecum ipsa delibans *Dixi, Ascendam* per virtutis imitationem ad perfectionem doctrinæ tuæ, & per contemplationem *apprehendam* eius sublimitatem.

Denique de ascensu animæ eiusdem ad Christum crucifixum per imitationem, hæc sumunt Iustus Origelitan. & Hugo de S. Victore lib. 1. in lit. monast. de bestiis, & c. cap. 27. dicens; Minuitur ascendenti labor, dum fructus in arbore sentitur odor, difficultatem adscensus aufert dulcedo gustus. Palma est Christus, fructus eius salus: spes salutis in ligno crucis. Ascende igitur in palmam, id est, attende crucis victoriâ: per scalam siquidem crucis ascendes ad folium victoris.

Tolle & tu crucem tuam & sequere eum.

Quod in secunda parte dicitur: *Et erunt vbera tua sicut botri vineæ*, &c. ad Ecclesiæ Doctores, & prædicationem refertur à Cassiodoro, ita vt ob prædicationis famam dicatur *odor oris Ecclesiæ sicut odor malorum*: Doctores vero eiusdem dicantur *sicut botri vineæ*, dum erudiunt perfectiores. Clarius vò Beda, Huius, inquit, qui parua, quæ beneuole, ac simpliciter annūtiare proximo non negligunt, interdum potiori sapientiæ munere inebriantur, & hoc ascendente in palmam Domini, ac fructus eius apprehendente: quia nisi eius gratia profectum nobis tribuerit, nisi corda nostra illius gratia munierit, nec magna habere, nec parua bona valemus. Additque, his verbis significari Apostolos, postquam Christus ascendit in palmam crucis, & apprehendit fructus eius resurrectionis videlicet & ascensionis, per Spiritus sancti exhibitionem redditos botros vineæ ideoque existimatos multo plenos.

Alio modo Greg. Papa. Vere, ait, per crucem vbera sponsæ sicut botri vineæ existunt: quia in morte Christi duo præcepta charitatis sensus animæ susceperunt, quibus pasta anima inebrietur, inebriata posteriora obliuiscatur & in anteriora extendatur. Per odorem malorum puniceorum Martyrum laudes intelligit, atque adeo prædicationem Ecclesiæ eum odorem redolere: quia dum virtutes illorum prædicat, ad eorum similitudinem audientium animos instigat.

Rupertus quoque Abbas os sponsæ, illius prædicationem, doctrinamque Euangelicam intelligit, ac si Christus dicat: Exaltabor in crucem victoriosam, operabor velociter salutem omnium credensium, &

A deinde doctrina tua legalis, & Euangelica tempore opportuno palam prædicabitur, sicut in autumno dulces botri comeduntur, & bonus vbique diffunditur odor bonorum operum tuorum.

Præclare Philo Carpath. Vt botri, inquit, vineæ calcati ac pressi latissimum vini liquorem vinitori suo fundunt: sic iusti pressuris instar botrorum afflicti, cultori Deo, & Iesu Christo, & sponsæ cœlestem latitudinem de se pariunt, sanctitatisque odore, ac virtutū ad idem ceteros imitatores Christi alliciunt: id quippe significet: *Et odor naris tuæ tāquam mali odoratissimi*; Indicat autem Philo, per nasum Ecclesiæ intelligendum Apostolum, qui ait; *b Christi bonus odor sumus in omni loco*; Quod clarius asserit Aponius, dicens, eundem Apostolum Paulum esse & os Ecclesiæ, cuius fit mentio in Vulgata.

Ad mysteria Eucharistiæ referre hæc videtur Theodoritus, vt ad Christum dicatur; Tu es vera illa vitis, ex qua salutiferum vinum conficitur spiritualibus prælis expressum, vnde calix impletur ille inebrians sane præclarus.

Quod vero adijcitur, *Et odor naris tuæ sicut poma*, ita explicat; Etiam illud ipsum odoratus tui receptaculum mihi pomorum fragrantiam effundit.

Tres Patres non ad Christum, sed ad animam ipsam hæc dicta accipiunt in hunc sensum: & disciplinæ tuæ vbera erunt omnino sicut botri veræ vitis, quæ Christus est, præbentes mihi gratiam diuinitatis, quæ vini more à natura mentem demouet, & supra naturam transfert. Vnde odor etiam naris tuæ sicut poma, gratia scilicet Spiritus sancti, mentem implens suauitate, quam tu à sponso susceptam in nos effundis. Sicut poma sunt tū aspectu pulchra, tum odoratu suauia, tum gustui dulcia, sic ipsa nobis erit & virtutum moribus decora, & odorifera sermonum venustate, & dulcis experientiæ iucunditate.

Verf. IX. cap. VII. *Guttur tuum sicut vinum optimum, dignū dilecto meo ad potandum, labiisque & dentibus eius ad ruminandum.*

EXPOSITIO I.

Iuxta sonum litteræ.

Haud me detinebo in enarrandis aliorum opinionibus circa assignationem personæ, quæ hæc loquatur; tametsi non minus & hic dissensionis reperitur, quam in præcedentibus. Sed sicut & ibi indicauit, quid sentiam, breuiter explicabo.

Pro certo enim habeo, & hæc quoque verba esse eius puellæ, quæ superiora habuit, & esse cōtinuatam orationem, prout aperte patet ex Hebr. & Septuag. in quibus cum particula coniunctiua ita legitur: *Et guttur tuum*. Adde quod verba illa, *Dilecto meo*, id manifeste conuincunt; cum pateat à sponsa hæc de suo dilecto dici minime potuisse, vt arbitrati sunt aliqui: quādoquidem pronomen *tuum* additum gutturi est generis fœminini, sicut norunt, qui Hebræam callent linguam.

Pro intellectu autem eorum, quæ hic dicuntur, nulla notanda sunt. Primum ob ambiguitatem Hebræicæ vocis η hech, quam Hebræi pro palato communiter accipiunt, noster vero Interpres pro gutturo, sicut & Septuag. tametsi alias etiam pro palato aliquando eadem sumpsisse reperitur, haud constare, quid potissimum hoc loco in sponsa commendetur. Quidam enim siue palatum, siue guttur hic celebretur, vnam eandemque rem designari, &

D d d d laudari

Ioannes Chrysof.

Theodorit.

a Ph. 3. 32. Occasiones benefaciendi desiderat iustus.

Tres Patres.

Iustus. Hugo Viç. Iustus per imitationem ascendit in palmam crucis Domini.

9 Prædicatores à Christo habent vt profamam dicatur odor oris Ecclesiæ sicut odor malorum. Doctores vero eiusdem dicantur sicut botri vineæ, dum erudiunt perfectiores. Clarius vò Beda, Huius, inquit, qui parua, quæ beneuole, ac simpliciter annūtiare proximo non negligunt, interdum potiori sapientiæ munere inebriantur, & hoc ascendente in palmam Domini, ac fructus eius apprehendente: quia nisi eius gratia profectum nobis tribuerit, nisi corda nostra illius gratia munierit, nec magna habere, nec parua bona valemus. Additque, his verbis significari Apostolos, postquam Christus ascendit in palmam crucis, & apprehendit fructus eius resurrectionis videlicet & ascensionis, per Spiritus sancti exhibitionem redditos botros vineæ ideoque existimatos multo plenos.

Apostoli in die Pentecostes facti vt botri vineæ.

Greg. Papa.

Rup. Abb.

Philo. Tribulationibus pressi iusti profuerunt vinum gaudij, & odorem sanctitatis.

b 2. Cor. 2. 15.

Aponius. Paulus Apostolus nos Ecclesiæ. Theodorit. In Eucharistiæ vbera Christi botri vineæ.

Tres Patres. Doctrina iustorum qualis.

Gutturis vocabulo quid hic significent.

Gutturis vocabulo significatur sermo.

a Prou. 5. 3. b Prou. 8. 7

Legionensis Soto Maior.

Agathius Almonacy.

Legionensis.

Horatius lib. 1. Epist.

Symmach. Aquila.

Primus sensus.

laudari existimant, quæ tam per guttur, quam per palatum egrediatur, aut fiat, hancue, communiori sensu censent, esse sermonem, & verba, quæ & sæpius propterea gutturis vocabulo appellantur in sacris litteris: ad quod probandum duo pro nunc sufficientia loca lib. Prouer. primus, cap. 5. a *Fauus distillans labia meretricis, & vitidius oleo guttur eius.* Alter cap. 8. b *Veritatem meditabitur, id est loquetur, guttur meum, & labia mea detestabuntur impium.* Alij tamen, vt Legionensis, & Soto Maior eam rem, quæ hisce nominibus hic celebratur, animam, quæ ex iis exhalatur, accipiunt. Sunt tamē, qui non tam rem, quæ è gutture, & palato provenit, quam gustum qui ijdem inest, & perficitur commendatum putant. Ita Agathius, Hieronymus Almonacyr. & alij.

Secundo notandum, nostrum Interpretem in descriptione vini generosi haudquaquam reddidisse Hebraicam lectionem ad verbum: sed per paraphrasim. Hebræa autem duobus modis verti possunt. Primo, *Et palatum tuum sicut vinum illud optimum, quod vadit ad dilectum meum ad rectitudines* (id est recta, & directe) loquens labiis dormientis; idue ita exponit Legionensis: Quod tantam vim habet, vt inter alia sermonis vsum prope eripiat: Linguam namque hæsitantem reddit, vocum in loquendo sonos immutat, verba litteris, ac syllabis fraudat, eorumque structuram, & ordinem rectum perturbat: *Loquens*, id est, loqui faciens labiis dormientium, nempe qualiter ij, qui somno grauantur, loqui solent. Altero vero modo, & communius vltima pars sic vertitur: *Loqui faciens labia dormientium*, id est, quod dormientium quoque labia loqui facit, dum sensus sopitos excitat, parit somnia: & commouet ad loquendum, iuxta illud Poetæ.

Facundi calices quem non fecere disertum.
Agathius tertiam addit versionem hanc.
Eruclare faciens labia senum: eodem tamen sensu.

Notandum tertio, nostrum Interpretem vna cum Septuag. Symmacho, & Aquila antiquioribus videri pro Hebraico participio דּוּבֵב doheb, legisse, דּוּבֵב robeb, facillima vnus litteræ similis varietate, à verbo דּוּבֵב rabab, quod significat, multiplicare, vt crescere & augere. Ideoque ad sensum recte illud vertisse: *ad ruminandum*, quod ad verbum vertere debuisset, *Crescens labiis, & dentibus:* quod enim ruminatur, crescit labiis & dentibus. Septuag. vero alio sensu, *inabundans, sufficiens labiis*, à significatu multiplicandi: clariussue Symmachus, *περισσότητος*, id est, *aditus labiis.*

Notandum quarto Sept. in eo quoque quod vertunt: *Labiis meis:* aliter legisse lectionem Hebraicam, nempe שֵׁפְתַי sephathai, pro eo, quod nunc habetur שִׁפְתָּי siphthe.

Notandum denique dum noster Interpres sequens Sept. & Aquilam vertit, *& dentibus*, videri, dictionem Hebraicam שֵׁנַי iescienim legisse שֵׁנַי vescinam: quod facile in Hebræo euenire potuit, dum legeretur sine punctis, propter modicam diuersitatem litteræ י yau, & litteræ י iod.

Quæ dicenda essent circa illud vini optimi epithetum שֵׁנַי שֵׁרֵיִם lemesciarim, id est *in rectitudinibus*, seu *recta* (sic enim est in Hebræo: *Vadens dilecto meo recta*) videri possunt explicata superius in vers. 4. cap. 1. vbi dicitur: *Memores vberum tuorum super vinum: Recti diligunt te.*

His fufius forsitan, quam par erat, annotatis, omiffis multis, quæ ab aliis referuntur, triplicem arbitror afferri posse istorum verborum sensum.

Primus, qui & mihi magis arridet, vt gutturis vocabulum sumatur pro gustu passiuæ, & transitivæ, qui scilicet exhibetur, prout ex allata similitudine colligendum videtur: cum vinum optimum non tam ob id dulce dicatur, quod dulcedinem in se habeat, quam quod dulcedinis suæ gustum exhibeat: Vnde, & bene, in similitudine ipsa adicitur: *Dignum dilecto meo ad potandum*, &c. Sicue puella illa, quæ in præcedenti versu significarat, se allectam pulchritudine, & sua-

uitate Sulamitidis afsimilatæ palmæ: ideoque in illius complexu se proripere decreuisse, & in oscula: eo quod pro certo haberet, vbera illius in complexu sibi futura instar borrorum vineæ, atque ex osculis, quæ in eius facie imprimeret, se recreandam suauissimo malorum odore, quem eius os, totaque facies redoleret.

Nunc admodum consequenter meliori, quo potest modo, pastoritiaeque metaphora illum exprimit gustum, quo tunc perfundenda esset, quam maximum: similem nimirum vino optimo, maximeque generoso, quod, vt alias explicatum est, symbolum esse solet voluptatis summæ, sic dicens: *Et guttur tuum sicut vinum optimum, dignum, &c.* tantumdem est, ac si dicat.

Erunt tunc vbera tua sicut botri vineæ, & odor oris faciei Paraphras. *tue, quam osculabor, sicut odor malorum: gustusque tuus summæ mihi erit voluptati: erit namque sicut vinum illud optimum, quod dignum est; vt nedum potetur simpliciter, sed vt & labiis, & dentibus ruminetur à dilecto meo.* Gustu enim isto tuo potabo & ipsa vinum, quod è tuis exprimam vberibus, botri vineæ similibus: & pariter ruminabo mala, quæ è tuo colligam ore.

Per id vero, quod iuxta Hebraicam lectionem pro: *Labiisque, & dentibus eius ad ruminandum*, ait: *Loqui facies labia dormientium:* subindicare videtur eadem puella: tantum illum futurum gustum similem vino optimo: vt per eum ad illam ita incessanter laudandam impellatur, sicut per vinum optimum etiam labia dormientium excitantur ad loquendum. Pro sensu isto primo facit & id, quod in ver. Sep. legitur; *Sufficiens labiis meis, & dentibus:* si referamus vocabulum, *sufficiens*, ad guttur, quod in Græco est masculini generis.

Quod si cui sensus iste primus minime placeat, quod forsitan noua sibi videatur gutturis appellatio pro gustu aliis exhibitio: tamen si ipse eam nouam minime reputet, qui & in hoc ipso libro alias ipsum obseruauit in vers. 16. cap. 5. vbi dicebatur: *Guttur illius suauissimum:* secundo sensu: quem etiam maxime probabilem cenfeo, sumpto eodem gutturis, seu palatus vocabulo pro anima, quæ ex illo exhalatur. Dicendum, eandem puellam, quæ iam in præcedenti versu significarat, decreuisse proripere se in amplexus, & oscula Sulamitidis, postquam dixit suauitatem, quam percepturam se sperabat ex osculis faciei illius, quæ odorè redolebat malorum: hanc eandem amplificare voluptatem, quam in primis ex osculo oris, ac labiorum eius esset susceptura. Ac si dicat.

Quid referam & suauitatem, dulcedinemque illam, qua in osculo labiorum, orisque ipsius perfundar, hauriens eius animam & spiritum? nam & guttur illius, è quo ea exhalabat anima multoque magis anima ipsa erit mihi sicut vinum optimum dignum, &c. vt supra, sumpta vini optimi metaphora pro optima, summaque voluptate.

Denique si voce gutturis, consueta scripturarum phrasi, verba designata & hic velimus, atque loquelâ, iuxta fere communem Patrum sensum, admodum probabiliter dicemus, eandem puellam, post explicatam voluptatem, quam percepturam se confidebat ex complexu, osculisue Sulamitidis in verbis illis: *Et erunt nunc vbera tua sicut botri vineæ & odor oris tui sicut malorum:* modo aliam significare voluptatem, quam summam omnium reputatura sit, dum amoris verba tunc ab illa percipiet, ideoque ad superioria hæc addens: *Et guttur tuum sicut vinum optimum, &c.* tale quid sibi velle videtur.

Voluptas vero, quam ex benignissimis illius suscipiam verbis, charitate feruentissimis, exprimi à me non potest: illud vnum dicam, ipsius locutionem, & verba esse sicut vinum optimum, quale potari solet à dilecto meo: ita vt nulla è re magis ipsa voluptatè percipiam, quam ex illis, quæ meis quodammodo ruminem labiis, dentibusque ruminari: solet eiusdem dilecti mei. Non solum enim in memoria iugiter ea tenere delectabit, sed & in ore meo illa mihi met replicabo: quin & me quoque eadem dormientem lo-

Paraphras. sis.

Secundus sensus.

Paraphras. sis.

Tertius sensus.

Paraphras. sis.

qui

qui facient illius encomia, dulcedines, & charitatem non minus quam vinum optimum alienos à locutione loqui facit dormientes, & senes, iuxta varias versiones Hebraici textus.

Hoc autem loco in fine huius expositionis notandum, hæc omnia, quæ inhoneste referrentur, vt dicta à viro coram puellis, honeste tamen esse relata à Spiritu sancto, vt puella dicta à puella, & corā aliis puellis. Porro, quod puella ista, quæ loquitur, meminit dilecti sui, cōsonum quam maxime est rusticarum puellarum consuetudini, vt cum singulæ summa cum simplicitate & honestate proprios habeat dilectos, libentissime qualibet oblata occasione eorum meminerint, vt videre est & apud Poetas profanos, qui bucolica carmina scripsere.

A plici deglutire hauſtu, sed hauſta iterum iterumque in cordis ore ruminare.

Verſ. IX. cap. VII. *Guttur tuum ſicut vinum optimum, dignū dilecto meo ad potandum, labiſque & dentibus eius ad ruminandum.*

EXPOSITIO III.

De ſecunda Sponſa, quæ eſt Anima Inſti.

Quam ſuperiori ſententia expoſuerat, decreuiſe, adhæſurum ſe perfectæ animæ ſponſæ Chriſti, explicat modo in primis, in id ſuum collocaturum ſtudium, vt ex eius ore dulciſſimos apprehendat ſermones. Præſtantiſſimo autem encomio ſanctos eos euehit ſermones ſub metaphora gutturis, & ſimilitudine vini, indicans, illoſ talem in ſe continere dulcedinem, qua ſimul recreetur & anima, quæ eis loquitur, cum in gutture perficiatur omnis dulcedinis guſtus: & ij, ad quos proferuntur, vt vinum iis dulce eſt, ad quos propinatur, & à quibus bibitur. Dicit, illos eſſe non ſicut vinum quodlibet, ſed ſicut vinum optimū: quia in genere ſuo & ipſi optimi ſint abſque vlla imperfectione, æque ac vinum optimum abſque vilo eſt ſaporis vel odoris, vel coloris defectu. Dicit ſecundo, eodem ſummæ eſſe perfectionis: ideoque nedum hominibus, & Angelis, ſed & ipſi Deo dilecto ſuo, & Chriſto, ex cuius dilectione proferuntur, tantam afferre ſuauiſſimam, vt non modo illoſ audire, at & auditos memoria verſare, ruminare, & ponderare, cum deleſt. Non ſecus ac iſ, cui propinatum fuerit vinū optimum tantum ex eo percipit guſtum, vt poratum, intra os illud conſeruare ſoleat, labiſque, ac dentibus ruminare. Hinc namque Chriſtus Ieſus duobus diſcipulis in via ſanctos inter ſe habentibus ſermones adſtitit mediis, & quaſi eos ruminans dixit: *a Qui ſunt*

Tertius ſenſus. Sermonum bonorum dulcedo qualis. Sermones quædam dulces ſunt Deo.

Simile.

a Luc 24. 17.

b Pro. 23. 17.

Correſſio bona debet eſſe ſicut vinum optimū, Simile.

C *Qui ſunt* a Luc 24. 17. *bi ſermones, quos conſertis ad inuicem ambulantes? & in eiuſdem perſona vt ſapientia eſt increata, dicitur in lib. Prouerb. b Fili mi, ſi ſapienter fueris, gaudebit tecum cor meū,* hoc nimirū epoto, & ruminato vino optimo: *Et exultabunt vultus mei, cum locuta fuerint recta labia tua:* Neque vero aliena hæc eſt potus, & ruminatio ſimilitudo ad probandum Deum nedum audire, ſed & ruminare ſermones ſanctos, cum etiam vulgato loquendi more dicere ſoleamus, nos bibiſſe totum id, quod ab aliquo præclare dictum ſit: imo quaſdam egregias ſententias, argutaque dicta, vel dulcia monita per multum temporis frequenter ore verſare conſueuimus.

Quamquam autem vini comparatio cuilibet congruat ſermoni piæ animæ; congruit tamen in primis ſermoni illi, qui ad proximū ſpectat correptionem, quem bene Spiritus ſanctus hoc loco ſimilitudine hac celebrat vini optimi in ſumma perfectione. Sicut enim vinum illud communiori ſenſu cenſetur optimum, quod vna cum quadam aſperitate quam Italice dicimus, *piccante*, admixtam habet dulcedinem, quodue clari coloris ſit, & nil male oleat: Ita & ſermo correptionis, qui dignus aſſerendus ſit, vt etiam à Deo poterit, & ruminetur, in corpore ſuo, atque in fidelibus guſtum, & vtilitatem ex illo carpens, operæ pretium eſt, ita ſit ſuauiſſime aſper: vt dulcedinem, ac benignitatem habeat admixtam: quin & omni careat animi perturbatione: ſicue ſit clari coloris, utpote opportunus loco, & tempore factus, adeoque nec quicquam oleat foetidiffimi odij, humaniue alicuius reſpectus.

Sed ex illo Pſalmi: *c Exaltationes Dei in gutture eorum, congruentiſſime ſanctas eiuſdem piæ animæ orationes ſub gutturis metaphora hoc loco celebratas ab eo crediderim, qui illi etiam oranti inhæret,*

D d d d ij & orati.

Verſ. IX. cap. VII. *Guttur tuum ſicut vinum optimū, dignum dilecto meo ad potandum, labiſque & dentibus eius ad ruminandum.*

EXPOSITIO II.

De prima Sponſa, quæ eſt Eccleſia Sancta.

I Am ſupra in principio huius cantici ex illo Pſalm. 12. quo in noſtra Vulgata legitur: *a Apprehendere diſciplinam*, pro eo, quod in verſione B. Hieronymi ex textu Hebr. habetur: *Oſculamini filium: oſtendimus, in metaphora oſculationis deſignari apprehenſionē doctrinæ, atque ſpiritus: ideoque tam ardenti deſiderio id à ſponſa prolatum: b Oſculetur me oſculo oris ſui: quia & ipſa oſculari optaret filium Dei, vt ex illius ore in os ſuū profluere ſpiritus, & doctrina, que quocumque humana doctrinæ, ſpiritusque ſæculi vino ſunt meliora. Quid ſimile ſibi & ex oſculo ori Eccleſiæ Apoſtolicæ à ſe imprimendo hoc loco polliceri videtur ſapienter ille ſæculi, qui ad orthodoxā fidem conuerſus loquebatur in præcedenti verſu, dum ait: Guttur illius, ſcilicet Eccleſiæ, ſicut vinum optimum, &c. Siue enim doctrinam, ſiue ſpiritum, gutturis vocabulo deſignatum ſumamus, vt dictum eſt in prima expoſitione: ambo ob inexplicabilem dulcedinē congruentiſſime vino optimo comparantur, & vino digno, quod à Chriſto poterit, cum vna eademque ſit doctrina Chriſti: vnufuſe & idem ſpiritus cum ſpiritu eiufdē. Atque adeo ſicut de dulcedine doctrinæ Chriſti dicitur: *c O quam ſuauiſſis eſt, Domine, ſpiritus tuus in omnibus:* Ita & doctrina, & ſpiritus, quæ ex Eccleſiæ gutture per oſculatum illius os proferuntur, dicuntur eſſe ſicut vinum optimum, ſummæ nimirum ſuauiſſimæ: Sicut vinum optimum, inquit: nam vinum ordinariū, quo deſignantur humana ſapientia, & ſpiritus huius mundi, multo ſunt ambobus iis deteriora, vt probatum eſt ſuper illis verbiſ: *d Quia meliora ſunt vbera tua vino.* Vbera namque & guttur in Eccleſia idem ſunt, ſicut & in Chriſto. Atque adeo recte ibi, cum poſt verba illa, Oſculetur me oſculo oris ſui, debuiffet ſubiici: quia melius eſt oſculum, ſeu, guttur tuum vino, recte alia ratione dictum eſt: *Quia meliora ſunt vbera tua vino: & nouimus etiam de Chriſti gutture alias dictum: e Guttur illius ſuauiſſimum, ſeu, dulcedines.* Quomodo vero Eccleſiæ doctrina, & ſpiritus dicantur ſicut vinum, quod labiſ, & dentibus Chriſti ruminetur, facile eſt intelligere, ſi illud recolamus Apoſtoli: *f Vos eſtis corpus Chriſti, & membra de membro.* Labia namque Chriſti ſunt ſancti prædicatores: dentes vero ſunt ij, qui meditationi indulgent ſacrarum ſcripturarum. Et nouimus hos ambos, qui ab Eccleſiæ gutture accipiunt doctrinam, & ſpiritum, haud ſim-*

3 Secundus ſenſus. a Pſal. 2. Doctrina Chriſti exhibetur & obtinetur cum ſpiritu Chriſti. b Cant. 1. 1.

Doctrina ſpiritus Eccleſiæ ſuauiſſitas quæ.

c Sap. 12. 1.

d Cant. 1. 2. Vbera & guttur ſunt idem in Chriſto, & in Eccleſia.

e Cant. 5. 16. ſcripturam ſacram qui præcipue ruminant. f 1. Cor. 12. 27.

Orationes bonæ sicut vinum optimum.

d Ps. 146. 1

Simile.

e Am. 5. 21

& orantis percipit spiritum. Porro & similitudo quæ allata aptissima est, cum & hæc oratio instar vini optimi sit, nedum in sapore dulcis, sed & in specie, atque in odore decora, iuxta illud psalmi: d Deo nostro sit iucunda, decoraque laudatio. Ideo namque adiectum est; Dignum dilecto meo ad potandum, labiisque & dentibus eius ad ruminandum: quia sicut vinum si vel turbidum fuerit, vel foetidum, aut acidum bibi ab homine ingenuo nequit, sed plerumque aspectu duntaxat, aut odore à longe percepto eam causat nauseam, vt illico in terrâ fundatur, & extra domus parietes proiciatur: Ita & prauas orationes cum nauseâ quadam à Deo reici, nouimus ex illo Amos Propht. e Odi, & proiecisti festiuitates vestras, & non capiam odorem cætuum vestrorum.

Quod si obtuleritis mihi holocaustomata, & munera vestra, non suscipiam, & vota pinguium vestrorum non respiciam. Aufer a me tumultum carminum tuorum, & cantica lyre tue non audiam.

Oratio bona dulcis est & animæ oranti, & Deo.

Oratio bona delectans Deum efficit vt oranti quoque à Deo eius reddatur dulcedo, dum ab illo exauditur.

f Psal. 36. 4

g Ps. 33. 9

h Ps. 149. 9

i Isa. 43. 24

k Osea 14. 3.

Illud autem maxime in hoc orationis encomio ponderandum est, quod laudatur quidem sub gutturi, aut palatus metaphora, in quibus potissimum sensus est gustus, & in quibus is ipse, cuius ea sunt gustat dulcedinem. Ex altera vero parte commendatur similitudine vini optimi, quod ita dulcedinem obtineat: vt recreare possit & guttur ipsum animæ orantis, & Deum, cui ea oratio instar vini optimi propinatur. Sed vt vinum illa est, foras nimirum emissa è guttore, primo Deum sua reficit dulcedine, tum & animam ipsam recreat, quæ ipsam emisit. Declarantur hæc omnia ex hoc loco coniuncto cum altero loco psalmi 36. quo dicitur: f Delectare in Domino, & ipse dabit tibi petitiones cordis tui. Vis scire quomodo orationes tuæ commendari queant sub metaphora gutturis, & palatus tui? delectare tu primum in illis delectatione, quæ sit in Domino: gustans nimirum in eis, & attenda videns mente, g quoniam suauis est Dominus & beatus est vir, qui sperat in eo. Vis & id quoque intelligere, quomodo eadem celebranda sint similitudine vini optimi? Da operam, vt & ea optimæ è tuo emittantur guttore, vt eis congruere queat vocabulum h exultationum Dei, & vini, quo nedum latificetur, sed & inebrietur. Conquestum enim illum aliquando nouimus, quod hoc non inebriatur sit vino, sub alia metaphora dicens apud Isaiam: i Adipe victimarum non inebriasti me: Et nouimus, ibi victimarum vocabulo ipas designasse orationes, iuxta illud Osee: k Reddemus vitulos laborum nostrorum: qua de re alias. Bene autem hoc loco additur: Dignum dilecto meo ad potandum labiisque & dentibus eius ad ruminandum: per hæc namque exprimitur, quomodo orationes à guttore piæ animæ per os quodammodo propinætur Deo in osculo quodam, & Deus illas vt dignas se eibat instar vini optimi: sed & ita delectetur in illis, vt potatas quasi ruminacione quadam illas ad dentes, atque ad labia referat, quo per benignissimum osculum oris sui eas iterum in palatum, & guttur reiciat animæ orantis: id quod per ea exprimitur Psal. verba: Et dabit tibi petitiones cordis tui.

Oratio bona instar vini optimi recta ascendit ad Deum.

a Ps. 77. 58

b Ps. 106. 28.

6 Ex lectione quoque Hebraica ingens eiusdem orationis exprimitur vis, dum siquidem dicitur; Palatus tuus sicut vinum optimum, vadens ad dilectum meum, recta, loquens labiis dormientis. Significatur primo orationem instar vini optimi recta ascendere ad Deum, quando sit facta à tali anima, quæ Deum suum pro dilecto suo habeat, iuxta illud psalmi, a Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Tum & id quoque subindicatur, tantas esse eiusdem vires, vt Deum inebrians, vsum propemodum illa eripit sermonis, quo contra peccatores sententiam proferret, loqui quodammodo ipsum faciens, qualiter loqui ij solent, qui somno grauantur, vinoque ebrij sunt: necnon & vocum in loquendo sonos, & operacionem in agendo immutans effectus, prout Propheta Regius tribui Iuda, atque etiam sibi metipsum palam factum significasse visus est in b Psal. 77. vbi, cum retulisset, Deum ab Israelitico populo sceleribus ita exacerbatum, vt & loquens aduersus illum,

A graui cum damnarit sententia, & flagellationis effectu eundem afflixerit: In iram concitauerunt eum in collibus suis, &c. Audiuit Deus & spreuit & ad nihilum redegit valde Israel & repulit, &c. subiecit: Et excitatus est tamquam dormiens Dominus, tamquam potens erapulatus: à vino: magis que ad rem nostram, iuxta vim lectionis Hebr. Et euigilauit tanquam dormiens Dominus, tanquam fortis in iubilo exclamans, præ vino: ac si dixerit: Euigilauit Dominus, quando tunc dormiens quodammodo, populû suum, arcamque ipsam deuenire permisit in manus impiorum Philistinorum: Euigilauit autem haud dubium, quia excitatus precibus eorum, qui iustiores erant in populo illo: quando clamauerunt ad Dominum, cum tribularentur & de necessitatibus eorum liberauit eos: præ vino nimirum precum illarum à somno excitatus, propriaque exercens fortitudinem suam cum iubilo, primas illas immutans voces, iamque haud amplius aduersus Israel exclamans, sed aduersus scelestissimos Philisthæos, quos & effectu percussit in posteriora, & opprobrium sempiternum dedit illis.

Cum iubilo eligens Tribum Iuda, montem Sion, quem dilexit, ædificansque sicut unicorinum sanctificum suum in terra, quam fundauit in secula: ac demû cum iubilo item eligens, David seruum suum, &c.

C Quod si non ita legamus: Loquens labiis dormientis, sed, loquens, aut loqui faciens labia dormientium, vt est communior lectio: Significatur per hæc, ipsam piæ animæ orationem instar vini optimi in rectum iacere flammulas & recta tum oculos inspicientis, tum aures audientis Dei ferire: tantisue præditam esse viribus; vt eundem Deum quodammodo dormientem in nos custodiendo, nobisque opem ferendo, loqui benigna faciat, & fauorabilia, iuxta illud Psalmi: Numquid qui dormit non adiciet, vt resurgat? Et illud: d Erce non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israel. Quin si vim vocis pluralis, dormientium, poterare velimus, cum dicitur: Loqui faciens labia dormientium; id quoque significatur, in optima oratione esse viriû, vt eos, qui peccati somno sunt oppressi, per duplicem loqui faciat confessionem, pœnitentiæ & gratiarum adionis: impetrans nimirum à Deo, vt illi conuertantur, peccata confiteantur Deumque laudent, qui misericorditer ipsos ad pœnitentiam expectare dignatus sit. Et illos pariter qui mortis somno dormientes, in flammis cruciatur purgatorij, impetrans eis à Deo remissionem pœnarum, vnde excitantur ad laudandum & glorificandum, quem suum sentiunt glorificatorem.

c Job 28.

Pf. 77. 66.

Oratio bona suscitât Deû quasi dormientem.

Pf. 43. 9. d Ps. 120. 4. Oratio bona quantam habeat vim impetrandi pro viuus & pro mortuis.

Verf IX. cap. VII. Guttur tuum sicut vinum optimû, dignum dilecto meo ad potandum, labiisque & dentibus eius ad ruminandum.

EXPOSITIO IV.

De tertia Sponsa, quæ est B. Maria.

7 Explicat hoc loco is, qui in superiori sententia significarat, itatuissè, torû se dedere deuotioni Gloriosæ Virginis, quam immenso per illam, speret se cumulando gustu: Siquidem per comparacionem, vinum optimum dignum, &c. videtur illum afsimilare quo modo gustui immensæ, incomprehensibilisue felicitatis, qua fruitur Christus in regno Patris sui; de quo vino ille in Euâgelio ait: e Amen dico vobis, quia iam non bibam de genimine vitis huius vsque in diem, cum illud bibam nouum in regno Patris mei.

Illud vero iuxta lectionem illam Hebraicam, qua dicitur: Sicut vinum optimû, vadens ad dilectum meum, recta, loquens labiis dormientium: Significatur ipsam Christi felicitate directe cadere ad Christum dilectum nostrum; cum ei directe competat, & iure hereditario. Porro, sicut vinum felicitatis illius dicitur loquês labiis

Primus sensus. Qui ex Maria percipitur gustus afsimilatur gustui felicitatis Christi. e Marc. 14.

Quid Maria percipitur gustus est inexplicabilis.

biis dormientium, quatenus aufert loquelam, ita vt de eo vix balbutire liceat, iuxta illud Pauli: *f. Audini arcana verba, quae non licet homini loqui*: ita & gustus, qui ex B. Maria percipiuntur suo modo tales esse significantur, vt nec verbis exprimi queant.

ribus, praedicatione Euangelica à Deo tradita, tractanda est.

Gregorius Papa dignam Christo eandem praedicationem dici ab Ecclesia, inquit, quatenus dum recte exercetur, suauiter illi sapit, eamque suauissimam potat in fidelibus audientibus ipsam, de quibus audientibus dici putat: *Labiis, & dentibus eius ad ruminandum*, de audientibus tamen, qui illam ruminant.

Beda, iuxta illam gutturis acceptionem pro oratione, & confessione laudis, ait, Ecclesiam annuentem verbis sponsi hanc intulisse: Iam multum cupio, vt dilectus solerti examine affectum, ac sinceritatem mentis, quam erga eum habeo, diu dicat: Confido enim, quia etsi tanta eam discussione examinet, quanta examinare solet potum, vel cibum, qui hunc sollicitus gustare, vel masticare studuerit, iam dignam eam suis laudibus comprobabit.

Versionem Septu. *Guttur tuum sicut vinum bonum, vādens fraterno meo in rectitudinem aptum, seu sufficiens labiis, ac dentibus*: Theodoritus ita exponit, vt Ecclesia, vel pia anima hisce Christum alloquatur: Doctrina, quae ex ore tuo fluit, quacumque vini suauitate, & qualibet huius vitae voluptate iucundior est, eamque tu, fraterne mi, ad animas, quae in te crediderunt dirigendas profers: sufficit enim mihi doctrina tua, vt partim pronuntiam, atque diuulgem, partim conferuē, atque custodiam, labiorum vtens instrumentis, & dentes pro muro circumponens, iuxta illud Apostoli: *b. Audini arcana verba, quae non licet loqui homini*.

Catena vero Trium Patrum apud eundem, tribuens ea Discipulis Ecclesiae, vel animae, ait, illas dicere: *Guttur, id est institutionis tuae sermo, qui vt vinum optimū, corda nostra afficit laetitia, erit nobis, dum pronuntiat in dilecto tuo, cuius nobis desiderium instillasti, in vias rectas*, vt eum tamquam veritatem amplectamur; ne per defectum, aut excessum à virtutis rectitudine defectamus; & *sufficiens* nostris appetendi potentis, quibus tamquam *labiis* osculamur, quod placuerit voluntati; & intelligendi facultatibus, quibus tamquam *dentibus*, quae dura sunt, & ad cognoscendum difficilia, ad esum, & cibum spiritalem frangimus, & mollimus.

Verf IX. cap. VII. *Guttur tuum sicut vinum optimū, dignum dilecto meo ad potandum, labisque & dentibus eius ad ruminandum.*

Appendix Expositionum, Ex Antiquis Patribus collecta.

8 Paraphrasis Chaldaica. Dixit Daniel, & socij eius: suscipiendo suscipiemus super nos decretum verbi Domini, sicut suscepit super se Abraham pater noster, qui comparatus est vino veteri: & ambulabimus in viis, quae rectae sunt coram eo, sicut ambulauerunt Elias, & Elifaeus Prophetae, per quorum merita surrexerunt mortui, qui similes sunt vino dormienti: & sicut Ezechiel filius Buzi sacerdos: quia in Prophecia oris sui suscitati sunt dormientes mortui, qui erant in campo Dura.

Communiori sensu per Ecclesiae guttur illius praedicatione intelligitur. Distinguit autem Cassiodorus inter eiusdem Ecclesiae praedicationem, quae iam celebrata est sub metaphora oris redolentis odorem malorum, & hanc: quod illa est ea praedicatione, quae fama vel scripto ad absentes peruenit: haec vero est vox ipsa praedicationis, quae ad praesentes peruenit, quae recte vino comparatur: quia magnam sui virtutem auditoribus exhibet: Quod ita declarat Gregorius Papa, & Anselmus, quia ita inebriat illos, vt faciat illos obliuisci totius suae vitae prioris.

Tametsi idem Ansel. non tam externam praedicationis vocem, quam interna verba, & sensus eorumdem verborum in gutturis metaphora laudatos, censet.

Sicut Iustus Org. per vinum verba sacrae scripturae inebriantia, seu sanctos illos accipit, qui in sacris litteris loquuntur.

Aponius vero B. Petrum in primis, eiusque vicarios, è quibus optimum vinum confessionis Sanctissimae Trinitatis, & praedicationis manat, guttur, inquit, esse Ecclesiae: sicut os redolens magna, dixit esse item Paulum Apostolum.

Refertque Beda quorundam opinionem, secundum quam à Christo hic commendatus Ecclesiae eiusdem oratio ex suauitate per comparationem ad vinum, singulariter Philo Carpathius videtur gutturis vocabulum pro gustu passio, id est pro eo, quod gustatur, sumere; ideoque refert haec ad mysteria Eucharistiae, vt per Beal. guttur ipse designetur Christus, qui recte dicitur *sicut vinum optimū*: quandoquidē in tanto Sacramento gustatur sub speciebus vini,

Videtur autem Philo id, quod sequitur: *Dignum dilecto meo ad potandum, &c.* pro quo ipse legit ex versione Sept. *Proveniens fratri meo in rectitudinem, &c.* tribuere ipsi meo Ecclesiae, ad superiora respondenti, ac per haec ostendere, solis rectis corde ad salutem datum hoc Sacramentum, iuxta illud Pauli: *a. Probet autem seipsum.*

Porro & Cassiodorus, Greg. Papa, Beda, ac Rupertus Abbas eidem Ecclesiae haec ipsa tribuunt verba. Vnde Cassiodorus, Vox (ait) Ecclesiae, quae audiens, se laudari à sponso gratulabunda respondet; *Dignum, &c.* ac si dicat: Praedicatione Euangelica, quam in ore meo is posuit, per ipsum, & non per alium annuntiarī debet in mundo. Per labia, & dentes intelligit sanctos eiusdem Christi praedicatores, qui spiritale sacramentum scripturarum vinum ruminant, vt sentit & Iustus Origanus, Beda, Rupertus, & alij. Hisce enim docto-

Verf. X. cap. VII. *Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius.*

EXPOSITIO I.

Iuxta sonum litterarum.

Communiter haec dicta sumuntur in responsionem ad superiora, vel ad id quod ultimo dictum est: *Dixi, Ascendam in palmam, &c.* vel ad totam panegyricam orationem. Communiter quoque id, quod hoc loco à sponsa dicitur, existimatur, idem esse, atque id, quod & in cap. 2. ab eadem dictum fuerat: *a. Dilectus meus mihi, & ego illi*: & in cap. quoque 6. *b. Ego dilecto meo & dilectus meus mihi*: Vt hic pariter, sicut & ibi mutuum, paremque inter se ac dilectum suum ostendat amorem: ac si dicat. *Dilecto meo* me tradidi, totaque illius sum, sicut ille me totam desiderat, atque *ad me* solam conuertitur. Qualis qualis sum, illius duntaxat sum, quin haec laudum insignia, quae in me contulistis, ipsi accepta fero *dilecto meo*, qui *ad me* solam conuertitur, meque vnam desiderat.

Vel ad eam, quae dixerat: *Dixi, Ascendam in palmam, &c.* ego soli tota me tradidi *dilecto meo*, sicut ille mihi se tradidit totam: nec possum permittere, vt vel à puellis tangar: operæpreium est, vt si tuum explere velis decretum, ab eo id potius tibi concedatur.

Verum duobus superioribus locis, quae relata sunt ex cap. 2. & 6. diligenter expensis iuxta intellectum illum, quo à nobis exposita fuere; vt ex formula quadam locutionis consuetæ in sacris litteris, cum quid dicitur alicui

Greg. Pap.

Beda.

Theodorit. Doctrina Christi suauitas quantis

b. 2. Cor. 12. 4.

Tres Patr. Sermones boni quomodo suscipi sent.

a. Cat. 2. 16 b. Cat. 6. 2.

f. 2. Cor. 12. 4.

Cassiodor. Praedicatione Ecclesiae quomodo similis vino optimo.

Greg. Pap. Anselmus.

Sacr. script. sicut vinum. Iustus. Aponius. Pet. Apost. est guttur Ecclesiae. Oratio Ecclesiae Deo sicut vinum optimum. Beda. In Eucharistia est Christus sicut guttur Ecclesiae sicut vinum. Philo.

9 Eucharistia sacramentum salutaris est solus reus corde. 2. 1. Cor. 11. 28.

Cassiodor. Vinum praedicatione euangelica, labia, & dentes sancti Praedicatores Iustus. Beda. Rup. Abb.

alicui in dativo abque alio verbo, significetur, ita id illi esse, vt non sit ei alterum: cum hoc loco eadem locutionis formula dictum reperiamus: ego dilecto meo, dicendum idem esse, ac si diceretur: ego sola sum dilecto meo.

Conuersionis voce quid hic significet.

Quod idem est, atque illud, quod subiectum est: Et ad me conuersio eius: Quæ certe verba explicatiua sunt præcedentium, & magna cum epithasi: nam tametsi significet, dilectum ita erga sponfam suam esse affectum: vt eam solam habeat pro dilecta, eamque solam diligat, miro tamen modo hanc eius exprimunt conuersionem: Siquidem conuersionis vocabulum nedum simplicem significat conuersionem, sed insitum appetitum, & inclinationem ei propemodum similem, quam inanimata ad suum habent locum, & centrum, inclinationem naturalem idcirco dictam, quod naturali pondere ad illa inclinentur, & currant:

Quinimo per idem conuersionis vocabulum, præter hæc significatur & quædam subiectio: Quæ omnia patent ex vi Hebraicæ vocis תשובה thesciukah, quæ si deducatur à verbo פשו sciakak discurrere, & excurrere, proprie excursionem significat, & inclinationem: Si vero deducatur ab alio verbo פוש sciuk, concupiscere, appetere, & desiderare, proprie desiderium, & appetitum significat, prout hoc loco communiter verti solet. Porro qualis iste sit dilecti appetitus ad sponfam, haud melius exprimi potest, quam ex altero loco Genesis, vbi eadem voce, eadẽ phrasi à Deo dicitur mulieri, postquã in peccatũ decidit: תשובה תהי לך

Gen. 3. 16

vel תשובה תהי לך veel isciéh thesciukah, id est: c Et ad virũ tuũ appetitus tuus, Sept. Et ad virum tuũ conuersio tua: vel Secundum Rab. Abraham: Et ad virum tuum obedientia tua: prout & bene à nostro Interprete versum est: Et sub viri potestate eris: ita nimirum illum appetens, ad eumque inclinans, vt illi subiecta, & ei parere coacta. Quod apertius in vtroque textu exprimitur in verbis immediate subsequenibus: Et ipse dominabitur tui: prout & in alio loco item Genesis, vbi idemmet Deus explicans Cain ingentem peccati vim, & libertatem arbitrij, eadem phrasi inquit: d Sub te, seu (vt est in Hebræo) & ad te erit appetitus illius: subiicitque illico: Et tu dominaberis illius. Itaque cum sponsa dicit: Et ad me conuersio, seu, desiderium eius: significat, dilectum suum ita ipsam habere, & diligere solam, vt ipsi quodammodo subiectus, totus in eam voluntate, desiderio, actuque conuertatur.

Gen. 4. 7

Quorsum vero hæc? Supponendum, ex improviso in scena comparuisse dilectum, dum in agro, atque in itinere, quo sponsa ad illum properabat, supradicta inter sponfam ipsam atque puellas haberentur colloquia.

Primus sensus.

Viso autem dilecto, obuam sibi procedente adeo inopinate, sponfam, nulla iam habita ratione encomiorum, quæ à lociabus in se collata acceperat, hæc ad puellas habuisse, hisue earum interrupuisse sermonem: Ego dilecto meo & ad me conuersio eius: quomodo & alias ab eadem factum vidimus supra in principio ca. sexti, vbi vt primum aduentantem aspexit dilectum omissa narratione, & quam ad focias habebat, in ea prorupit verba: e Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui pascitur inter lilia. Porro, quod hic dicit tale mihi esse videtur.

Cant. 6. 2

Paraphras. sis.

Eia socia, illum dilectum meum: sat mihi exploratum est, quod ab illo sim dilecta: sat noui reque ipsa iugiter probo, quod ipse ita me solam habet dilectam, vt totus eius appetitus ad me sit: illum ipsum ad me conuersum, ac si mihi esset subiectus, vt ad propriam magnetem.

Secundus sensus.

Hic mihi videtur huius sententiæ sensus. Quod si cui magis libeat communi expositõrũ consensu, hæc dicta sumere vt mutuum explicantiã amorem inter sponfam, atque dilectum, quod certe improbare non audeo, ne torrentis opprimar impetu: Tunc hac ratione connecti hæc poterunt cum superioribus, illud ipsum supponentes, quod necessario, vt postulant, quæ sequuntur, supponi debet, sponsam

colloquentibus in agro ex improviso adstitisse. Vt sponsa in his respondeat ad ea, quæ immediate præcesserunt, taliaque respondeat, quæ aduenienti gratissima essent dilecto suo. Cum enim à puella illa, quæ decreuisset se dixerat ipsum amplectari, & osculari, postrema ea accepisset verba: f Guttur tuum sicut vinum optimum, dignum dilecto meo ad potandum, &c. Quibus & id quoque intelligi potuisset, ipsius guttur talem esse, qui dignus esset dilecto illius, vt pote similem vino optimo, digno eodem dilecto, modicis hisce verbis, Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius, duo facit. Primo, id omnino respuit, quod à puella illa dicebatur: Dignum dilecto meo: asserens, guttur sui haud reputandum dignum alteri dilecto, quandoquidem ipsa tota esset dilecti sui peculiaris, cui soli se totam dederat. Secundo vero, puellarum more haud ferens, quod illa gloriari videbatur de dilecto suo, eundemque tacite dilecto præferre sui ipsius, quod ipsam dimississet solam vagari per agros: vnde conseqeatur nescio quid aduersus illum: arrepta occasione ex improviso, subitoque illius aduentu, ait: Et ad me conuersio eius: Ac si dicat.

Cant. 7. 9

Haud operæpretium est, vt exinde laudibus me efferas, quod tantum è me perceptura sis gustus, quod dignum tuo sit dilecto: Ego enim haud alio dilecto dignã me esse ambio; cum tota sim solius dilecti mei, cui me ita dilectam noui; vt vere fateri queam, nulum ei reperiri posse in diligendo similem: Totum namque desiderium ipsius, totaque voluntas, atque propensio ad me est, ita vt quasi subditus me sequatur; quod re ipsa nunc cõprobat, illum enim ipsum ad me conuersum, cum & ego animo ad eum conuersa, ad illum me conferrem, vt nostris.

Paraphras. sis.

Verf. X. cap. VII. Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius.

D

EXPOSITIO II.

De prima sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

Quod vnã, solamque Ecclesiam Catholicam Christus habeat dilectam, ita vt vere nunc ab ipsa dicatur: Ego dilecto meo, haud melius probari potest, quam per id, quod à Christo ipso in huiusce rei confirmationem dictum vidimus in capit. 6. vbi dixit: a Vna est columba mea, perfecta mea, vna est matri suæ, electa genitrici suæ. Quomodo vero propter istam Christi dilectionem dici ab eadem verissime potuerit: Et ad me conuersio eius: eo sensu, qui explicatus est in prima expositione, explicatur ab Apostolo Paulo modicis hisce verbis: b Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea. Certe haud à quopiam ad hoc impulsus fuit, nisi quia desiderium, conuersionemque suam ad illam habebat: per hanc vero conuersionem ita pro ea tradidit semetipsum; vt eius quoque se subiecerit potestati. Id quod vel in vna apparet potestate, quam ei concessit, consecrandi corporis, & sanguinis sui: Ita namque ingenti hac amoris vi ad hanc suam solã conuertitur dilectam; vt ad prolationem verborum consecrationis sacerdotum ei præfens accurrat: adeo, vt & nunc pariter id proferri queat, quod dicitur in lib. Iosue: c Obediente Deo voci hominis, nedum stetit Solem, sed & ad stare ipsummet Deum.

Primus sensus.

Ecclesia Catholica sola est Christi dilecta.

1. Cant. 6. 8

b Eph. 5. 29

Ad Ecclesiam Catholicam quomodo conuersio fuerit Christi

In Eucharistia consecratione amor Christum

subiicit potestati Ecclesie

c Ios. 10. 14

Ver.

Vers. X. cap. VII. Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius.

EXPOSITIO III.

De secunda Sponsa, quæ est Anima Iusti.

Primus sensus. Matrimonij spiritualis, atque carnalis infigne discrimen. d Gen. 3. 16. Mulierem puniam per conuersionem ad virum obmodicam eiusdem viri charitatem. c Gen. 3. 16 In matrimonio spirituali Dei conuersio est ad animam sponsam, & cur. f Isa. 53. 6. & 12.

Infigne ex hoc loco colligere fas est discrimen connubij spiritualis animæ cum Deo, & connubij carnalis inter virum, & vxorem. Ehimuero in connubio carnali mulieris conuersio est ad virum, sub cuius potestate est, vt experientia comprobamus, & habemus aperte expressum in tertio capite libr. Gen. dvt explicatum est in prima expositione. At in connubio spirituali è contrario rem se habere, ipsamet, quæ id probauit, pia asserit anima, dum hic ait: Ego dilecto meo, & ad me conuersio, seu appetitus, & desiderium, atque propensio eius. Rationem huius discriminis hanc esse, censeo; quod in primo carnis connubio à viro culpa reiecta est in coniugem: sic enim legimus in loco citato libri Genesius; e Dixit Adam: Mulier, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi. Ideoque cum in peccati pœnam hæc à Deo constituenda esset conuersio appetitus, atque subiectio, in mulierem decerni illa debere, in qua maior reperiebatur culpa: Ideoque eodem loco dicitur: f Mulieri quoque dixit Deus. Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Itaque, si re exacte perpendamus, in connubio carnis id haud aliunde prouenit, quam ab exigua charitate Adæ erga coniugem suam, quippe qui se ipsum magis, quam suam dilexit vxorem: exinde enim hanc ei intulit pœnam. In connubio vero spirituali; quia Deus culpam peccatorum in semetipso suscipit, iuxta illud Isaia: Posuit Deus in eo, scilicet filio suo, iniquitates omnium nostrum, & ipse peccata multorum tulit: pœnam, quæ propter peccatum animæ debebatur, in se pariter suscepit, iuxta illud item Isaia: g Vere languores nostros ipse, scilicet Christus Dei filius, tulit, & dolores nostros ipse portauit. Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Simulque in hoc patefecit, quo ipsum ad duxerit desiderium, quod habet; ad animam quippe, qui à nimia charitate erga illam eo impulsus quodammodo fuit, vt proprio filio non pepercerit, sed pro singulis animarum tradiderit illum; quin & singulis quasi in seruum tradidit, donauitque eundem, prout colligitur ex ijs Pauli verbis: h Qui etiam proprio filio non pepercerit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? donasse autem vt seruum, ipsemet significauit, cum dixit: i Ego sum in medio vestri sicut qui ministrat. Et: k Non veni ministrari, sed ministrare. In eo vero charitatem illam maximam, suamque hanc in animas conuersionem commendauit, vt ait Apostolus, l quoniam hæc omnia fecit, cum adhuc peccatores essemus.

Isa. 53. 6. h Ro. 8. 12. i Luc. 22. 27. k Mat. 20. l Rom. 5. 8

m Cant. 6. 8. Deum impulit amor vt subiectus quodammodo fieret animæ suæ sponsæ. n Isa. 30. 16.

4 Quod si tanta Dei exitit conuersio, & propensio ad animam, cum adhuc peccatis denigrata esset; qualem illam esse credimus in eandem, iam periustificationem sibi desponsatam, adeoque pulchram in gratia reddita, vt perfecta ab ipsomet pronuntiata sit? m Sane non dedignabitur id ab illa sibi tribui, quod ipse aliàs ad pœnam tribuit fornicæ: Et ad me conuersio eius. Quin & illud, quod per eadem verba significatū vidimus; sub mei potestate es: quandoquidem id ei per Isaïam Prophetam libere significari voluit ijs verbis: n Ad vocem clamoris tui statim vt audierat, respondebit tibi. Ac si minister eius esset illius obseruans mandata. Significauit & Dominus Iesus hanc Parris subiectio-nem ex nimio amore sibi assumptam, cum in Euangelio Ioannis ea habet verba: o In illo die in nomine meo petetis: & non dico vobis, quia ego rogabo Patrem de vobis: ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis. & credidistis, quia à Deo exiui. id est, ex quo in fide, & charitate desponsæ mihi estis, haud operæpretium est, vt ego pro vobis rogem Patrem: ipse enim Pater amat vos, eoque ab

o Ioan. 16. 16.

hoc deductus est amore, vt vestris obsecundaturus sit petitionibus: Ideoque crediderim, Apostolū Paulum ea locutionis formula aliquando vsum esse: b Nihil solliciti sitis; id est haud operæpretiū est, vt quæ Deo desponsæ estis, iam amplius angamini sollicitudine rei cuiuspiam: sed cōparati, in omni, i. re, oratione, & obsecratione cum gratiarum actione petitiones vestrae innotescat apud Deum; id est, satis est, vt in qualibet re vestra aperiat os: Habetis enim Deum ad vos conuersum, vt quasi famulus vestras obseruet petitiones. Date vos operā, vt illæ ei innotescant: & tuto coniungite gratiarum actionem cum ipsamet oratione, & obsecratione vestra, pro certo habentes, Deum, statim ac petitiones vestrae illi innotuerint, executioni eas mandaturum; prout ipsemet contestatus est in Euangelio dicens: c Quicquid orantes petitis, credite quia accipietis, & fiet vobis. Neque vero orādi verbum, & vocabula orationis, & obsecrationis hisce repugnant, quæ hucusque dicta sunt, vt videlicet haud dici queat, amorem Dei in animam sponsam suam eo illū deducere, vt quasi minister ad ipsam conuersus, stet paratus simplici eius petitioni, & simplici eiusdem dicto obedire: nam in Euangelio secundum Marcum aperte, & id cōtestatum voluit Christus Iesus, vbi dixit: d Habete fidem Dei: id est, o anima, esto tu Dei sponsa desponsata illi in fide: Amen dico vobis, quia quicumque dixerit huic monti: Tolle te, & mitte te in mare, & non basitauerit in corde suo, sed crediderit, quia quodcumque dixerit, fiat (en imperium sponsæ) fiat ei: A quo fiet, nisi à Deo, cuius ea est conuersio ad ipsam, vt illico obediat voci illius, sicut dici voluit in libro Iosue, e se obedisse voci ipsius Iosue, cum is imperauit Soli, vt staret, & ille ad eius imperium stetit.

Noster Interpres vertens: Et ad me conuersio eius, potius quam; Et ad me desiderium eius, seu, & sub mea potestate is est, prout eundē vertisse vidimus in 3. c. lib. Ge. f ad illud eiusdem Domini respexisse videtur, quod in cap. 1. Zachariae dixit: g Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Vt intelligeremus, charitatem quidem Dei in animas singulas eam esse, vt propterea desiderium illius sit ad singulas earum, desiderans, ipsas vniuersas saluas fieri: Conuersionem tamen suam ad illas duntaxat habere dici posse, quæ ad ipsum conuersæ essent, de quarum sane numero hæc est, quæ hic loquitur. Et ratio huius rei est, quia re vera Deus, sicut desiderium habet ad omnes animas, ita & ad vniuersas earum est semper conuersus, cum ipsemet dicat: h Ego Dominus & non mutor. Sola tamen, quæ eius Sponsa est, hoc vere proferre potest: Et ad me conuersio eius: quia & ipsa sola ad illum est vere conuersa. Exemplo quodam probari, & explicari id potest. Reperiuntur imagines quædam eo artificio à peritis pictoribus depictæ, vt quacumque ex parte inspiciantur, semper videantur oculos ad intuentes habere conuersos Huiuscemodi sane imagines ex parte sua semper ad quoscumque conuersæ sunt, qui in illo reperiuntur cubiculo, vbi ipsæ fuerint: quod si quis minime percipiat, ab illis se respici, id haud ab eis, sed ab ipso prouenit potius, qui suam auertit faciem; ideoque vt primum is ad illas sese conuerterit, eas pariter ad se animaduertet conuersas. Quid simile & in re nostra fieri censendum est. Bene autem, quasi ad ipsam solam ista Dei esset conuersio, pia anima ait: Ego dilecto meo sola dilecta sum: & ad me (scilicet scilicet) conuersio eius. Sicut enim ingens aquarum riuus subtus terram per cuniculos currens, cum in medio, cur suis apponuntur fistulæ, ita ad illas conuertitur, vt quotquot appositæ sint, ad aquam conuersæ impleantur, æque ac si totus ad ipsas singulas ille esset conuersus, quippe qui cum tanta redundet aquarum copia, ita omnes, & singulas implet, ac si vnam duntaxat impletet. In eundem modum Deus quoque, cuius vt fluminis impetus lætificat ciuitatem patriæ caelestis, atque etiam Ecclesiæ, quando animæ lese ei aperiant ad ipsum conuersæ, ita ad singulas earum conuertitur, impletque illas, ac si ad vnam tantum conuerteretur.

Dei desiderium est ad omnes, eiusdem vero conuersio dicitur ad iustos, & cur. f Gen. 3. 16. g Zach. 1. 3. h Malach. 3. 6. Dei conuersio quomodo periri dicitur ad animas. Simile.

Secundus
scilicet

Haud minus autem vere, & recte dici poterunt ab A
anima eadem in responfionem ad id, quod significa-
tum sibi acceperat, ipsam dignam esse, quæ alij dile-
cto, præterquam vni Deo dilecto suo, gustum exhibeat,
iuxta sensum secundo loco allatum in prima expo-
sitione, dicens: *Ego dilecto meo*, soli nimirum digna
sum: eo modo, quo & Apostolus Paulus: provt alias
me notasse memini, de sanctis, qui in fide à Deo pro-
bati fuere, dixit: *i Quorum dignus non erat mundus*: Sat-
namque persuasum habet Dei sponsa, respectu capa-
citatæ suæ, quæ Deo duntaxat immenso digna est,
quicquid est in mundo extra ipsum Deum, iure dic-
tum k vanitatem vanitatum. Ad retundendum vero
id, quod à quopiam dici potest mundano, habere se
quoque dilectum, cum à Principe aliquo, vel ab alio
quopiam diligi videatur, provt ea significarat, quæ
dixerat: *l Dignum dilecto meo ad potandum*: verissime &
id addere debuit; *Et ad me conuersio eius*: id est, & Deus
cui me soli dignam censui, ad me solam (eo sensu, quæ
iam explicauit) vt ad se dignam, desiderio propensius
est; atq; adeo *ad me est & conuersio ipsius*. Id quod aper-
tius explicatum reperitur in lib. Sapientie, vbi de in-
creata sapientia, atque adeo de ipsomet Deo dicitur:
m *Quoniam dignos se, ipsa circueit quærens, & in vijs ostendit
se illis hilariter, & omni providentia occurret illis.*

Anima S.
digna soli
Deo.

i Heb. 11.
38.

k Ecd. 1. 1.
Anima S.
dignum se
censet Deus,
& quomodo
ad illam solā
sit Dei con-
uersio.
l Cant. 7. 9.

m Sap. 6. 17

*Vers. X. cap. VII. Ego dilecto meo, &
ad me conuersio eius.*

Appendix Expositionum, Ex antiquis Patribus collecta.

Paraphrasis Chaldaica. Dixit Ierusalem: In omni
tempore, quo ego ambulabo in via dominatoris
sæculi, habitare facit maiestatem suam in medio mei,
& ad me est desiderium eius, & in tempore, quo ego
declino à vijs eius, aufert maiestatem suam à me, &
transfert me inter populos, & ipsi dominantur in
me, sicut vir, qui dominatur uxori suæ.

B Tributa hæc reperiuntur à Patribus vel Synagogæ,
vel Ecclesiæ, vel piæ cuique animæ. Si Synagogæ tri-
buantur, ad Incarnationis mysterium referuntur
à Cassiodoro, Iusto Orgelitano, Aponio, & Beda, quod
ita explicat Cassiodorus, vt quia in præcedentibus,
Dixi, *Ascendam in palmam*: promiserat Verbum, se in
carnem venturum, & pro humano genere passurum,
ipsa iam gratulanda dixerit: Scio, illum spiritali
præfetiā mihi semper adesse, & ideo ego ei *dilecto meo*
omni deuotione famulari cupio: sed tandem *ad me*
conuersio eius: quia opto, vt tandem sicut promisit, in
mea substantia mihi appareat.

C Ecclesiæ vero ita hæc tribuit Theodoritus: Ego fra-
terno meo me ipsam consecraui, & alienam tum Gē-
tilium, tum Iudæorum, tum hæreticorum consuetu-
dinem contempsi: nam ipse fuit quoque me ceteris ante-
tulit, & ad me sese conuertit. Cum enim prius vbi re-
clinaret caput, non haberet, iam reperit, vbi illud re-
clinet: cumque multas habeat concubinas, & Regi-
nas, & adolescentulas, me omnibus anteponebat. Neque
vero patiar, vt ego sola sacra illius fruatur consuetudi-
ne, ideo dico, *Veni, &c.*

Eodem fere sensu, & Tres Patres apud eundem
Theodoritum, piæ hæc tribuunt animæ.

Sed Ambrosius in lib. de Isaac, & Anima cap. 8.
considerat, tribus vicibus à sponsa diuersimode hæc
repetita in hoc Cântico, ad designandum triplicem a-
nimæ ipsius statum in Dei amore, ac famulatu; nimirum
tyrociniij, profectus, & perfectionis. Primo
namque in cap. 2. inquit: *Dilectus meus mihi, & ego illi,
qui pascitur inter lilia, donec aspiet dies, & amoueantur um-
bræ*: quia in prima institutione adhuc umbras videt a-
nima, necdum Verbi appropinquantis reuelatione
commotas: sic & in principio Ecclesiæ adhuc ei Eu-
angelij dies non refulgebat. Secundo, in cap. 6. *d Ego
dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui pascitur in
inter lilia*. In profectu namque sine umbrarum confu-
sione odores pios carpit. Tertio demum hoc loco ait:
Ego dilecto meo, & super me conuersio eius: quia iam perfe-
cta requiem in se Verbo ministrat, vt conuertatur su-
per eam, & caput suum reclinet, atque requiescat.

Porro conuersionis vocabulum communiori sen-
su pro dulcissima Dei visitatione apud Patres accipi-
tur, vt quod hic ab eadem anima dicitur, tale sit, vt
bene explicat Gregorius Papa: Quoniā fide, & dilec-
tione soli Christo adhareo, solum sequor, solū cum
Patre & Spiritu sancto vnum Deum videre concu-
pisco, respectationis eius suauitatem, visitationis beni-
gnitatem, & conuersationis dulcedinem gaudeater
exporior.

Ad exauditionem orationum eandem vocem re-
fert Iustus Orgelitanus, vnde hæc explicat per illud
Isaia: *e Eritque antequam clament, ego exaudiam: adhuc illis
loquentibus dicam, ecce adsum, id est, ego exaudiam, dicit
Dominus.*

Sed Philo Carpathius eam ipsam intelligit de Dei
conuersione ad animam per remunerationem: Ac si
dicatur: Ego seruiam nunc filio Dei, & ille affatim me
remunerabitur, cum secundo aduenerit iudex sessu-
rus omnium. Addit vero Philo: Sed illi primum con-
uertamur oportet, & ille ad nos omnino, sicut scrip-
tum est: *f Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos.*

7

Conuersus
ad nos Deus
in Incarna-
tione.
Cassiodor.
Iustus.
Aponius.
Beda.

Theodorus

Tres Patres.

8
Ambros.
Status tri-
plex anima
in Dei amo-
re.
c Cant. 2. 16

d Cant. 6. 2.

Greg. Papi
Conuersio
Dei ad ani-
mam est per
visitationem
spiritalem.

Iust. Orgel.
c Isa. 65. 24.

Conuersio
Dei ad ani-
mam est per
exauditionē
orationum.

f Zach. 13.

Vers.

*Vers. X. cap. VII. Ego dilecto meo, &
ad me conuersio eius.*

EXPOSITIO IIII.

De tertia Sponsa, quæ est B.V. Maria.

6
Primus
sensus.
a Luc. 1. 48.
In Mariam
Verbum de-
scendit quo-
dammodo vt
lapis in pro-
prium cen-
trum.
Paraphra-
sis.

Dvobis modis tribui hæc possunt Virgini Benedi-
ctæ. Primo, vt eodem sensu hæc proferat, quo a-
lias dixit: *a Quia respexit humilitatē ancilla sua, ecce enim
ex hoc beatam me dicent omnes generationes*: Æque enim
est, ac si dicat.

Humilis quidem, & vilis ex me eram, attamen ego
dilecto meo sola: quia me solam dilexit præ ceteris, me
solam respexit; sicve *ad me eius extitit conuersio*, vt in
vterum meum, vt i petra in proprium centrum, & vt i
fluminis impetus in proprium alueum, descenderit:
ex quo factum est, vt beatam me dicerent omnes ge-
nerationes: sicuti è contra Euam matrem ærumna-
rum omnes generationes exclamant, cui inter ærum-
nas alias ea data est potissima, vt *b conuersio ipsius esset
ad virum.*

Secundo, vt ad encomium præcedens, de inexplicabili
sui gustu respondeat, confirmans id, quod in
eo dictum fuerat, similem illum esse gustui, & foelicitati
Christi, vt tantumdem sit, ac si dicat.

Et si semper folius Christi dilecti mei fuerim, nunc
tamen ad cœlestem thronum exaltata multo magis
me, & quicquid in me est, illius esse agnosco, & fa-
teor: *Ad me conuersio eius*. Quamobrem ex eius con-
uersione vt vas crystallinum, quem in me suscipio
beatitudinis illius gustum, & speciem, hunc vobis &
refero: Ideoque non abnuo, quod asseris, mei gustum
dignum esse dilecto meo simul ac tuo: eius enim est
magis, quam meus.

b Cant. 3. 8. 6.

Paraphra-
sis.

F

Vers. XI. cap. VII. Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis.

Vers. XI. cap. VII. Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis.

EXPOSITIO I.

Iuxta sonum litteræ.

Cum sponsa fociabus ex improviso dilecti sui aduentu, quo illum à longe sibi obuiam procedere animaduertit, singularem eius explicasset charitatem erga ipsam, vt visum est in præcedenti sententia, in qua & id pariter est contestata, totam se illius esse debere solius, à quo sola ea diligeretur charitate, vt ad ipsam & tota conuersio, totum desiderium, totaque animi eius esset propensio: appropinquante iam illo ad illum, demissis socijs, occurrit: Et quia huc vsque ad Ciuitatem iter habuerat, ob id duntaxat: quia illum intra Vrbs mœnia reperturum speraret: eo inuento respuit iam Vrbs frequentiam, verensque ne à dilecto in Urbem ipsam tunc duceretur (erant enim adhuc in itinere, & prope Ciuitatem) illum præoccupans, inuitat, vt conuerso itinere, vltierius simul in agrum egrederentur, rusue tenderent, & ibi in villis commorarentur, seu (vt ex Hebræo verti potest) pernoctarent: ad vesperam enim hæc habita fuisse indicat, quod subsequitur: *Mane surgamus ad vineas, &c.* vbi & rationem affert, cur rus dilectum inuitet.

Porro tamen si locus iste nulla inuolutus sit difficultate, ita vt haud operæpretium sit, vt in eo detineamur; duo nihilominus notanda mihi videntur. Primum ex his colligi quam consoni moribus repræsententur à Spiritu sancto duo coniuges, quippe qui sicuti haud inuicem sibi in mutua cedunt dilectione, vt vel ex præcedenti patet sententia: ita nec in sedulo sibi cedunt studio rei familiaris. Ideo enim sicut in cap. 2. a dilectum repræsentatum vidimus, qui sponsam inuitaret, rus vt egrederetur: itemque & in cap. 4. illum ipsum vidimus b inuitatam eandem ad montem myrrhæ, & collem thuris: ita & in principio huius vltimi actus sponsam in scena repræsentauit descendentem in hortum nucum, vt videret *poma conuallium, &c.* & nunc eandem in itinere proponit, dilectum suum pariter inuitantem, vt rus egrediatur.

Alterum, quod notandum mihi hic videtur, est circa vim verbi egrediamur: Vtitur enim hoc loco sponsa ea loquendi formula, qua vti consueuimus, quando extra urbem existentes, & quempiam in itinere obuiam habentes, quem nobiscum ducere vellemus, in hunc modum solemus illi affari: *Egrediamur in agrum.* Licet enim in agro simus, egredi nihilominus dicimus in illum; tum quia volumus comitem illum à Ciuitate auertere, ac si is animo iam in illa esset: tum quia è trita communique semita egredi optamus, & vltierius in agrum procedere. Quamquam facilius dici forsitan posset, agri nomine hic designatū agrum quempiam eorum particularem, propriumque rus aliquod, in quo plures essent villæ: Ad hunc enim proprio verbo ait, egrediendum ex cæpto mirum itinere, atque è locis ijs, in quibus tunc reperiebantur, vt soli videlicet eo commigrarent sponsa, & sponsus. Hæc dixi, quia pro apta antecedentium, & consequentium totiusque actus huius quinti connexionis haud consentire cum communi possum sententia, quæ propter vim huius verbi egrediendi, asserit, hæc intra Ciuitatem habita fuisse.

EXPOSITIO II.

De prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

Quæ in cap. 2. blanditijs maximis, summoque artificio ad idem in mundum vniuersum & prædicandum, disseminandumque Euangelium vocata ià à Christo fuerat ijs verbis: *d Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni: Iam enim hiems transiit, &c.* quæve ibi in tutum Dei cõfugiū fuerat inuitata iteratis ijs verbis: *e Surge amica mea, speciosa mea, & veni: Columba mea in foraminibus petrae, in cauerna maceræ: vt videre est in secundis expositionibus eorum locorum, progressum nunc eidem dilecto suo exponit sanctorum Prædicatorum suorum Ecclesia sancta, propriosve, quos in illis fecit progressus in charitate illi nunc patefacit, quippe quæ haud iam amplius ad prædicandum excitari ab eo expectet, quin potius ipsa ad id illum inuitet, & admodum congruenter statim ac ea protulerat verba: *Ego dilecto meo; & ad me conuersio eius: Cum enim nosset, primæ mulieri tunc à Deo dictum: f Et ad virum tuum conuersio, seu, desiderium tuum, immediate post commemorationem conceptus, & partus filiorum, (sic enim ibi dictum vidimus: Mulieri ante me dixit Deus: Multiplicabo arummas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries filios, & ad virum tuum conuersio, seu, appetitus tuus: quod in Vulg. legitur: Et sub viri potestate eris,)* arbitrata & Christi conuersionem, atque desiderium ob id in primis esse ad ipsam, quia ex ipsa, & per ipsam filiorum prolem, conuersionemque infidelium ad fidem, & iniquorum ad iustitiã desideraret, sicuti & mulieris quoque conuersionem ob prolis pariter appetitum, & ad virum suum esse non dubitabat: Hanc prolem & se super omnia optare, eidem significat dilecto, ad illamque egregijs illum inuitans metaphoris, ait: *Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis.**

Circa quam sententiam, quæ tres habet partes, tria notanda sunt. Primum, Sanctorum Prædicatorum charitatem eo progressam, vt iam laborem prædicationis in ijs infumere fatagant, qui bestiarum more in carnis libertate effrænes, per agros huius mundi absque vlla veri Dei cognitione, & absque rectæ rationis vsu spatiantur: Talium enim bestiarum propriam sedem esse agrum, exinde deducitur, quod frequentissime in sacris litteris ab agro ipso denominantur vulgata illa appellatione bestiarum agri.

Notandum secundo, prudentissime Ecclesiam, & necessario inuitare Christum dilectum suum, vt egresuræ in prædicatoribus hisce suis ad talem agrum, comitem is se exhibeat dicens: *Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, quoniam recolit, per prophetam quemdam dictum: a Nolite exire ad agros, & in via ne ambulatis, quoniam gladius inimici pauor in circuitu.* Animaduertit, & vndique à Principe huius mundi commouedas aduersum se turbas: præintelligit, quæ à Tyrannis sibi imminuent tormenta, vulnera, & persecutiones: fatilique habet exploratum, sine Christo Duce, sine Christo comite facile se deijci posse, cū è vestigio, si is adfit comes, nullus timendus sit, non castra, non prælium, non gladius, non denique pauor vllus, iuxta illud Psalmi: *b Si ambulauero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.*

Quinimo spem certam cum huiusmodi comitatu habet futuræ prolis in agro ipso, iuxta id, quod ab ipso Domino prænuntiatur apud Isaiam: *c Glorificabit me bestia agri, dracones, & struthiones: quia dedi in deserto aquas, flumina in inuio, vt darem potum populo meo, et cetero meo. Populum istum formauit mihi, laudem meam narrabit.*

Notandum tertio per id, quod adijcitur in tertia parte: *Commoremur in villis:* aliud designari eorundem prædicatorum

2
Prædicato-
rū sancto-
rum progressus in
charitate
qualis.
d Cant. 2. 10
e Cant. 2. 13

f Gen. 3. 16.
iuxta Sept.
i ecclesia quæ
audienter desi-
deret filio-
rum prolem
in Euangelio
genitam.

a Cant. 2. 10

b Cant. 4. 6

c Cant. 6. 10

Egredi in
agrum, quid
significet.

a Iere. 6. 25
Prædicato-
ribus neces-
se, vt Chris-
tus adfit
comes.

b Psal. 22. 4

c Isa. 43. 20

Prædicato-
res Sancti li-
benter in
villis prædi-
cant idiotis,
& pauperi-
bus.

d Marc. I.
38.

Ambros.

Paraphra-
sis.

catorum studium, in quo non minus exhibetur cha-
ritatis specimē: Enimuero villarum appellatione hoc
loco significantur opida, & suburbana, mœnibus de-
stituta, quorum incolæ rustici esse solent, pauperes,
simplices, viles, atque ignari. Et certe, si quod est cha-
ritatis opus, istud est, cum insignes Prædicatores pau-
perum, simplicium, & ignorantium eruditioni insu-
dare non erubescit: Insudare, inquam: quoniam sim-
plices, atque ignorantes, sicuti sunt incolæ villarum
absque mœnibus, ideoque omnium insultui exposi-
tarum, ita absque scientiæ, veritatisque, & recti cog-
nitione, quibus veluti præfortibus muris munitæ
sunt animæ sapientum, facillime, & infidelium athe-
ismo, & hæreticorum deceptioni, & impiorum quo-
que fidelium aditum præbent erroribus. Vnde & Red-
emptor noster dicebat Apollolis. *d Eamus in proximos
vicos, & Ciuitates, vt & ibi prædicem. ad hoc enim veni.*
Quo loco notandum, in hac Christi prædicatione vi-
cos, qui idem sunt atque villæ, præpositos Ciuitati-
bus ob rationem præallatam. Indicatur hæc ipsa ratio
clarius per id, quod habetur in textu Hebraico, ver-
bū נָחַל נָחַל nalinah, & pernoctabimus: per illud enim
significat Christi sponsa, prædicatorum pauperum
indulgere se velle conuersioni: quoniam ij in obscu-
rissima sunt ignorantia nocte. Sed per verbum, *commo-
remur*, quo vsus est noster Interpres vna cum Sept.
seu, *requiescamus*, vt legit Ambrosius lib. de Isaac, &
Anima cap. 8. alteram habemus rationem infudatio-
nis, fundatam in eadem, quæ primo allata iā est, quod
per tantum temporis ei indulgendum est studio quā-
tum ruditas prædictorum pauperum exposcit. Neque
enim Sancti Prædicatores pauperum percussunt
villas, sed diutius in earum se detinent eruditione.
Quod ergo hic ait Ecclesia, breuiter tale est.

Sancti, qui in me sunt Prædicatores, studio se de-
dere volunt conuersionis infidelium, & eorum, qui
moribus, & vita bestiaæ agri dicēdi potius sunt, quam
homines, sine te nil efficere possunt. *Veni, amabo,
egrediamur simul in agrum*, mundi huius ad has istius
agri bestias: Quia vero iisdem & summo illi indulgere
volunt operi charitatis, vt pauperes, rusticos, & igno-
rantes erudiant, quod facile, te comite, perficere po-
terunt, *commoremur in villis*.

*Vers. XI. cap. VII. Veni dilecte mi,
egrediamur in agrum, commore-
mur in villis.*

EXPOSITIO III.

De secunda Sponsa, quæ est Anima Iusti.

3
In contem-
platione ani-
mæ totam se
Deo dat.
Simile.
Contempla-
tionis stu-
dium quam
recte dicatur
ager.

Gen. 2.4.63.

Meditatio-
nes nomina-
te villæ, &
cur.

FACTO iam id probare satagit pia anima, quod in
præcedenti sententia dixit, totam se Dei esse dile-
cti sui, illive totam se exhibere nitens in studio con-
templationis, *Veni* (inquit) *in agrum, commoremur in
villis*. Congruentissime autem cōtemplationis studiū
agri exprimit vocabulo, quia & illud in solitudine,
longeque ab hominum conuersatione exerceri solet,
& nouimus agrum eas dici terras, quæ sunt in solitu-
dine, longeque à conuentibus humanis. Ac, sicut a-
ger, si excolatur, ingentem profert fructuum vber-
tatem, quibus nutrimur in corpore, ita & contem-
platio, si recte exerceatur, tantam profert virtutum co-
piam, vt per eas in vita alamur spiritali. Vnde bene
& in lib. Genes. dicitur de Sancto Isaac: *Et egressus fue-
rat ad meditandum in agro, inclinata iam die*. Nec minus
congrue particulares meditationes villarum nomine
designat, quandoquidem sicut villas ea appellare so-
lemus prædia, in quibus præclaræ in agro sunt habi-
tationes, ad id potissimum extructæ, vt in illas tunc
se conferant homines, cum à mundanis negotijs res-
pirare voluerint, cum ex infirmitate aliqua conuales-

A cere, aut quoquo pacto se recreare desiderant, & cū
fructus ex agro colligere, atque seruare curauerint:
Ita & meditationes pariter præclaræ sunt ædificia ab
anima ipsa in agro contemplationis sibi extructa, in
quibus illa fugiens præsentis sæculi negotia, quiete
commoretur, in quibus & commorans, ex qualibet
peccati ægritudine conualeseat, summisque fruatur
delitiis, ac demum eximios virtutum colligat, seruet-
que fructus.

Bene quoque pia anima cum Deo dilecto suo egre-
dit, inquit, velle in agrum contemplationis, & com-
morari in villis meditationum, cum voluptatem nul-
lam percipiat ex hominum conuersatione. Quinimo
quamuis terrenarum rerum copia exuberet in sæcu-
lo, quamuis prospere sibi cuncta contingant; minime
tamen ex commodis hisce quippiam percipiat volu-
ptatis, nec vnumquam vere se arbitratur lætam, nisi cum
sibi egredi liceat in hunc contemplationis agrū. Qua
in re videtur se habere instar auis illius, quæ tametsi
in cauea omnibus abūdet rebus, tum quæ ad victum
sunt ei necessaria, tum quæ voluptati illi esse possent;
lætam tamen numquam se reputat, quoad vsque per-
missum sibi fuerit, è cauea ipsa in agrum egredi, libe-
re volare, & commorari in foraminibus.

C Iure autem cum Deo egredi vult, quem vnum ha-
bet dilectum: quia nec homines ardentem quempiam
amantes, villarum quidpiam percipiunt gustus, ni
amicum illum comitem habeant, ideoque ipsum inui-
tant. Et experientia comprobamus, etiam summos
Reges, ac Principes, ad quos difficillimum aditus esse
solet, cum in palatio, Regioque in throno resident, in
villis commorantes etiam cum infimis rusticis liben-
tissime conuersari: Et hoc illud est, quod anima inten-
dit, cum illum in dictum inuitat agrum, & villas: vt
familiariter cum eo agat, vti cum vnico dilecto. Neq;
vero ad modicum temporis huic indulgere vult stu-
dio contemplationis, & familiariter agere cum Deo,
sed delectatione maxima diutius in eo optat persiste-
re: id namque ijs indicat verbis: *Commoremur, seu, per-
noctemus, aut, requiescamus in villis*.

*Vers. XI. cap. VII. Veni dilecte mi,
egrediamur in agrum, commore-
mur in villis.*

EXPOSITIO IIII.

De tertia Sponsa, quæ est Beata Virgo Maria.

E XCitat per hæc Virgo Gloriosa dilectum suum, vt
tametsi in cælis fructum laborum suorum sum-
ma manducet felicitate, per specialia tamen auxilia
simul in agrum egrediantur Ecclesie huius inferioris,
cui benedixit Deus, iucundeque in illa commoren-
tur, æque ac iucunde Reges, atque Regina in rusticis
commorantur villis, qui opulentissimas in vrbe ha-
bent ædes, regiamque supellestem, & hortos, ac
nemora omni voluptatum copia exuberantia. Non
dicit autem: *Commoremur in villa*, sed, *in villis*: singulas
quasque illi proponens Ecclesias particulares, quin &
singulas pariter pias animas, quandoquidem in sin-
gulis earum aliquid reperturi sint, quod ipsis delicias
asserat, ita vt & nunc pariter id vere proferant: *Et ap. Ro. 8. 31.
delicia nostræ esse cum filiis hominum*. Explicat autem in
subsequentibus, quas in istiusmodi villis reperturi
sint delicias.

Anima pia
nil in hoc
mundo desi-
derat, nisi ef-
se cum Deo
in contem-
plationis stu-
dio.

Simile.

Simile.

4
Maria Chri-
stum in Ec-
clesiam, &
in pias ani-
mas inuitat.

Vers.

Verf. XI. cap. VII. Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis.

Appendix Expositionum, Ex antiquis Patribus collecta.

5 **P**araphrasis Chaldaica. Quando peccauerunt populus domus Israel, transfugare eos fecit Dominus in terram Seir Regionis Idumæ. Dixit coetus Israel: obsecro te, Dominator totius sæculi, suscipe orationem meam, qua ego oro coram te in Urbibus transfugationis meæ, & prouinciis populorum.

Vniuersæ veterum Patrum sententiæ in explicando hoc, & sequenti versu ad tres possunt reduci. Excitatur enim Deus vel ad Incarnationem, vel ad conuersionem populorum, vel inuitatur idem in ipsam fidelium Ecclesiam.

Ambrosius. Ad Incarnationem excitatur Deus à Patribus.

Inuitatur Verbum, vt incarnetur: Vnde Ambrosius sermon. 19. in Psalm. 118. vers. 4. Aduertis, ait, quem admodum sponsa Verbum inuiter Dei, vt veniat in terras, & tollat peccata mundi? Ager hic erat ante desertus, sentibus nostrorum squalidus peccatorum, horridus spinis: Castellum erat (legit enim: *Commoremur in castellis*) in quo relegatus Adam perpetuo suæ posteritatis hæredes stringebat exilio. Illo ergo ducit Ecclesia Christum, vt Adam liberet: deinde exilibus absolutis, coepit istius mundi ager idoneos habere cultores, & qui erat ante ieiunus, factus est vitis æterna plantatione fecundus. Nec tamen sic spiritualibus læta palmitibus euagatur, sed ad has vineas vocat Christum, vbi psallentes sicut, & errantes: vbi nocentibus, ac diebus fructus innocuus perseveret. Hisce consentientia habet & Cassiodorus, ac Beda, sed & Gregorius Papa, clarius breuiusque ita hæc explicans: In agrum cum sponsa sponsus egreditur, quando Verbum Dei, carne suscepta in thalamo Virginis mundo monstratur. In villis commoratur, quando gentes per fidem visitat, quam recipientibus largitur.

Cassiodorus. Beda. Gregorius Papa.

Conuersioni infidelium indulgere facit Ecclesia. Cassiodorus. Sponius. Beda. Anselmus.

Inuitatur secundo idem in Ecclesiæ agrum ad conuersionem populorum iuxta sententiam Cassiodori, Aponij, Bedæ, Anselmi, & aliorum. Præ ceteris autem id clarius explicat Cassiodorus: Æque est, inquit, ac si Ecclesia dicat: Iam mysterio Ascensionis assumptum hominem ad cælos subleuasti: sed *veni*, diuinæ maiestatis presentia me sæpius visitando, *egrediamur in agrum* mundi huius. Prædicemus tuæ Incarnationis fidem mundo: *In villis*, ac pagis *commoremur*, ipsis quoque paganis fidem tuam annuntiantes.

Deus in Ecclesiam inuitatur. Theodor.

Sed communiore sensu inuitatur idem Verbum in fidelium Ecclesiam, agrum eum fertilem ad progressum eorumdem fidelium: Vnde Theodoritus, sponsum (inquit) vt animarum vilium adhuc, & abiectarum, quas metaphoricè agrum, & villas nominat, curam gerat, sponsa cohortatur. Neque enim dicit: *Egrediamur in Ciuitatem*, sed, *Egrediamur in agrum, commoremur in villis*. Similique modo Tres Patres piæ animam ita loquentem inducunt: Age dilecte mi, exeamus ad choram discipularum mearum, quem, vt agrum à tribulo & spinis, à vitæ sollicitudinibus, & prauis cogitationibus eum suffocantibus purgavi. *Egrediamur* ostendentes illi spiritualem coniunctionem nostram in virtutum moribus per actionem expressis. *Commoremur* in animabus, quæ nomini tuo, vt villæ incolæ suos, cunctas potentias, sensusque dedicant. Has tu domiciliū tibi in Spiritu sancto constitues; ego vero illis me ipsam, quo tibi placeant, exemplum præstabo.

Tres Patres.

Ambrosius.

At excellentius Ambrosius in libro de Isaac cap. 8. ait: Supra ad horum inuitabat, hic ad agrum habentem non solum florum gratiam, sed etiam triticum, & hordeum, hoc est, solidarum frumenta virtutum, vt fructus eius aspiciat.

Qua ratione autem exire eum in agrum vellet, intellectus manifestus est, vt quasi bonus pastor pascat

gregem suum, lassos alleuet, reuocet errantes. Ergo quasi perfecta anima non pro se, sed pro alijs interuenit, vt de sinu patris exeat, vt procedat foras tamquam sponsus de thalamo suo, egrediens currat viam, vt infirmos lucretur. In lib. autem 3. de Virginit. hunc locum afferens, & perpendens, Audite (ait) quid dicat sacrosancta Ecclesia: *Veni frater meus, exeamus in agrum, requiescamus in castellis*.

Multos ager fructus habet, sed ille melior est, qui & fructibus redudat, & floribus. Est ergo Ecclesiæ ager diuersis fecundus copijs. Hic cernas germina virginitatis flore vernantia, illic tamquam in campis siluæ viduitatem grauitate pollentem, alibi tamquam vberi fruge coniugij Ecclesiæ segetem, replentem mundi horrea, ac veluti maritata vineæ foetibus, torcularia Domini Iesu redundantia, in quibus fidelis coniugij fructus exuberat.

Ecclesia qualis ager ius.

Idem tamen Ambrosius in orat. de ob. Valent. pulpchre hæc aptat inuitationi animæ decedentis ad gloriam: ac si dicatur. Venisti eo, vbi diuersarum virtutum fructus pro singulorum meritis deferuntur, vbi abundant meritorum præmia. *Exeamus ergo in agrum*, in quo non vacuus labor, sed fecundus prouentus est gratiarum. Quod in terris seminasti, hic metes: quod ibi sparsisti, hic collige. Aut certe veni in illum agrum, qui est odor Iacob; hoc est, veni in gremium Iacob, vt sicut Lazarus pauper in Abraham sinu, ita etiã tu in Iacob Patriarchæ tranquillitate quiescas. Sinus enim Patriarcharum, recessus quidam est quietis æternæ. *Requiescamus in castellis*, vbi requies est tutior, quæ septo cœlestis refugij munita, atque vallata non exagatur sæcularium incursum belliarum.

Ambrosius. Moriens in sinus inuitatur ad gloriam cœlestis patriæ.

Denique Hugo de S. Victore instituit. monast. de claustro animæ cap. 7. Egreditur, inquit, animus in contemplatione ad sui circumspeditionem: egreditur à cura sui ad agendam curam proximi; vt consoletur pusillanimes, corripit inquietos, vt fiat ager virtutum, qui prius fuerat veprium, & spinarum. *Commoremur in villis*, id est, in illis, qui sunt villani, id est rudes, & tardi ad documenta curiæ Christi. Quæ Hugonis verba referri possunt ad tertium sensum.

Hugo. Vict.

Verf. XII. cap. VII. Mane surgamus ad vineas, videamus, si floruit vinea, si flores fructus parturunt, si floruerunt mala punicæ, ibi dabo tibi vbera mea.

EXPOSITIO I.

Iuxta sonum litteræ.

Iam apertius sponsa totam se suo exhibet dilecto, voluptatem nimirum conuersationis, rem familiarem, atque semetipsam: quæ omnia modicis ijs verbis. *a Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius, negat puellæ illi, quæ ei dixerat: b Dixi, Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius, & erunt vbera tua sicut botri vineæ, & odor oris tui, sicut odor malorum: Nec villam amplius rationem habet vel sociarum, à quibus tot euecta fuerat præconijs, vel tam insignium eardem laudationum. Solum iam alloquitur dilectum.*

a Cant. 7. 10. b Cant. 7. 3.

Egressi, inquit, ambo simul in agrum pernoctantesque in villis, vt primum dilucuerit, cum maxime delectat agri, & vinearum amœnitas, *surgemus simul ad vineas*, haud iam amplius ad laborem: sed vt voluptatem exinde capiamus, videntes, *si floruit vinea*, floribusque candentibus, fructus apparere incipiat vuarum minutarum: necnon & si, quæ pulcherrima nobis esse solent, *floruerunt*, & germinauerunt *mala punicæ*: Ibi autem in vineis hisce meis nedum omnia, quæ ibi erunt tua esse fatebor: sed quod præ ceteris ab alijs

Paraphras.

referant aliqua, quæ in ea digna visa mihi fuere, vt no-

Primo, admodum congruenter, postquam anima sancta eg-
ssa est in agrum contemplationis, atque vna cum Christo commorata est in villis meditationum, subdit: *Mane surgamus ad vineas*, sacrarum scilicet Scripturarum, ex quibus colligitur vinum diuinæ doctrinæ, deuotionis, atque amoris Dei. Neque enim ad diuinarum Scripturarum studium se cōferre quifquam debet, qui prius in meditationum studio non sit versatus, diuinæque per illud gratiæ lumine illustratus, sine quo fieri minime potest, vt cum fructu illas legere, & intelligere sano modo valeat: Sicut is, qui librum Græcum legere, & intelligere voluerit, antequam ad illum legendum accedat, operepretium est, vt ad scholam se conferat, in qua linguam doceatur Græcam, alioquin oleum & operam perdet. Porro veram sacrarum litterarum scholam ipsas congruentissime dicimus villas meditationum, ipsumque meditationis studium.

Simile.

Ex sacre Scriptura studio colligimus quædam in vita spirituali profecerimus. Simile.

Simile.

Secundo & id quoque notandum, quod apte, postquam pia anima surrexit ad vineas sacrarum Scripturarum, illico videat, si floruit vinea mentis. siquidem ex sacrarum litterarum studio intelligimus, quantum in vita spirituali profecerimus, cum Scriptura sacra sit veluti paruus index, quo arguuntur, aut probatur nostra desideria, atq; proposita. Neque hoc mirum: nã & miles legens librum, in quo perfectus prauusque describitur miles, facillime cognoscit, an ipse bonus sit, necne, quantumve in militari profecerit arte: Et Princeps legens vitam Cyri Regis, in qua Xenophon optimum expressit Principem, ni sit omnino vecors, facillime cōprehendit, Princepsne bonus dici & ipse queat. Satis autem omnibus est exploratū, in libris sacris ad viuum expressum militē Christianum, & fidelium Principem, qui sibimet, alijsve bene præsit.

Tertio notandum, nostræ Vulgatæ phrasim, qua dicitur, *Si flores fructus parturimus*, duo subindicare, quæ considerentur circa bona desideria, sanctæque proposita deducta ad opus. Enimvero diuersi generis conspicimus esse flores, qui in campo nascuntur, atque in agris, seu etiam in olerum hortis ab ijs, qui nascuntur in vineis: Illi namque forma, & colore sunt quidem pulcherrimi, & plerumque etiam suaueolentes: at statim ac à sole tacti fuerint, tabescunt, arentesque decidunt: Sæpe etiam pro amissa odoris fragrantia fetorem reddunt ingratisimum, vt patet in lilijs, violis, gariohilis, & ceteris huiusmodi. At flores vineæ, præter pulchritudinem & odorem, fructus ex se proferunt, atque adeo tamen decidentes, pulchritudinem odoremque suum amittere videantur; haud tamen pereunt. quin potius iucundiores relinquunt vvas, sicut & flores pomorum pulcherrima, odoratissima, & suauissima relinquunt poma, quæ in longum tempus seruentur in Principum cubiculis. In eundem modum reperiuntur diuersi generis desideria, atque proposita bona: quædam namque sunt instar florum campi, & agri, aut horti, hominum videlicet illorum, qui in huius sæculi agro, campove versantes, vel in deliciarum hortis commorantes desiderant aliquando, & proponunt aliquid agere boni, & hæc quidem ad tantillum æstus passionum, atque concupiscentiæ exarescunt, & in nihilum resoluntur: quinimò sæpe fetorem exhibent noui peccati, nouæque ingratitude, de quibus id intelligi commode potest, quod ait Isaias:

a Isa. 40. 6.

Omnia gloria eorum sicut flos agri, exciccatum est fenum, & decidit flos. Alia vero sunt instar florum vineæ, illorum nempe, qui animæ, ac mentis suæ vineam iugiter excolentes; sanctissima ex se proferunt desideria, & proposita, quæ ab æstu diuinæ gratiæ patefacta, tamen decidere videantur, quatenus absconduntur oculis hominum, iucundissimos tamen ex se proferunt virtutum fructus, operaque deuotionis, contritionis, atque mortificationis: hæc enim in pri-

mis hoc loco significata indicat lectio Hebraica, quæ habet: *Si aperuit vna acerba.*

Sed parturiendi verbum, quod floribus hic tribuit noster Intepres, alterum significat mysterium. Cum etenim flores sanctorum desideriorum, & propositorum deducuntur ad actum, ingenti cum difficultate fiunt tum ob carnis repugnantiam, tum ob prauas naturæ inclinationes, tum ob demonum impugnationem: At vero cum iam ad actum fuerint reducta, tunc summum ea consequitur gaudium: non secus ac in mulieris partu euenire solet iuxta illud Euangelij: *b Mulier cum parit, tristitiam habet: quia venit hora eius: cum autem peperit puerum, iam non meminit tristitiæ propter gaudium: quia natus est homo in mundum.* Quod sane gaudium minime sequitur partum prauorum desideriorum: ea siquidem & in conceptu, & in partu, & post partum cum dolore sunt, quamquam aliquando dolor iste ob ingentem passionum stuporem nequaquam percipiatur, vnde David, c *Ecce* (inquit) *parturit in iustitiam.* Si parturit, ergo dolores in parturiendo sensit, quod aperte colligitur ex Græco verbo *ἀδύνη*: Nec mirum: nam & in conceptu doloribus pressus est, ideo subiicit; *Conceptu dolorem.* Quod si amatissimum quæris fructum post partum illum relictum, audi, *Et peperit iniquitatem.*

De desideria sancta quomodo parturire dicantur vt flores fructus.

Simile.

b Ioan. 16. 21.

c Ps. 7. 15.

Quarto notandum, necessario postquam dictum fuerat, *Si flores fructus parturimus*, adiectum: *Si floruerunt mala punicæ*: quia ad vitam æternam nil bona profert opera, quantumlibet eximia, ni in illis flos esset charitatis, nisi ex charitate fieret: congruitque peroptime metaphorica illa locutio: *Si floruerunt mala punicæ*: Cum enim inter poma omnia malum punicum in primis florem suum secum iugiter seruet, quem instar coronæ in suo exhibet vertice, & indicari per id videtur, quod, licet in vniuersis bonis operibus nil in futurum sæculum relinquatur desiderii, cum totum impletum fuerit, quando ex flore fructus prodit, in sola charitate semper flos conseruatur: numquam tantum charitatis opus peragimus, quin adhuc non supersit desiderium, & affectus plura, & maiora exhibendi dilectionis indicia etiam in Patria, quod Apostolus indicat, cum ait: *d Charitas nunquam excidit: siue prophetiæ euacuabuntur, siue linguæ cessabunt, siue scientia destruetur: Cum autem venerit, quod perfectum est, cum flos in fructus prodierit, cum desiderium in opus perfectum fuerit commutatum, tunc id omne euacuatur desiderii, quod ex parte est, quod scilicet cum minime perfectum esset, erat ex parte tantum.*

Sine charitate virtutes nil proficiunt ad vitam æternam.

Charitatis desideria etiam in Patria perseuerant.

Denique illud pariter & hoc loco notandum, & ponderandum, quod vltimo ab anima dicitur: *a Ibi dabo tibi vbera mea*: Cum enim sat omnibus constet, non esse volentis, neque currentis, sed miserentis Dei, cuius est, vt det animæ vbera consolationum spiritualium: pia nihilominus anima, & quæ Dei sponsa est quæ in studio contemplationis, ac meditationis, in lectione sacrarum litterarum versata est, & inde nedum in sanctis desiderijs, sed & in operibus quoque factis, & in charitate præ omnibus profecit, libere asserit: *Ibi dabo tibi vbera mea.* spem habens certam, in talibus studiis cum Deo suo vniendam, deliciasque eidem exhibituram: Scit quippe, illum nunquam sua nobis deesse ope, & expansis manibus esse semper paratū, vt nos in suos suscipiat amplexus: nostrum tamen esse, vt vbera ei nostra demus complectenda, vt vna cum vberibus nostrum ei præbeamus & cor, vnde illud à nobis efflagitans ait: *b Fili, præbe mihi cor tuum.* Et de quibusdam summa cū ratione queritur apud Isaiam dicens: *c Expandi manus meas tota die ad populum incredulum, qui graditur in via non bona post cogitationes suas.* Porro, *Ibi*, inquit, id est, in agro studij contemplationis, & in villis meditationum, atque in vineis sacrarum Scripturarū, *dabo tibi vbera mea*, tuos scilicet suscipiens amplexus illos benignissimos pariter, ac suauissimos: quia & hoc quoque compertum habet in hisce præsertim studiis, in quibus quietum habere

d 1. Cor 13. 8.

a Rom. 12. 8. Vnitur Deo pia anima, eundemque celebrat in studijs contemplationis & sacrarū Scriptur.

b Pro 23. 16.

c Isa. 65. 2.

Eccc

folet

sollet internæ pacis, & tranquillitatis, necnon & plerumque ecclâs somnum, à Deo suo complexandum, cum alias dictum ab ipsa reperiamus: *d Lena eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me*, quando Deus semper immediate subiicit: *Adiuvo vos filia Ierusalem, ne suscitetur, neque euigilare faciatis dilectam donec ipsa velit: de quibus alias.*

d Cant. 2.6.

Verf. XII. cap. VII. Mane surgamus ad vineas: videamus, si floruit vinea, si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala punica; ibi dabo tibi vbera mea.

EXPOSITIO IV.

De tertia Sponsa, quæ est Beata Virgo Maria.

6
 Maria proponit Christum fructus Ecclesie.

Virgo Dei Genitrix, quæ pro summa, qua in nos ardet charitate, Christum regnantem in cœlis excitavit filium suum, vt per specialia auxilia simul in Ecclesiam egredierentur, in eaque vt in villis pernoctarent: proponit illi fructum diluculi resurrectionis hominum, qui per peccatum mortui sedebant in tenebris, & in umbra mortis: floritionis eiusdem Ecclesie in compluribus sanctorum generibus, eorumdemque sanctorum fructus ingentes in augenda fidelium, iustorumque prole per bona exempla, perque doctrinæ rectæ, & sanctæ exhibitionem: Ac demum sanctorum Martyrum, qui instar malorum punicorum sanguine proprio purpureo floruerunt colore. Denique, *Ibi*, inquit, *dabo tibi vbera mea*, ostendens nimirum illa, & porrigens, cum ibi pro meis deuotis preces tibi porrigam.

Verf. XII. cap. VII. Mane surgamus ad vineas: videamus, si floruit vinea, si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala punica; ibi dabo tibi vbera mea.

Appendix Expositionum, Ex antiquis Patribus collecta.

Paraphrasis Chaldaica. Dixerunt filij Israel ad inuicem: surgamus mane, & camus ad domum Ecclesie, & ad domum examinis, & inuestigemus in libro legis, & videamus, an peruenerit tempus redemptionis populi domus Israel, qui comparatus est viti, & redimatur de captiuitate sua, & interrogemus sapientes, an manifesta sit coram Domino iustitia iustorum, qui pleni sunt præceptis sicut malogranata, & an peruenerit finis, vt ascendamus in Ierusalem, vt demus ibi laudem Deo cœli: & offeramus holocausta, & victimas sanctificatas.

Ad Ecclesie progressum intuentium inuitatur in illam Deus.

Cassiodor. Beda. Greg. Pap.

Si in præcedenti versu excitatum accipimus Verbum ad Incarnationem iuxta primam sententiam, recte per aduerbium, *mane*, designatur exortus nouæ lucis, per quem de potestate tenebrarum mundus creptus est; seu exortus nouæ gratiæ, prout asserunt Cassiodorus, & Beda: aut etiam tempus Resurrectionis, quo Dominus noster verus iustitiæ sol mundo illuxit, vt asserunt Greg. Papa, & Philo Carpath. Porro secundum istos Patres in verbis ijs, *Videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala punica*, explicatur, ad quid tunc ad vineas, atque Ecclesias Christus inuitetur, nempe ad illas instruendas, & ad intuentium earum progressum. Floret enim vinea, ait

Cassiodorus, cum Ecclesia prima fidei & confessionis percipit rudimenta. *Flores parturiunt fructus*, cum fides ipsa prorumpit in opera: *florent mala punica*, cum hi, qui in fide, & recta operatione profecerint, desiderium patiendi pro iustitia habent.

Cassiodor.

Alio vero modo Greg. Papa, *Mane* (inquit) *ad vineas surgit*: quia post Resurrectionem suam in gloria Patris sedens, Ecclesias, quas construit, etiam defendit. *Si floruit vinea*, conspicit, quia omnem profectum Ecclesie districto examine perpendit. *Videt, si flores fructus parturiunt*: quia prospicit, ad quem profectum teneri quique, & imperfecti excrescunt. *Videt etiam, si floruerunt mala punica*: quia perfectos quoque respicit, & quid vtilitatis in proximis habeant, quasi in floribus fructum arboris cognoscit. Idem tamen lib. 2. moral. ca. ult. Florent vinea, ait, cum mentes fidelium bona opera proponunt, sed fructus non pariunt, si ab eo, quod propoluerint, aliquibus viti erroribus infirmantur. Non ergo intuentum est si vinea floreat, sed si flores ad partum fructuum conualescant: quia mirum non est, si quis bona inchoet, sed valde mirabile est, si intentione recta in bono opere perduret, & c. quæ ibi egregie prosequitur.

Greg. P.P.

Greg. Papa.

Philo Carpathius per vineæ flores intelligit opera ipsa, quæ ex odore sanctitatis fidei veræ præbet argumenta. Pro, *si flores fructus parturiunt*, legens, *si floruit cyprius*: & cypri vocabulo intelligens plantam flore candido, de qua agitur in cap. 1. eorum innocentiam, & puritatem animi significari censet, qui candore vitæ, & suavi sanctitatis odore aliorum mentes ad bonum excitant, & alliciunt. Porro eorum fructus designari ait per id, quod sequitur: *Si floruerunt mala punica*: quandoquidem à floribus virtutum ad fructus peruenere, & fructus mali punicæ, cum malum punicum intrinsecus refertum granis, & extrinsecus rubens in cortice multitudinem designet fidelium intra Ecclesie gremium conclusorum, & Martyrum sanguinem, quod extrinsecus Ecclesia ipsa apparet decora.

8

Philo Carp.

Per flores malorum punicorum Aponius intelligit desideria conseruandæ virginitalis, quæ cum adoleuerint, pulchriora efficiuntur.

Aponius.

Iustus Orgelitanus, Rup. Abbas, & Anselmus consentiunt cum Cassiodoro, nisi quod Iustus per id, quod dicitur: *Mane surgamus ad vineas*: putat exposci, vt animæ, quæ per fidem coli iam meruerunt, in matutinis Christum resurrexisse cognoscant, ne vltra de sui corporis resurrectione diffidant.

In. sus. Ruper. Abb. Anselmus.

Anselmus vero per aduerbium *mane* arbitratur significari diligentiam, & sedulitatem: ac si dicatur, impigre, prout & Hugo de S. Victore, qui in libro Instit. Monast. de clastro animæ cap. 7. super his verbis ait: **Qui volunt alios, vt surgant ad opera, cogere, oportet vt surgant mane, id est, nõ pigre, sed præcedat exemplo, & operatione. Videamus an floruerit vinea, & c. id est, videre faciamus, an bonis cogitationibus animus floreat, an boni operis fructus gignat.**

Anselmus. Hugo vict. Diligens esse debet, qui cura indulget proximi.

Neque aliquid noui reperio apud antiquiores omnium prædictorum Patrum, Theodoritum, & Tres Parres, nisi quod Theodoritus per flores malorum punicorum intelligit initia charitatis.

Theodor. Tres Patres. Philo Carp.

In postremis ijs verbis, *Ibi dabo tibi vbera mea*, communiore sensu Theodoriti, Trium Patrum, Philonis Carpathij, Ruperti, & Anselmi, Ecclesia, seu anima pollicetur exhibitionem doctrinæ fidelibus; atque adeo & Christo in illis. Secundum Cassiodorum, Iustum Orgelitanum, & Bedam, exhibitione Doctorum vel ad Martyrium tolerandum, si opus fuerit, vt ait Iustus: vel ad alendos filios: seu, vt ait Cassiodor. ad prolem generandam. Singulariter Greg. Pap. *Ibi*, ait, in malis punicis dat sponso sponsa vbera: quia in perfectis viuunt charitas gemina, ex qua nutriuntur infirma Ecclesie membra.

Anselmus. Cassiodor. Iust. Org. Beda. Greg. Papa Dare vbera exhibitio doctrinæ, vel Martyrium, vel Doctorum.

Verf

Verf. XIII. c. VII. *Mandragora dederunt odorem suum. In portis nostris omnia poma: noua, & vetera dilecte mi, seruaui tibi.*

EXPOSITIO I.

Iuxta sonum litteræ.

Supposito, quod apud me, & communi fere Expositorum consensu est certissimum, de herba illa hic loqui sponsam etiam in originali textu Hebr. quæ & Græco & Latino vocabulo Mandragora appellatur, aut de eius fructibus, & pomis, quæ eadem voce Mandragoræ nuncupantur: quicquid dicant Hebræorum aliqui, insanientes (vt ita dicam) circa intellectum Hebraicæ vocis דודאִים dudaim: quicquid, & ex nostris dicant Franciscus Georgius problemate 215. tom. 1. quem sequi videret & Sixtus Senensis lib. 4. biblioth. annotat. 199. & Hieronymus Oleaster comment. in cap. 30. lib. Genes. asserentes, haud bene à nostro Interprete eam vocem mandragorarum vocabulo redditam: cum per eam, secundum illorum opinionem, lilia potius designentur, vel (vt inquit Oleaster) lilia illa exigua, quæ vulgo dicitur lilia conuallium. Quid enim hisce rationabilius est credere, an vero Septuag. Interpretibus Hebraicæ linguæ peritissimis, quos secutus est noster Interpres, Paraphrasi Chaldaicæ, & communi Hebræorum sententiæ? præsertim cum, vt iam explicabo, multo aptius mandragorarum, hic fiat commemoratio, quam liliorum, aut alterius floris.

Mandragora recte à nos: 70 interpretate redita est vox Hebraica dudaim.

Franciscus Georgius Sixtus Senensis Hieronymus Oleaster.

Mandragorarum proprietates præcipuæ.

August.

2 Gen. 30. 14

Mandragoras cur expetierit Rachel à Lia.

2 Gen. 30. 14. Messis triticea tempus in Iudæa erat vere. b Iosue. 3. 15 c & 5. 10.

Hoc supposito, omissisque compluribus mandragorarum proprietatibus, quæ, & ab herbolarijs, & super hunc locum ab Expositoribus congeruntur, quatuor illarum hic annotabo, quæ ad præsentis sententiæ. *Mandragora dederunt odorem suum*, faciunt intellectum: quarum duas, quod scilicet perpulchræ sint speciei, & suauem redolentes odorem, oculatus testis hisce asserit Augustinus libro 22. contra Faustum cap. 56. Cum hæc mala ipse vidissem, & propter istum ipsum sacrae lectionis locum (loquitur de loco Genes. 30. a in quo Rachel expetiuit mandragoras inuentas in agro à Ruben filio Lia) id mihi contigisse gratularer, (rara enim res est) naturam eorum diligenter, quantum potui, perscrutatus sum, non aliqua à communi sensu remotiore sententiâ, quæ docet virtutes radicum, & potestates herbarum, sed quantum mihi, & cui libet homini renūtiabat visus, & olfactus, & gustus. Proinde rem comperi pulchram, & suauolentem sapore autem insipido: & ideo cur eam mulier tantopere concupierit, ignorare me fateor; nisi forte propter pomi raritatem, & odoris iucunditatem. Hæc Augustinus, qui & eodem loco optime iudicio meo opinionem illam respuit, quæ asserit, Rachelem expetiisse illas mandragoras vt optimum sterilitatis medicamentum. Vide ibi. Tertiam proprietatem eorumadem ex sacra libri Genes. historia colligimus, illas nimirum verno tempore in Mesopotamia, atque in Iudæa fructus, odoremque dare solitas: In 30. nâque cap. Genes. dicitur: *a Egressus Ruben in agrum tempore messis triticeæ reperisse mandragoras.*

Porro messem verno tempore in eisdem Regionibus fieri, & in Luna Martij, habetur manifeste in libro Iosue, vbi, b cum supra in cap. 3. dictum fuisset, extitisse tempus messis, quando populus Israel sicco vestigio transiuit Iordanem, adicitur: *c Manseruntque filij Israel in Galgalis, & fecerunt Phasæ quartadecima die mensis, scilicet Martij, ad vesperam in castris Iericho, & comederunt de frugibus terræ die altero, azimo panes, & potentiam eiusdem anni, è tritico videlicet, quod eo anno, coque tempore messuerant. Quartam denique pro-*

prietatem, quod amoris conciliatrices sint, facultatemque habeant ciendi amores, à Theophrasto antiquissimo in libro 9. histor. plantarum cap. 10. & S. Epiphano in Physiologo cap. 4. de Elephante, habeo manifeste: Indeque communi fere consensu existimatur, ab antiquis impositum eis nomen Circeiorum, de quo Plin. lib. 25. cap. 13. & Dioscorides lib. 4. cap. 61.

Theophrastus Epiphanius Plinius I Dioscorides Hortolanus

Quin & admodum mihi placet Cosmæ Damiani Hortolani observatio in comment. super hunc locum, qua inquit vocem דודאִים dudaim (quo nomine pluraliter tantum hac verba, fructusve eius ab Hebræis appellantur) deduci à singulari vocabulo דוד dod, quod inter alia amorem significat, idemque esse, ac vocem item aliam pluralem דודים dodim, amores, à qua adiectione duntaxat vnus litteræ & aleph differt: vt inde deducta sit; quia & herba, fructusve ipsius ad amores spectarent, amoresque conciliarent.

Nec ab hac coniectura id me amouet, quod à Martino Del Rio impugnante duos Caluinitas istud ipsum asserentes, dicitur, sæpe fallere petitionem significari ab etymologia: quod ex eadem voce patet, quæ cum alio significato in Scripturis sacris usurpatur pro ollis, & pro canistris: nec tamen quisquam dicere audeat, ollas, aut canistras ea voce nuncupatas; quia essent amabilia, & ad amores spectarent. Hisce enim datis vt certe verissimis, non tamen necessario sequitur, vt coniectura adhuc stare nequeat, præsertim cum constet, mandragoras ab amore nomē obtinuisse circeiorum apud Latinos & Græcos, quod & in alijs quoque nonnullis linguis factum, obseruat ipsemet Del Rius. Adde, quod si Del Rio licitum est conijcere, libereque asserere, ea voce Hebraica illas appellatas, quod eorum poma non dissimilia in rotunditate sint ollulis, seu vberibus, quæ idem sortita sunt vocabulum: cur non liceat dicere, & ab amoribus illa sic appellata? præsertim cum sæpius supra obseruatum sit, quando vbera eo vocabulo exprimitur, pro amoribus ea esse posita, vt videre est in Exposit. prima illorum verborum cap. primi, d *Quia d Cant. 1. 7 meliora sunt vbera tua vino.*

Præter hæc, quæ circa mandragorarum vocem, vt hic assumitur, necessario annotata fuere, illud quoque notandum, tameris apud Latinos Patres fere communiter ita distinguantur, quæ hic dicuntur, vt, *In portis nostris*, iungantur cum præcedentibus; tū se iunctim subiiciatur: *Omnia poma*, & cet. ex Originalibus tamen Hebr. & Septuag. aliter legendum apparet, prout & Codex Vaticanus nuper correctus legit: *In portis nostris omnia poma: noua & vetera*, & cet. In versione Septuag. nouorum fructuum mentio ponitur, vt quid addens: sic enim legitur: *Et in portis nostris omnes nucēs, seu, omnia poma noua super vetera*, & c. E cōtra vero alij ex Hebr. bene vertunt: *Et in portis nostris omnia delicata poma noua, etiam vetera*, & c.

Quæ dicenda essent circa vocem Hebraicam, דודאִים megadim, vt quodlibet delicatum significat, & circa Græcam vocem, ἀγεδδωα, vt poma quoque significat, videri possunt explicata superius Exposit. prima illorum verborum cap. 5. e *Et comedat fructus pomorum suorum.*

Notandum tertio, quod dicitur, *In portis nostris*, duplicem habere posse significarum alterum, vt per synecdochem dictum sit, ac si diceretur, *In aedibus nostris*, quod ab aliquibus refertur ad aedes vrbanas, sed melius ad agrestes referretur, & ad domos villarum. Alterum, vt tantumdem sit, ac si diceretur: *Ad manus nostras*, & in promptu, iuxta consuetam Hebræi sermonis phrasim, qua dicitur in libro Genes. 3. f *Peccatum tuum in foribus aderit*: id est, in promptu, & promptum,

Et in libro Iob g iuxta lectionem Hebraic. & Sept. g *Cum viderem in porta auxilium meum*, id est, statim in ipso aditu, atque in promptu. Non desunt, qui, iuxta frequentissimam aliarum scripturarum phrasim

Martinus Del Rio.

d Cant. 1. 7

e Cant. 5. a

g In portis phrasim Hebraica significat, in promptu. f Gen. 4. 7.

g Iob. 31. 11

fæpius à nobis obseruatam, portarum nomine existiment hic designari vrbs forum, atque emporia, quæ in Ciuitatum portis haberi consueuerunt : vnde Ludouicus Soto Maior hunc affert eorum sensum iuxta Hebrai. Lectionem : *Et in portis nostris*, id est, & in vr-bibus, & in locis publicis existunt, & apparent iam nunc *poma noua*: ego vero, ò dilecte mi, vetera etiam ser-ua ui tibi.

Soto Maior.
Legionensis.

Denique & illud notandum, Legionensem arbitra-ri è superiori sententia repetendum esse verbum, *Vi-debimus, si mandragora dederunt*, &c. quam tamen repe-titionem ipse haud necessariam censeo, cum commo-diores absque ea sint sensus.

2
Primus
sensus.

His fufius, sed necessario prænotatis, eruanus iam eorum, quæ hic dicuntur, sensum: hunc autem qua-druplicem esse posse, arbitror.

Primum, vt quod dicitur, *Mandragora dederunt odore suum*, sit oratio ei similis, quæ facta à sponso fuit in cap. 2. sed efficacior: nam quod ibi pluribus cõfirma-tum est indicijs eius temporis verni, nempe: b (Flores apparuerunt in terra nostra: tempus putationis ad-uenit: vox turturis audita est in terra nostra: Ficus protulit grossos suos: vineæ florentes dederunt odo-rem:) hic vnico tantum exprimitur signa, sed eorum omnium efficacissimo, cum mandragorarum poma haud initium veris sicuti signa illa, sed medium, & iu-cundiorum illius designent partem: Sive hæc dicta fumentur, vt magis excitantia dilectum, ad egredi-ndum in agrum, & commorandum in villis ex oppor-tunitate temporis & ad tollendam ambiguitatẽ om-nem, quæ ex præcedentibus sub conditione prolatis in sponsi animo suboriri potuisset, an re vera adhuc vernum tempus esset. Quod vero subijcitur, *In portis nostris omnia poma*, &c. additum sit pro alia ratione ad dilectum excitandum, nempe quod ibi in agro, atque in villis eis futura sit deliciarum, ac fructuum om-nium copia: Vt, quod hic dicitur, tale quid sit.

h Cant. 2.
11.
Mandrago-
rarum odore
indicatur
tempus ver-
num.

Paraphra-
sis.

Temporis nos inuitat amœnitas: iam *Mandragora dederunt odorem suum*: cum iam apparere incipiãt mã-dragorarum poma. haud sane dubium esse potest reli-quum, vernum esse tempus. Ibi autem vbertim deli-cijs frui poteris pomorum omnium, quandoquidẽ ad primas ædium nostrarum fores tibi met *poma omnia seruauit*. tum quæ iam hoc collecta sunt anno, tum quæ anni superioris sunt.

Secundus
sensus.
Mandrago-
rarum odor
indicat tem-
pus messio-
nis triticeæ.

Alio vero sensu recte etiam dici potest, verba ista, *Mandragora dederunt odorem suum*, dicta à spõsa non tã ad designandum temporis amœnitatem, quam ad de-signandum tempus messionis, & operis necessarij in agro: Iam enim supra annotauimus, dictum in libro Genesis, Ruben inuenisse mandragoras, & notanter additum, id euenisse tempore messionis triticeæ, ita vt sponfa ad ea alluuisse visa sit: ac si diceret.

Paraphra-
sis.

Egrediamur dilecte mi in agrum, & commoremur in vil-lis: nam & tam opus messionis triticeæ, quam *mãdra-gora*, dantes odorem suum, ad id te impellere debẽt. *Po-ma* quidem colligere à memetipsa possum: quin ecce, ea iam collegi, tibi que, *dilecte mi*, in foraneis ædibus nostris seruauit *noua* cum veteribus; frugum autẽ col-lectionem, messionemque in primis tritici, sola face-re nequeo, adis & tu operæpretium est.

Tertius
sensus.

Tertio, & melius, vt quod hoc versu dicitur, totum sit adiectum eorum verborum, quibus in fine supe-rioris versus sponfa dilecto suo significauit, se illi da-turam semetipsam in agro, atq; in villis, & vineis, di-cens: *Ibi dabo tibi vbera mea*, scilicet complexanda: Ad-datque modo, nedum semet, sed & quicquid eximij habet, quicquid & reconditi, ibidem ei largituram: nominet autem in primis mandragoras, earum nimi-um poma, quæ (vt ex Augustino probatum est) ob suauem fragrantiam, ob insignem pulchritudinem, atque ob raritatem charissima essent puellis, puella-rumque sustentaculum seruans amorem, quæ ex iis suis offerre solent dilectis, quæ sibi chariora sunt in agro:

Paraphra-
sis.

Ac si dicat. *Egrediamur in agrum, &c. Ibi totam me tibi dedam:*

A *dabo enim vbera mea, dabo & perpulchra, suauiterque redolentia mandragorarum poma, quæ tibi colligam: iam enim dederunt odorem suum. Quin dabo simul & quicquid pomorum expeti potest delicati: siquidem tibi dilecte mi, in promptu seruata à me sunt Omnia, quæ delicata sunt poma, tum noua, tum vetera.*

Quarto denique sensu, qui mihi præ ceteris placet, ni nouitatem illi obesse, forsitan asserat aliquis; me-taphorice, & translate hæc dicta sumẽtur, ad conte-standos vehementis amoris ætus, propter quos tan-topere cum dilecto suo sponfa optet egredi in agrũ, id, quod & verbis immediate præcedentibus: *Ibi da-bo tibi vbera mea, & etiam iis, quæ immediate sequẽtur in principio cap. 8. Quis mihi det, te fratrem meum sugen-tem vbera matris meæ, vt inueniam te foris, & desiscer te, &c. optime congruit. Pro quo sensu id facit, quod su-pra notatum est, mandragoris id quarto competere, vt ad amorem excitent, quodve sæpius in superiori-bus à nobis fuit obseruatum, mala, atque poma esse Hieroglyphicum amoris tum in sacris, tum in pro-phanis litteris, ideoque tam frequenter in hoc cantico amatorio fieri illorum commemorationem, siue quod sponfa hic dicet, tale erit.*

3
Quartus
sensus.
Mandrago-
ra excitans
ad amorem.

B *Egrediamur amabo feli in agrũ, commoremur in villis: ibi certe dabo tibi vbera mea: nam profecto vehemẽtius amore succensa sum: percepi mandragorarum odo-rem, philtrum efficacissimum, & quicquid in me est amoris deliciosissimi tum veteris, tum noui in prom-ptu tibi seruatum habebis. Aquila pro, seruauit, vertit, ἀνεκέρησθαι, abscondi tibi, honestius. Hũc sensum confir-mare licet ex lectione Hebraica, in qua pro, Omnia po-ma, est חֹל מֵגָדִים chol megadim, id est, Omnia delica-ta omnesque delicias: & pro dilecte mi, est vox דָּוִדִי dodi, quæ verti potest in vocatiuo, Amor meus, & etiam in accusatiuo, amorem meum, prout eam sumpsere ex Hebræorum Doctõribus R. Dauid Kimki, & R. In-nominatum apud Genebrardum, vt vertentes: Omnes delicias nouas, & etiam veteres, seu, Omnia delica-ta poma noua, & etiam vetera, amorem seruasti tibi: sen-sus sit.*

C *amore succensa sum: percepi mandragorarum odo-rem, philtrum efficacissimum, & quicquid in me est amoris deliciosissimi tum veteris, tum noui in prom-ptu tibi seruatum habebis. Aquila pro, seruauit, vertit, ἀνεκέρησθαι, abscondi tibi, honestius. Hũc sensum confir-mare licet ex lectione Hebraica, in qua pro, Omnia po-ma, est חֹל מֵגָדִים chol megadim, id est, Omnia delica-ta omnesque delicias: & pro dilecte mi, est vox דָּוִדִי dodi, quæ verti potest in vocatiuo, Amor meus, & etiam in accusatiuo, amorem meum, prout eam sumpsere ex Hebræorum Doctõribus R. Dauid Kimki, & R. In-nominatum apud Genebrardum, vt vertentes: Omnes delicias nouas, & etiam veteres, seu, Omnia delica-ta poma noua, & etiam vetera, amorem seruasti tibi: sen-sus sit.*

Paraphra-
sis.

Pro omnibus delicatis bonis, atque pro omnibus delicijs nouis, atque veteribus vnum tibi seruauit amo-rem meum, vel amorem meum tibi seruauit cum vniuersis delicijs eius, nouis atque veteribus.

R. Dauid.
R. Innomi-
natus.

D *Antequam ad alia accedamus, vnum hic admoni-tum velim lectorem, me haud notasse illam mandra-gorarum proprietatem, tamen ad nostrum proposi-tum maxime faceret, quod mœrotem fugent, læti-tiamque causent, quam affert Pierius Valerianus lib. 58. cap. de mandragora, asserens, propterea apud Xenophontem eam vsurpatam in lætitiæ hierogly-pticum cum in eius symposio Socrates dicat, mœstiti-tiæ, atque mœrotem vinum, sicut mandragorã mederi, lætitiãq; suscitare sicut oleum flammã. Deceptus est enim Pierius à praua Xenophontis versione Lati-na, quæ circumferretur, & habet: Vinum animos ri-gans tristitias, & dolores, quemadmodum mandra-gora sopit, & hilaritatem quemadmodum oleum flammã excitat. Cum tamen in Græco Xenophon-tis textu multo aliter sic legatur: τὴν γὰρ ὄντι οἶνος ἄρδων τὰς ψυχὰς τὰς μὲν λυγρὰς ἀσπερ ὁ mandragόρος τοὺς ἀνθρώπους κοιμίζου- τὰς δὲ φιλοφροσύναις, ἀσπερ ἄλειον φλόγα ἰγνίσει. Id est, Vere enim vinum irrigans animas, dolores sane sicut man-dragora homines sopit: hilaritatem autem, & lætitiã sicut oleum flammã suscitatur.*

E *Egrediamur dilecte mi in agrum, & commoremur in vil-lis: nam & tam opus messionis triticeæ, quam mãdra-gora, dantes odorem suum, ad id te impellere debẽt. Po-ma quidem colligere à memetipsa possum: quin ecce, ea iam collegi, tibi que, dilecte mi, in foraneis ædibus nostris seruauit noua cum veteribus; frugum autẽ col-lectionem, messionemque in primis tritici, sola face-re nequeo, adis & tu operæpretium est.*

Paraphra-
sis.

Mandrago-
ra an cau-
sent lætitiã.

Pierius
Valer.
Xenophon.

F *E quibus verbis colligitur, vinum ob id duntaxat mandragora comparari, quod sopiat mœrotem, sicut mandragora sopit homines. nam quod subditur de lætitiã ab eodem excitata, alia explicatur similitudi-ne: Nemo autem est, qui nesciat, illam esse præci-puam omnibusque peruulgatam mandragorarum proprietatem, vt saporifera sint: vnde celeberrimum illud est prouerbium, Mandragoram bibere: quo vsus est Demosthenes in Philipp. 4. & Philo Iu-daus in lib. de vita contemplatiua. & alii, de iis, qui quasi dormitant in munere suo, ac si graui somno op-pressi*

Mandrago-
ram bibere,
quid signifi-
cet in pro-
uerbio.
Demo. he.
Philo
Iudaus.

pressi essent ob mandragoræ potum. Cuius tamen proprietatis mentionem ipse non feci: quia ad præsentis loci intellectum haudquaquam ficere consui, sicut & multa aliæ, quæ videri possunt apud Dioscoridem, & Plinium in locis citatis, atque apud Cælium Rhodiginum lib. 17. cap. 24. & in nostra appendice expositionum huius versus.

Cæli Rhodiginus.

Verf. XIII. c. VII. *Mandragoræ dederunt odorem suum. In portis nostris omnia poma: noua, & vetera dilecte mi, seruauit tibi.*

EXPOSITIO II.

De prima Sponsa, quæ est Ecclesia sancta.

4 Primus sensus. Prædicatores in tran- qui nate ecclesie sunt ad conuer- tendos infideles, & ubi viget impietas, & ignorantia.

Q Via Sæctis obijci potuisset Ecclesiæ Prædicato- ribus, haud rem postulare, vt egredierentur in agrum ad prædicandum infidelibus, & agri bestijs, & pernoctandum in eruditione rusticorum eorum, qui ignorantia tenebris obscuratum cor habet, relicto fide- li populo, cui à Deo dati videntur, ita vt dici de eis debeat, versurâ duntaxat facturos, sicut prouerbiali- ter dicitur: Obiectionem hanc vniuersam tollit hoc loco Ecclesia, dum pro ijs Prædicatoribus Christum exquirat comitem; significans illi, verum, quod in fide- li populo suo est tempus, pacem, tranquillitatem- que fidei, & Religionis permittere, imo & excitare, vt ad prædicationem egrediantur in agrum; tû quia transacta hyeme peruersitatis, & imbre perfidia, at- que hæreseos, in fidei populo suo tranquilla relin- quent omnia, virentia vniuersa ob studium pabulo- rum sacre Scripturæ, florida in incipientibus, fru- ctus germinantia in proficientibus, necnon & per- fectorum poma habentia. Bene autem verum istud fide- lis populi tempus modicis hisce explicat verbis: *Mandragoræ dederunt odorem suum:* cum sicut in Iudææ regionibus ex odore pomorum mandragoræ argue- batur verni temporis perfectio; ita & in fidei populo perfectionem pacis, atque tranquillitatis ex bona eor- um arguimus perfectorum fama, qui cum Apostolo dicere queunt: *a Christi bonus odor sumus in omni loco.*

2. Cor. 2. 15. Perfecti de- signati per mandrago- ras.

b 1. Thef. 1. 7.

Neque vero incongrue mandragorarum metapho- ra ij designantur, qui perfecti sunt in fidei populo, quandoquidem & perfectorum odor non minus, quam efficacissimus mandragorarum odor redolet, prout Thessalonicensibus testatur Paulus, cum ait: *b Facti estis forma omnibus credentibus in Macedonia, & in Achaia. A vobis enim diffamatus est sermo Domini non solum in Macedonia, & in Achaia, sed & in omni loco fides vestra, quæ est ad Deum, profecta est: ita vt non sit nobis necesse quid- quam loqui.*

Præterea si mandragorarum odor optimum est sig- num appropinquationis Solis ad nostrum hemisphæ- rium, & perfectorum quoque odor suauissimus. ad- stantem fidei populo suo Christum, ætiusve sancti denuntiat Spiritus. Adde, quod si mandragoræ id in primis vobis perficiunt odore, vt dormire nos faciant, grauemque iis inferant soporem, qui ipsum percipi- unt: haud certe minus bonus perfectorum odor in fide- lium animos soporem eum inducit, quo summa quiete fideles Dei vacant obsequio. desidentes quidè ab externis sæculi huius sollicitudinibus, sed in inter- no mentis Verbum Dei conloquentes, atque adeo & crescentes magis ac magis in vita spiritali.

Addit deinde Ecclesia & alteram rationem, pro- pter quam Sancti eius Prædicatores ad agrum, & vil- las vna cum Christo admodum rationabiliter egredi- volunt, ipsimet dilecto suo dicens: *In portis nostris*

omnia poma: noua, & vetera, dilecte mi, seruauit tibi: Cu- ius sane rationis vis in certa sua est spe, quam ha- bet, fructus faciendi in ea, ad quam egredi vult præ- dicatione: Atque adeo sicut in principio capit. 5. in- uitas Christum ad perfruendum suauissimis fructi- bus sanctorum fidelium suorum iam in fidei populo redundantibus, dicens: *c Veniat dilectus meus in hortum suum, & comedat fructus pomorum, seu, deliciarum suarum:* ita & nunc tollens dubitationem omnem, quæ sub- oriri poterat ex eo, quod sub conditione, & quodam- modo hæsitanter dictum à se fuerat in præceden- d. *Videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt, si flo- vuerunt mala punica:* nunc ob certissimam, quam ex di- uina gratia, & Christi societate concepit spem, tutâ inquit, se & ibi pariter in agro, atque in villis esse be- stiarum agri, atque ex villarum incolis lautissimum exhibituram dilecto suo conuiuium: quandoquidem prompta & ibi quoque habere cõsideret, & quasi ad fores poma delicatissima Sanctorum similitum nedû iis, qui vt noui nunc in suo redolent fidei populi horro, sed & iis quoque veteribus, qui in primitiis fragrarunt conuentus Apostolici, quive in veteri ex- celluere testamento.

c Cant. 5. 1.

d Cant. 7. 12.

Quo loco multis philosophari posset circa id, quod supponitur, infideles, bestiarum agri metaphora de- signatos, atque villarum incolas, iniquos, & ignoran- tes è bestiis, & ex hominibus rusticis per verbi Dei prædicationem à sanctis Prædicatoribus insigni trãs- formatione conuertendos in delicatissima poma, quæ à Christo postmodum comedantur summo cum illius gustu, & absque vlla maculatione. Videri autem possunt aliqua ex his à nobis dicta in Exposit. secun- da eorum verborum, *e Veniat dilectus meus in hortum suum, & comedat fructum pomorum suorum.*

e Cant. 5. 1.

Sed iuxta secundum litteræ sensum, alia ratione Ecclesia ipsa pro sanctis ijsdem Prædicatoribus suis Christo suadere satagit, vt secum in agrum egredia- tur, atque in villas, ex laboris nimirum, operisque necessitate, iucundaque colligendorum prouen- tum spe. Qua in ratione id primo animaduertend- um, quomodo sancti Prædicatores Christo sint similes in charitate erga proximorum animas atque in Deum: Sicut enim Christus Iesus charitate ipsa commotus, hac ratione in Euangelio ad egrediendum in prædicationem discipulos excitauit, dicens: *a Mis- sis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo Dominum m- sis, ut mittat operarios in messem suam:* messem appel- lans, infidelium turbam, quæ conuertenda erat: Ita nunc vicissim Ecclesia pro ijs prædicatoribus quasi quid tale Christo videtur loqui, & hisce eumdem ex- citare, vt qui verus, peritus, validusque agricola est, ipsi opem ferat in ea, quæ instat messe. Instare au- tem messem, exinde se colligere inquit, quod in agro infidelium, & in villis ignorantium, & idiotarum aliqui appareant instar mandragorarum, quæ tempore messis triticeæ in agro reperiantur, & externa insignes specie, & suauis olentes odore, morali qua- dam probitate, externave conuersatione decori, & longe lateque boni nominis fragrantibus odore: ideoq; ait: *Mandragoræ dederunt odorem suum:* Et bene man- dragoræ inquit potius, quam dulce aliquod pomum: quia sicut mandragoræ ita quidem pulchræ sunt spe- cie, suauisque fragrant odore, vt tamen insuaues sint ad gustum, vt ex Augustino relatum est supra: Ita & qui absque diuina gratia inter infideles & rudes moraliter probi sunt, tametsi decori externa videantur conuersatione, & bene apud reliquum vulgus audiant; nequaquam tamen Christi suaues sunt gustui, ita vt eius cibus dici queant, prout de conuersa Samaritana dictum ab illo scimus: *b Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis. & c Mens cibus est, vt faciam voluntatem Patris.*

5 secundus sensus.

Prædicatores sancti chari- tate mouentur ad prædica- tum, sicut & per eandem eus promouit christus. Simile.

a Luc. 10. 2.

Infideles probi mora- liter similes mandragoris dantibus odorem in agro.

Simile.

b 1. Cor. 10. 2.

Illud quoque hoc ex loco coniuncto cum alio Euã- gelij loco, quem supra retuli, notandum est, optime infidelium turbam, quæ ad fidem conuertenda per Prædicatores est, atque ad rectum iustitiæ callem,

Simile.

Eeee iij sub

sub triticeæ messis metaphora designari: nam sicut A triticum, antequam metatur, in terra radicum perficitur, nec unquam in cibos deferuire potest, nisi metatur, & colligatur in area: metitur autē, & colligitur per sectionem, & separationem à terra illa, cui primo infixum in suis erat radicibus: Ita & infideles ante fidei susceptionem, & iniqui ante diuinæ gratiæ admisionem toti in sæculo isto radicati, in Dei & Ecclesiæ cibos deferuire eandemque reficere minime queunt, ni prius ab altis separentur radicibus suis, quas fixas habent in terris, ne prius à terrenis seiungantur affectibus, & in ipsius Ecclesiæ area in aceruo congerantur aliorum fidelium, atque iustorum: quod certe fieri neutiquam potest, nisi ipse adit Dominus messis, qui speciali sua id efficiat gratia vna cum operarijs suis, & sanctis Prædicatoribus. Idcirco sicut in Euangelio suadet discipulis Christus, d rogent dominum messis, qui mittat operantes suos in messem suam, tacite pollicens, se quoque vti filium, & hæredem eiusdem Domini vna cum illis ad talem venturum messem: ita nunc Ecclesia cum suis Prædicatoribus hanc ei proponit messem, inuitatque eundem dilectum suum ad id operis.

d Luc. 10. 7

Prædicatores Ecclesiæ proferunt eloquia tepanenti tum noui, tum & veteris. e Mat. 13. 52. Paraphras. lis.

Afferit autem, Prædicatores ipsos suos nihil omisuros ex parte ipsorum. ideo enim adicit verba illa: *In portis nostris omnia poma: noua, & vetera, dilecte mi, seruaui tibi:* quæ optime à sanctis Patribus explicatur per illud Euangelij: *Omnis scriba doctus in regno celorum, id est in Ecclesia, similis est patri familias, qui profert de thesauro suo noua, & vetera.* Vt idem sit, ac si dicatur.

Ex odore mandragorarum, & quorundam infidelium, ac rudium probitate morali apparet, tempus esse triticeæ messis in agro infidelitatis, & in villis ignorantia, ac ruditatis.

Ipsa quidē, dilecte mi, in meis Prædicatoribus sanctis simul ac doctis seruauit tibi quicquid præclari est tum in testamento nouo, tum in testamento veteri, vt prædicantes diuinum verbum, quod in sacris literis continetur, dulcius quocumque pomo delicato, tibi opulentur: Feci ipsa, quod potui, egrediaris & tu simul operæ pretium est, vt & de illis dicere queam: *f Letabuntur, sicut qui letantur in messe.*

f Isa. 9. 5.

Verf. XIII. c. VII. *Mandragora dederunt odorem suum. In portis nostris omnia poma: noua, & vetera dilecte mi, seruaui tibi.*

EXPOSITIO III.

De secunda Sponsa, quæ est Anima Iusti.

6 Contemplationis duo fructus præcipui.

Duo sunt præcipui contemplationis, & meditationis fructus: Alter vt in ipsi pia anima & se, & quicquid in se est præclari Deo exhibeat, illi totam se dedens, eidem que se, suaueniens. Alter vt in illis tota in amorem Dei resoluatur per illas eiusdem amoris succensa æstibus. Ambo hi fructus in vna hac exponuntur sententia, iuxta diuersos tamen sensus accepta.

Tertius sensus. In studio contemplationis anima dat Deo semetipsum & quicquid in se est boni.

Enimvero, si iuxta sensum illum, quem tertio loco in prima exposui attulimus, eam intelligamus, primus prædictorum exprimitur fructus; quandoquidem ipsamet anima deuota, quâ in præcedenti versu vidimus inuitare Deum, vt secum egrederetur in agrum contemplationis, & pernoctaret in villis meditationum, quæve postremo adiecit: *Ibi dabo tibi vbera mea:* hunc proponens, de quo loquimur, fructum, spondensque dilecto suo vbera, & quod sub vberibus residet cor, vt arcto deuotionis complexu duo corda iungantur: Modo vt eiusdem primi fructus compos perfectè fiat, addit, daturam se illi in eodem contemplationis agro & illud omne, quod in se esset præclari, collecturam nimirum, illive promptos exhibituram

vniversarum virtutum actus, tum illos, quos transactis temporibus protulit, tum illos, quos denuo ex varijs meditationibus colligit. Hos vero vniversos instar pomorum nouorum, ac veterum in portis suis feruasse se, asserit, eidem Deo: quia ita virtutum collegit actus, vt earum habitus Deo feruarit in potentijs suis: Quod eatenus verum est, quatenus iuxta doctrinam S. Thomæ, virtutes subiectantur in potētij animæ: hæc ratione sicut in verbis illis, *Ibi dabo tibi vbera mea,* pollicetur Deo essentiam suam, quem vberum & metonymice cordis nomine expressit: sic in istis, *In portis nostris omnia poma,* &c. ita eidem vniversos suos offert virtutum actus, vt simul quoque ipsas item suas

3. part. q. 7. ad 2. in corp.

B exhibeat potentias: Porro in verbis illis, *Mandragora dederunt odorem suum,* sub metaphora pomorum mandragoræ, quæ pulchritudine, suauique excellit fragrantia, & raro reperiuntur, illas designat virtutes, seu illos virtutū actus perfectiores, quos raro reperire est; reperiuntur tamen in agro contemplationis, quādo ipsa anima arcto charitatis complexu Deo vnita est, vna cum illo cor habens. Quos vero heroicis appellare possumus iuxta Aristotelis doctrinam, qua in principio libri 7. Ethic. eam inquit virtutem heroicam dicendam, quæ supra homines est, & diuina. Quis vero suauem exprimeret queat fragrantiam, & excellentiā perfectionis actuum illorum dilectionis, resignationis, & propensæ voluntatis ad patiendum pro Deo, quos deuota illa profert anima perfectè eidem Deo vnita, & in eundem absorpta? Sed rari fateor sunt; ideo specialis eorum habenda fuit ratio.

Virtutum actus heroicis reperiuntur in studio contemplationis.

Aristoteles.

Iuxta quartum autem sensum, præclare alterum eadem, quæ in contemplatione Deo vnienda est anima, ipsius contemplationis explicat fructum: In prima namque parte rationem asserit, cur in dicto contemplationis studio vbera sua, & in vberibus cor itē suū Deo daturam se pollicita sit in verbis præcedentibus. Ratio vero haud alia est, nisi quia in eodem agro contemplationis *Mandragora dederunt odorem suum,* atque adeo charitatis æstu ibidem sese succendendam, confidit: ibi siquidem mandragorarum pulcherrimarum, & fragrantissimarum vim sentiet: qua ad Deum charitatem vehementius exciretur, vim nimirum Spiritus sancti, per quem iuxta Apostoli dictū, a charitas Dei diffunditur in cordibus nostris. Tū bene subdit, & quid factura sit, cum sic charitate succensa, ibi in contemplatione dederit vbera sua, & vna cum vberibus cor, iucundissimis Dei manibus, atque brachijs amplexanda, dicens: *In portis nostris omnia poma: noua, & vetera, dilecte mi, seruaui tibi.* Quibus significat, se tunc eidem Deo præpta exhibituram vniversa charitatis indicia, vniversumque amorem suum, nedum illum nouum, sed & omnem alium, quo ab antiquo successam in Deum se sensit alias, quando diuersis, & multiplicibus ab eo cumulata fuit beneficiis, cuncta nimirum illa in memoriam tunc redituram, vt veluti oleum sint, quod flammæ superponatur: Vel per id, quod dicit: *in portis nostris:* suas designat potētias per quas in se ingredi, & e se egredi nouit vniversa, vt quod ait: *In portis nostris omnia poma: noua, & vetera dilecte mi, seruaui tibi:* aliū significet contemplationis effectū, seu potius alium effectum consequentem charitatem magnam, qua anima succenditur in contemplatione: effectum inquam illum, quem in fidelibus oprauit aliquando Paulus, cū diceret: *b Sicut exhibuistis mēbra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete mēbra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem:* id est, sicut membris, potentiisque vestris in vita veteri multiplicem exhibuistis amorem vestrum erga varias, & innumeras res sæculi, immunde, & inique illis seruientes: ita nūc eiusdem potentiis in noua hac vita, qua nouum hominem induiti estis, veterem illum exuti, similibus saltem amoris affectibus, vt iustum est, seruite Deo in sanctificatione, sanctos vos exhibentes, atque adeo multo maiores addentes charitatis in eundem Deū affectus: Hoc quippe melius explicat hic sponsa, dum ait: *Omnia poma noua, & vetera, dilecte mi, seruaui tibi:* id est,

7 Quartus sensus. In contemplationis studio suscitatur charitas in anima

a Rom. 5. 5. In contemplatione anima offert Deo omnem amorem auctū & diuersimode.

b Rom. 6. 19

D
E
F

id est, ultra amoris affectus, quos tibi exhibebo, illis similes, quos in vita veteri exhibui iniquitati ad iniquitatem, atque adeo sat vehementes; vehementiores etiam exhibebo & novos, induta hominem novum, & dilectissimum meum Iesum Christum filium tuum.

Vel tertio efficacius iuxta illam Hebraici textus versionem, qua dicitur: *Amorem meum servavi tibi*: in his verbis significat, se cum charitate succensa in contemplationis studio vbera sua Deo dederit, ut illi per inexplicabilem vniuersi complexum in omnibus potentijs suis, eidem vnum exhibituram amorem, quo multo laucius, atque iucundius reficiantur simul, quam laucissimo pomorum novorum, atque veterum conuiuio. Vel per pomorum metaphoram virtutum actus fumentes, qui in charitate facti sint, seu quos enumerat Apostolus fructus Spiritus sancti; idem eadem pollicetur amoris conuiuium multo certe laucius, quam quod alias ipsi parare solita fuit, ex varijs multiplicium virtutum actibus tum nouis, tum etiam veteribus: Nihil enim animæ contingere potest iucundius, nihilue exhibere potest Deo suauius, quã vt tota in illius absorbeat amor, vnum illud agens necessarium opus charitatis, quod nunquam euacuetur, & in quo vno pomo vniuersæ aliæ continentur aliorum pomorum, aliarumque virtutum, & bonorum operum dulcedines.

In contem-
platione ani-
ma exhibet
Deo laucis-
simum con-
uiuium amo-
ris.

A captiuitatis, & meritum iustorum suaue est coram me, sicut odor balsami, & sapientes generationum constituti in portis gymnasijs operam dant verbis scribarum, & verbis legis: nunc surge, suscipe Regnum, quod reposui tibi.

Iam supra notatum est in prima expositione fere communiter apud Latinos Patres legi: *Mandragoræ dederunt odorem suum in portis nostris*: Tum subdi quæ sequuntur. Huius ergo primæ partis istius versus primum, quos reperi, referam sensus; tum & alteram quoque partem examinabo, ne ex multiplicitate, & varietate dictorum aliqua gignatur confusio.

B Ac primum qui potior est sensus, ille est, qui nititur in ea mandragorarum proprietate, quam indicat textus ipse, nempe in odore. Augustinus lib. 22. contra Faustum cap. 56. per mandragoras, seu (vt ipse loquitur) per mandragoricum pomum famam illam bonâ commendatam censur, de qua Apostolus: *b Oportet testimonium habere bonum etiam ab ijs, qui foris sunt.*

C Haud dissimili sensu Cassiodorus, post relatas quinque mandragorarum proprietates, nempe quod sit herba aromatica, quod in radice habeat similitudinem humani corporis, quod eius poma suauem redeant fragrantiam, quod fomnum conciliet, & quod ob sui potionem cum inferat stuporem, vt quibus secandum sit aliquod membrum lectionis sentire minime faciat dolores: per mandragoras ipsas fragrantiam intelligit virtutum; per portas vero sumens Apostolos, de quibus in Psal. c dicitur: *Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob*: In portis, inquit Ecclesiæ, *mandragoræ dederunt odorem suum*, quando Apostoli, vel successores eorum famam suauissimæ opinionis, & odorem virtutum longe lateque sparserunt; atque adeo bene quando hoc factum est, inuitatur ab Ecclesiâ Christus. Hisce consentanea habet & Beda, qui & allatis à Cassiodoro mandragorarum conditionibus addit & sextam, quod medeatur nausæ; illasue exactius perpendit, refertque ad spiritum.

D Nec à primo isto sensu distant, quæ ait Gregorius Papa considerans mandragoras vt medicinalem herbam, & odoriferam, ideoque virtutem accipiens perfectorum, per quam perfecti ipsi dum imperfectorū infirmitatibus medentur, in fide, quam prædicant, id est, in portis Ecclesiæ, veri medici esse comprobantur, qui dum exempla bonorum operum circumquaque per sanctam famam tribuunt, quasi odorem, quo agroti sanentur, aspergunt.

E Eodemque recidunt, & quæ dicuntur à Philone Carpathio, doctores sanctos per mandragorarum metaphoram designatos accipiens, qui mandragorarum fructus, atque odores similes de se ferunt.

F Secundo principali sensu, Ambrosius ob alias mandragorarum conditiones Gentiles sub earum metaphora designatos sumit: nam in Sermon. 19. in Psal. 118. vers. 4. hæc habet: *Perique discernunt quemdam inter mandragoras sexum, vt & mares putent esse, & feminas, sed feminas grauis odoris.* Significat ergo gentes, quæ anteferebant, cum essent infirmiores, euitata quadam imbecillitate perfidiæ boni odoris fructus ferre cepisse postquam in aduentum Domini crediderunt. Prosequitur vero Ambrosius ibidem & historiam perpendere mandragorarum Ruben, de quibus in lib. Gen. quæ non faciunt ad rem nostram.

Ad hunc Ambrosij sensum spectat, & quod ait Rupertus Abbas, qui præter proprietates allatas à Cassiodoro, addens & aliam mandragorarum vim, quod medeatur sterilitati, illam Isaia prophetiam; *c Landa sterilis, quæ non parturit, quoniam multi filij deserte magis, quam eius, quæ habet virum*, &c. hoc loco impletam significari censet, ac si dicatur, *In portis nostris*, id est, dum adhuc sumus in finibus nostris, in finibus Iudaicis odorem suum dederunt mandragoræ, sæcunditate significantes, de loco sterilitatis, atque de gente sterili, prout patuit in Eunucho Cædaci, in Cornelio, & alijs.

Ad sensum pariter istum referenda sunt, & quæ dicuntur ab Aponio, qui tamen per id, quod dicitur, in

Fama bona designata per vinaragoras. Augustin.

b 1. Tim. 3. 7.

Cassiodor. Mandragorarum proprietates quinque.

c Psal. 89. 1.

Beda. Mandragoræ medentur nausæ.

Greg. Pap. Perfecti designati per mandragoras.

Philon. Carpathio. Doctores designati per mandragoras.

Ambrosius.

Centiles designati per mandragoras.

Ryp. Abb.

in Aponio portis

Verf. XIII. cap. VII. *Mandragoræ dederunt odorem suum. In portis nostris omnia poma: noua, & vetera dilecte mi, seruavi tibi.*

EXPOSITIO IV.

De tertia Sponsa, quæ est B. V. Maria.

8 **M**anifestat in his Christo dilecto suo Virgo Gloriosa, quid se consecuturâ confidat per id, quod simul egressis in Ecclesiæ agrum, & villas, ibi ei ostendet exhibebitque vbera sua, per illa, quæ is suxit, eum pro peccatoribus obsecrans; fructum sane maxime iucundum, conuersionem nimirum, & sanctificationem etiam illorum, qui in terra radices habebant infixas: Ac si dicat.

Colligam ibi in agro speciosissima, & fragrantissima sanctitatis poma ex mandragorarum plantis, in terra radices habentibus, quatenus terrena penitus relinquere nequeant, promptaque tibi vltra priorum Sanctorum poma exhibebo, & noua: Exploratum enim habeo id, quod à te dictum aliquândo fuit, *a Gaudium maius esse in celo super vno peccatore penitentiam agente, quam supra nonaginta nouem iustis.* Nititur sensus iste in lectione versionis Septuag. quæ habet, *Omnia poma noua super vetera, &c.*

Maria proponit Christo fructum conuersionis etiam hominū mundi.

Paraphras.

a Luc. 15. 7.

Verf. XIII. cap. VII. *Mandragoræ dederunt odorem suum. In portis nostris omnia poma: noua, & vetera dilecte mi, seruavi tibi.*

Appendix Expositionum, Ex antiquis Patribus collecta.

9 **P**araphrasis Chaldaica. Et cum fuerit voluntas à facie Domini, vt redimat populum suum de captiuitate, dicetur Regi Mesiæ: Iam completus est finis

portis nostris, patet significari prope finem mundi, per mandragoras tamen herbam, cuius radix similitudinem habet hominis absque capite. Gentes intelligit illas, quæ per legem naturæ rationabilibus hominibus similes sunt: caput vero fidei non habent, ut significetur prope finem mundi ex omni gente, quæ sub sole est, conuertendos complures ad Dominum, & credendo, odorem confessionis suæ exhibituros.

Iudei designati per mandragoras. Anselmus.

Porro quæ de vniuersis gentibus interpretatur Aponius, de conuersione Iudæorum accipit Anselmus, quod Iudæi sint absque capite Christo: per portas tamen nostras Anselmus intelligit fidem, ut quod hic dicitur, significet, Iudæos iam dedisse bonam opinionem suæ conuersionis, idoneos se exhibentes ad recipiendam fidem.

Philo Carp. Patres, & Sancti veteris testamenti designati per mandragoras.

Philo Carpathius per mandragoras Patres illos Sanctos veteris testamenti designatos hoc loco censet, qui cum virtutum odore ad inferos descendere, quandoquidem mandragoræ radices sub terrâ agunt, humanæ figuræ similes, quæ & cadaueris imaginem præ se ferunt: quemadmodum & Patres ij humanæ quidem naturæ participes, sed à vera Dei gloria sub terra mortui, bene olentes extitere vsque ad Christi Resurrectionis diem, in quo mercedem sui odoris acceperunt sine fine victuri.

II Theodorus. Mortificatio designata per mandragoras.

Denique Theodorus, atque Tres Patres mandragorarum mentionem hic factam arbitrantur, quatenus soporiferæ eadem sunt; at diuersimode: Nam Theodorus, quod hic dicitur, referens ad mortificationem, ait: Mandragoræ vis est, ut medici tradunt, soporifera; quare, cum præceptum sit nobis, ut mortificemus membra, quæ sunt super terrâ, id est, ut mortua ea malis actionibus reddamus, merito mandragoram hic posuit, & dixit: Mandragoræ dederunt odorem suum: id est, cœperunt homines dormire peccatis. Et quemadmodum qui mandragoram hauserunt, corporis motiones non sentiunt, ita qui piæ doctrinæ poculum biberunt, perturbationes studet consopire.

Tres Patres. Species creaturarum & nobis scriptura designata per mandragoras.

Tres vero Patres apud eundem Rerum, inquit, sensibiliu species, & ipsius scripturæ notæ quasi mandragoræ quædam faciunt, ut mens per sensum illis inherens, non autem per eas ad veritatem vigilanter ascendens, obdormiscat, & torpore veluti stoliditateatur: præbuerunt odorem rationū veritatis in rebus omnibus existentis, si spiritualiter considerentur.

Ambrosius.

Qui versionem Sept. sequuntur, referunt ad subsequenta, quod dicitur, In portis nostris: tamen in lectione non concordent: siquidem Ambrosius Serm. 22. in Psal. 118. vers. 8. ita legit: Et in floribus nostris omnis sætas arborum. Philo Carpathius, Et in portis nostris omnis fructiferæ arbusculæ, quod ita exponit, & in sensibus nostris, per quos, uti per portas, & mors, & vita egreditur, in cogitationibus nostris nil est, quod Deum offendant: quin potius id omne est, quod in Dei laudem, honoremque redundet.

Theodorus. Tres Patres. In iustus sunt omnia virtutum genera.

Theodorus autem, atque Tres Patres: Et in portis nostris noces, seu, omnia poma. Quod ob id dictum ait Theodorus: quia varijs abundat fructibus, qui Ec-

clesiæ disciplinam susceperit. Tres vero Patres ita id tribuunt piæ animæ, ac si illa dicat: In sensibus meis, qui veluti portæ quædam, educunt quidem me ad te ut rerum omnium causam per naturalem ipsarum in spiritu contemplationem inquirendum: Introducunt autem te ad me per mentis cogitationem, promptæ sunt omnes in rebus procreatis insitæ veritatis rationes, quæ tamquam noces tum per scripturæ notas, tum per rerum sensibilibus species Iudæorum, Græcorumque stultitiam nutriebant.

In postrema demum parte quod dicitur: Omnia poma noua, & vetera dilecte mi, seu iuxta versionem Septuaginta, Noua, & vetera, aut ut alij legunt, Noua super vetera, fraterne mi, seruauit tibi: modicis hisce verbis exponit Ambrosius, sermon. 22. in Psal. 118. vers. 8. Teneo mandata omnia noui, & veteris testamenti, id quæ à sola Ecclesia dici posse ait, non à synagoga: quæ nec secundam litteram noua tenet, nec secundum spiritum vetera, quod nedum de præceptis, sed & de promissionibus, & vaticinijs, & dictis tam in nouo, quam in veteri testamento intelligunt fere communiter Patres, probantque simili dicto Redemptoris nostri in Euangelio: Omnis scriba doctus in regno Dei, id est, in Ecclesia, similis est Patri familias, qui profert de thesauro suo noua, & vetera. Porro Christo illa seruata asserit Ecclesia secundum Cassiodorum, Aponiū, Bedam & alios: quia per Christum, & in Christo ea omnia impleri & impleta esse faterur.

12 Præcepta noui, & veteris testamenti seruauit ab Ecclesia. Ambrosius.

Secundum Gregor. Papam, quia sic nouum Testamentum Ecclesia recipit, ut vetus non abiciat: sic vetus veneratur, ut nouum semper in ipsis sacrificijs carnalibus per Spiritum intelligat, in nouo Christum venisse congaudens, in veteri autem semper venturum expectans.

Mat. 13. 52 Testamētum nouum & vetus quomodo Christo seruauit Ecclesia.

Cassiodorus. Aponius. Beda. Greg. Papa.

Theodorus legens: Noua super vetera, quæ dedit mihi mater mea, nepos mi seruauit tibi: Veteris, inquit, testamenti præcepta, & noui Testamenti mandata, quæ à matre mea Spiritus sancti gratia accepi, seruauit tibi & depositum integrum custodiui.

Theodorus.

Quo loco notandum & id, quod ait Augustinus lib. 20. de Ciuit. Dei cap. 4. præferri veteribus noua: quia, quamuis vetera priora sunt tempore; noua tamen præcellunt dignitate, cum illa vetera sint nouorum præconia.

Augustinus.


Præter hunc autem sensum Tres Patres ita hæc reddunt: Recentes euangelicas rationes cum antiquis Græcorum, Iudæorumque ignorantia, tum naturalibus tum scriptis rationibus coaceruatas seruauit tibi, quoniam & per scriptas illas purgata, ac moribus instituta sum, & per naturales illuminata, ut per eorum quæ facta sunt, contemplationem te omnium conditorem agnoscerem, & per spirituales perfectæ, ut te intelligerem, & prædicarem.

Tres Patres.

Cassiodorus, Beda, & Iustus Orgelitanus, Sanctos noui, & veteris testamenti ab Ecclesia Christo seruatos hic significari, inquit, per quem solum illi in cœlum ingredi poterunt. Et quia ipsum vnum prænuntiauerunt, aut prædicauerunt, & prædicant.

Cassiodorus. Iustus. Org. Beda. Iustus & veteris, & noui Testamenti Christo seruati.

CAPVT OCTAVVM.

- 1  *Vis mihi det te fratrem meum fugentem ubera matris
mea, ut inueniam te foris, & deosculer te, & iam me
nemo despiciat?*
- 2 *Apprehendam te, & ducam in domum matris meae: Ibi me
docebis, & dabo tibi poculum ex vino condito, & mu-
stum malorum, granatorum meorum.*
- 3 *Laeva eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.*
- 4 *Adiuuro vos filiae Ierusalem, ne suscitatis, neque euigilare faciatis dilectam,
donec ipsa velit.*
- 5 *Qua est ista, qua ascendit de deserto, deliciis affluens, innixa super dilectum
suum? Sub arbore malo suscitauit te: ibi corrupta est mater tua, ibi violata
est genitrix tua.*
- 6 *Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum:
quia fortis est ut mors dilectio: dura sicut infernus amulatio, lampades
eius lampades ignis, atque flammarum.*
- 7 *Aqua multa non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent il-
lam: si dederit homo omnem substantiam domus suae pro dilectione, quasi
nihil despiciet eam.*
- 8 *Soror nostra parua, & ubera non habet: quid faciemus sorori nostrae in die,
quando alloquenda est?*
- 9 *Si murus est, aedificemus super eum propugnacula argentea: si ostium est, com-
pingamus illud tabulis cedrinis.*
- 10 *Ego murus: & ubera mea sicut turris, ex quo factus sum coram eo quasi pa-
cem reperiens.*
- 11 *Vinea fuit pacifico in ea, qua habet populos: tradidit eam custodibus, vir affert
pro fructu eius mille argenteos.*
- 12 *Vinea mea coram me est. Mille tui pacifici, & ducenti his, qui custodiunt fru-
ctus eius.*
- 13 *Qua habitas in hortis, amici auscultant: fac me audire vocem tuam.*
- 14 *Fuge dilecte mi, & assimulare capreae, hinnuloque ceruorum super montes
aromatum.*

C A P I T I S O C T A V I

V E R S I C U L V S P R I M V S.

Quis mihi det te fratrem meum, sugentem ubera matris meae, ut inueniam te foris, & deosculer te, & iam me nemo despiciat?

EXPOSITIO I.

Iuxta sonum litterarum.

I
Canticorum
capitulum octauum
et peroratio
totius libri.



Ameti totum id, quod hoc capite octauo habetur, ad Actum quintum & vltimum ita pertineat, vt illius principium fini connectendum sit praeceidentis capitis septimi; summa tamen ratione illud à veteribus Patribus dissectum à superioribus fuit, & tamquam totius amatorij huius Cantici peroratio, in extremum caput dispositum: vt pote in quo non iam amantium explicantur laudes; sed vel amor ipse celebratur, vel amoris mutui efficacissime exprimentur affectus, quorum per totum opus sparsim hinc inde varia exhibitae fuerant indicia. Hos quippe affectus mirum in modum hac ipsa prima, & subsequentibus sententijs exprimit sponsa haud alij, quam ipsimet dilecto suo, praesertim in lectione Hebraica, in qua per asynthon profert verba omnia in hunc modum: *Inueniam te foris, deosculabor te, apprehendam te, duram te in domum &c. potabo te, &c.* Nouimus namque iuxta Rhetorum doctrinam figuram istam *ἀρβυδάτωρα*, quam Latini dissolutionem appellat seu Articulum, & secundum quam demptis coniunctionibus plura dicuntur acriora facere, quae asseruntur, & vim quandam praeseferentia velut sapienter erumpentis affectus, vt inquit Quintilianus lib. 9. cap. 3.

Quintil.

Porro, cum constet, ea quae hic dicuntur, ad superiora spectare & cum ijs connecti debere, quae immediate dicta fuerunt communiori quidem sensu ea vt superiorum ratio defumi solent: quod in hunc modum egregie explicat Legionensis, quem reliqui sequuntur recentiores, vt sponsa in his verbis significet, se ad eam amoris magnitudinem iam peruenisse, vt pati nullo modo possit, sibi vllum amori, & complexibus vacuum praeterire tempus, atque adeo optare, vt id quoque sibi liceret domi, forisque cum dilecto suo, quod licet forori cum fratre infanulo, quem ubicumque in vlnas, complexusque accipit, & osculatur. Tunc enim nec ipsa ab vllo despiceretur, si eadem illi prestaret: sed quoniam neque pudor patitur, neque mos permittit, ea palam fieri in Vrbe, & ipsa hominum permissa multas quotidie affert causas, quae amantibus, quominus sine interpellatione se ament, solent esse impedimento: idcirco rus, illum inuitare, & vitae rusticae amare libertatem: In cuius sensu confirmationem facit quod apud aliquos legitur: *Ut inueniam te foris solum &c.*

Legionensis.

2 Cant. 7.
13.
Martinus
Del Rio.

Melius cum ijs, quae mox dicta fuerant, a *Mandragorae dederunt odorem suum*, ita haec ipsa connectit Martinus del Rio, vt in his explicetur prior mandragorarum effectus, nempe vehementer gliscens ardor amoris: cuius indicium clarissimum ista sit pathetica, & affectuosa exclamatio, qua per teneberrimam similitudinem affectum animi sponsa nititur explicare. Qualis vero iste eius esset affectus, his verbis ab eodem exponitur. Peruenerat ad culmè amoris, & quia quod amabat infinitum erat non poterat id amando experi: vt tamen quoad posset, consequeretur, vni amori vacare volebat. Ad hoc necessarium intelligebat, à dilecto numquam auelli, & solis eius amplexibus inhaerere. Sed, quia nonnihil in publico sic illum deos-

A culans conspici verecundabatur, moleste ferebat hunc, sibi fructum dilectionis iugem à spectatoribus turbari & interrumpi: quapropterea optat, dilectum sibi cunctorum iudicio similem fieri infanulo fratri obuiuo, & vt tali sibi coram hominibus frui liceat, &c.

Vt autem dicam ipse quid sentiam, duobus modis crediderim haec cum superioribus iungi commode posse, atque adeo & duplicem eorum, quae hic dicuntur, afferri posse sensum. Vel enim referentur ad totum id, quod iam dictum fuerat: *ibi dabo tibi ubera mea: Mandragorae dederunt odorem suum: In portis nostris omnia porta, &c.* vt per haec sponsa prudentissima duo simul efficiat, & vehementissimum suum erga dilectum eo modo, quo potest patefaciat amorem, & tacitae cuiuspiam fatisciat obiectioni, quae sibi fieri potuisset ob id quod in praedictis modicis verbis sibi inuicem pugnantia asserere visa esset. Haec namque duo contraria esse quis dixerit: quod ait se ita amore in suum succensam dilectum, vt prompta ei seruarit omnia porta, seu vt in promptu habeat, omnia amoris indicia illi exhibere, prout supra explicatum est in sensu quarto: & tamen nullum tale tunc exhibeat vel in osculis, vel in amplexibus, sed dicens, *ibi dabo tibi ubera mea*, pati se posse significet dilationem tantam, quanta illa fuerit, necesse est, quoad vsque ad villas, vineamque peruenissent. Praeclare autem hisce omnibus satisfacit dum insigni hac pathetica: & (vt ita dicam) affectuosa exclamatione coram adstantibus sociabus ita ipsum alloquitur dilectum: *Quis mihi det, &c.* indicans suam erga illum tantam esse dilectionem, adeoque prompta ei seruasse vnuerfa amoris indicia; vt optet & in eo quoque loci, vbi tunc reperiatur, coram adstantibus osculari ipsum, atque complecti, si purum castumque amorem ipsum suum deceret, prout decet amorem sororulae reperientis fratrem suum infanulum foris vel in agro, vel in foro, & platea, vt ita nec ipsam despiceret quispiam, si tunc inuentum, obuiumque eum osculari, complexu apprehenderet, &c. Sicut nemo est qui sororulam illam subfannet: ideoque se dixisse, *ibi, in villis, & in vinea, vbi soli verfabimur, dabo tibi ubera mea*, in tuos nimirum ruens complexus: aequè est namque, ac si dicat.

Egrediamur in agrum, &c. Ibi ubera, amoresque meos affatim tibi dabo: suum enim vehementissima tui dilectione succensa, ita vt mandragorarum philttrum sumptisse videat, tibi què vni prompta habeo vnuerfa amoris indicia; & quidem ni pudor ipse & decor me contineret honestatis, nil certe aliud impedire me posset, quin & nunc coram hisce omnibus in tuos ruerem amplexus. O vrinam mihi modo esses tanquam fraterculus sugens *ubera matris meae*. Sane inueniens te quocumque loci, deoscularer, nec quisquam me despiceret, nec quid mihi esset dedecoris, quae vt pudicissimi sponsi coniux pudicitiam praeter omnibus, & decorum profiteor honestatis.

Vel secundo, haec ipsa admodum congruenter ijs subiecta sunt, quibus immediate ipsa met sponsa vehementiam sui expresserat amoris, quando postquam dixerat, *a Mandragorae dederunt odorem suum*, id est, *Secundus sensus.*

Paraphras. 13.

Primus sensus.

Sponsa praesentis Cantici amor purissimus. Cant. 7. 12. & 13.

Secundus sensus.

Cant. 7. 13. vehem.

vehementius amore succensa sum (vt supra explicatū est sensu quarto) adiecit: *Omnia poma, noua, & vetera, dilecte mi, seruaui tibi*: id est, omnia amoris indicia tibi exhibenda seruaui tum noua, tum vetera. Porro, quod noua seruarit, iam patefecerat, cum dixisset: *b Ibi dabo tibi uera moa*. vti videlicet dilectissimo sponso propter nouam recentemque desponsationem: id reliquum erat, vt confirmaret, quomodo ei seruarit & vetera: hoc illud est, quod efficacissime in hac facit sententia, in qua testatur, se id quoque habere maxime in optatis, vt antiquissimum amorem illi posset exhibere, quem fratri pulioni exhibent fororcula, ac si dicat.

b Cant. 7. 11.

Paraphras. 11.

6 Cant. 1. 5.

O vtinam repuerascere possemus, liceretque mihi vetustissimum illum tibi ostendere amorem, quem tibi tunc vt dilectissimo exhibebam fratri. O vtinam fieri posses mihi sicut frater germanus, & infantulus sugens vbera matris meae. Quarerem te vt soror, inuentumque foris, & extra domesticos parietes deoscularer. Sane pro certo haberem, quod iam me nemo despiceret, prout à vobis filiae Ierusalem c despectam noui aliquando, cum in me consideraretis id tantum, quod fusca essem: Viderent namque vniuersi quod tamen si essem nigra, formosa nihilominus essem, vt pote tā formosi fratris soror, tamve speciosi dilecti charissima sponsa.

Aquila.

Symmach.

Aquila.

Quoad lectionum varietatem notandum pro eo, quod noster Interpres consueta optandi sacrarum literarum phrasi legit, *Quis mihi det te fratrem meum*, in Hebræo clarius haberi, *Quis det te, sicut fratrem mihi*, prout recte ad verbum transtulit Aquila. Septuag. in vocatino sumentes fratris nomen vertunt, *τίς δόνος ἀδελφίδι μου θυλάσσορα*, *Quis det, fratrem mi, sugentem*, &c. Videtur autem vsurpasse fraterni vocabulum pro nomine fratris: vnde Ambrosius sermon. 19. in Psal. 18. vers. 8. non fratrum, sed fratrem legit. Quod autem in Vulgata legimus, *Vt inueniam te*, quomodo vertit & Symmachus. Hebræa habent in futuro, *Inueniam te*. Septuag. *ἐπινοήσας, inueniens te*. Tertio pro voce, *foris*, qua vsus est noster Interpres, & Septuag. in Hebr. est *בַּחוּץ* bahutz, quæ & foris significat, & in platea. Vnde quidam interpres Græcus illam vertit *ἐν ἀγορῇ*, in agro. Alius vero, *ἐν ἀγορῇ, in foro, seu, in platea*. Denique pro eo, quod legimus, *Et iam me nemo despiciet*, sexta editio habet, *Et nemo me paruifaciet, seu, vilipendet*, Aquila vero, *Haud amplius subsannabunt me*. Sunt qui in Vulg. legunt, *Et iam me nemo despiciet*: Melior tamen lectio est, vt disunctim legatur, *Et iam me nemo despiciet*.

Vers. I. cap. VIII. *Quis mihi det te fratrem meum sugentem vbera matris meae, vt inueniam te foris, & deosculer te, & iam me nemo despiciat?*

EXPOSITIO II.

De prima Sponsa, quæ est Ecclesia sancta.

2 Secundus sensus. Peroratio quæ congruat exordio huius libri.

3 Cant. 1. 1.

Perorationem eorum, quæ in hoc Cantico hinc & inde huc vsque dicta fuerunt, cum in hoc extremo cap. 8. facere sancta velit Ecclesia, congruentissimo sane ordine inde illam incipit, vnde opus, & drama ipsum sumpsit exordium, ab osculis, & ab vberibus, sed diuersimode, & ordine pariter diuerso: In exordio namque oscula efflagitauit diuini Verbi, eiusdemque vberum gustatam euexit dulcedinem, dicens: *d Osculetur me osculo, seu, ab osculis oris sui: Quia meliora sunt vbera tui vino fragrantia, vnguentis optimis*. Hic autem vbera præmittens osculis, suauent illi proponit vbera,

A proponit & oscula, vt grandior iam effecta, atque perfectior, quin & vinum quoque, & vnguenta, pariter sua eidem in subsequenti pollicetur sententia. Sed hæc certe haudquaquam ei auderet proponere, nisi iam ab ipso per Incarnationis mysterium, & osculo oris osculata fuisset, & dulcedine atque doctrina vberum fuisset refecta. Non incipit autem ex abrupto hanc perorationem, sicut inceperat exordium: at in confirmationem eorum, quæ à se dicta fuerant in vltima sententia capitis septimi, e *Mandrāgora dederunt* c Cant. 7. 3.

B odorem suum: In portis nostris omnia poma noua, & vetera dilecte mi, seruaui tibi, id probat, quomodo charitate succensa nedum noua, sed & vetera amoris indicia suo seruaui dilecto: quod enim noua seruarit, facile quilibet colliget ex ijs, quæ superius ab ipsa dicta fuerunt in noua infidelium conuersione, quæ faciendā tunc erat per sanctos suos Prædicatores; vt nouo sponso exhibituram vbera sua, amore nimirum sponsa etiani in gentibus illis Christum profecuturam: Nunc antiquissimum quoque eidem suum proponit affectum fororis in fratrem, sed quia semel tantum multis ab hinc annorum sæculis frater paruulus factus is est, quando infans natus est in præsepio, eundem vt illi seruatū exhibeat affectum suum, ei exhibet desiderium inueniendi saltem illum denuo fratrem paruulum sibi foris concessum in sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, in quo quædam fieri videtur Incarnationis renouatio. Loquitur autem in persona eorumdem prædicatorum, in quorum persona locuta est & in præcedentibus. Qui sane Prædicatores sancti duo in primis exoptant in ijs, quos in agro, atque in villis conuerterint, frequentationem huius sanctissimi Sacramenti, atque deuotionem in orationibus ante idem Sacramentum exhibitis: quorum duorum affectum mirum in modum in his expriment, cum dicunt: *Quis nobis det te fratrem nostrum sugentem*, &c. Ostendamus primo, quomodo per hæc affectum expriment ingentis desiderij frequentia sanctissimi Sacramenti: singula namque verba maximam habent vim. Primo enim, cum dicere potuissent simpliciter, Vtinam te videremus, seu te haberemus fratrem nostrum, multo efficacius singuli eorum dicunt: *Quis mihi det te fratrem meum*: quasi obstupescentes primum immensam sacerdotum potestatem, qua quodcumque voluerint, cellissimum, omnipotentem, & incomprehensibilem Deum nobis elargiri possunt terris demissum, sub exiguis accidentium speciebus contentum fratrem nostrum paruulum, & nostra carne indutum, quomodo eundem iam diu nobis dedit Dei genitrix Maria, quando efficacius Spiritus S. in eam superuenit, & virtus Altissimi obumbravit ei. Sed illico dicet aliquis, si frequentationem optant Prædicatores isti huius Sacramenti, cur dicunt: *Sugentem vbera matris meae*, naturæ scilicet humanæ? sane enim dicere potius debuissent: *Lactantem vberibus naturam humanam, matrem meam*. Facile tamen huic fatisset dubio, si recolamus, quæ de sponsa vberibus ab ipsomet eius dilecto dicta fuere supra in cap. 4. a ibi namque exinde potissimum celebrata sunt, quod pascantur potius, quam pascant: atque adeo assimilata fuere duobus hinnulis capræ gemellis, qui pascuntur in lilij. An non candidissima lilia sunt species Sacramentales? An non & quod sub iisdem speciebus est corpus Christi, lilium est præstantissimum, & flos vniersas in se habens species florum, qui de semet dixit, b *Ego flos campi, & lilium conualium*? Pascuntur autem, vt hoc loco significatur, qui in Sacramento communicant, quatenus Christus sugit eorum vbera: & tamen in sumptione tanti Sacramenti ore pasci videntur; re vera tamen pascuntur potius vberibus affectum, quæ cum sint instar spongiæ, Christo sugenti & lac exhibent pietatis, deuotionis, ac puritatis, & à sugente tamquam à perenni gratiarum fonte dulcissimo implentur pabulo gratiæ, refectiois spiritualis, & virtutis eiusdem Sacramenti, sine quo nil certe prodesset, quæ per os fit sumptio

Eucharistiæ frequentationem quam ardentius in fidelibus optent sancti quique.

3

In Eucharistiæ Christi sugit vbera communicantium iisdem que vberibus illos pascit. a Cant. 4. 5.

b Cant. 2. 1.

Prædicatores S. nulla de re magis referre Deo gratias norunt, quam de fructu frequentie sacramenti, quem summatione eiusdem sacramenti recipiunt.

c Psal. 113.

sumptio sacramentalis. Bene autem in persona eorumdem sanctorum Prædicatorum addit, quid eorum singuli facturi tum sint, dicens: *Vi inueniam te, seu simplicius iuxta Hebr. Inueniam te, aut iuxta Septuaginta inueniens te foris, seu, in agro deosculer, seu, deosculabor te, & iam me nemo despiciet.* Tantum enim gratiæ consecuti, ut & inter eos, qui prius bestiarum instar in sæculi huius agro viuebant, Christum inueniant fratrem paruulum in sanctissimo Sacramento effectum, sugentem vbera affectuum eorum, iisdemque vberibus illos in eiusdem Sacramenti communionem paciscentem spirituali refectione. Quid efficerent, nisi id, quod per Prophetam ijs significatum est: *Quid retribuam Domino pro omnibus que retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam & nomen Domini inuocabo.* In salutari eiusdem Sacramenti calice ipsum accipiunt fratrem paruulum; sed antequam illum Sacramentaliter sumant, eius ut Domini dilectique sui inuocant nomen, faciuntque id osculo, quo fit vnio spiritus, atque cordium osculantur, & osculati. Ideoque prius dicitur, *Osculabor te: tum subditur, apprehendam te.*

4

In Eucharistia frequentia vniuersum Ecclesiam aufertur opprobrium.

d Isa. 4.1.

Ecc. 7.29.

c Isa. 4.1.

In Eucharistia communionem animam per osculum inuocat nomen Domini super se, quidue per hoc consequatur.

f Gal. 2.20.

g Isa. 62.4.

h Ibid.

Per Eucharistia summationem quomodo inhabitari dicitur terra anime.

Paraphras.

Porro inter hæc duo admodum congruenter Ecclesia sancta in persona propria loquens, ea ponit verba, *Eriam me nemo despiciet.* Siquidem cum per purissimum iam dictum, castissimumque fidelium suorum osculum, ita super ipsam inuocatur nomen Domini residentis in sanctissimo Sacramento, ut eius & sponsi, & fratris paruuli, necessario consequitur, ut iam à nullo prorsus despici debeat: quandoquidem & illæ septem mulieres apud d Isaia, significantes vniuersam humanam naturam, & Ecclesiam ipsam apprehenso Christo vero illo vno, de quo per Salomonem dicitur: *Vinum de mille vnum reperis: istud ipsum ei contestant, dicere: e Tantummodo inuocetur nomen tuum super nos: aufer opprobrium nostrum.* Quamquam & in persona quoque vniuersiusque exosculantis eundem Christum in ipso Sacramento dicta hæc accipi commodissime possunt: Enimvero qui, antequam Sacramentaliter Christum apprehendat, per spiritale osculum ita illi vnitur in spiritu; ut cum Apostolo dicere queat: *f Vno ego, iam non ego, vnus vero in me Christus:* nomen profecto Christi super se inuocat; adeo ut iam amplius despici à nullo debeat, quod sceleribus niger sit, quodue à Domino sit derelictus, iuxta illud Isaia: *g Non vocaberis ultra desolata, & terra tua (cordis tui) non vocabitur ultra desolata, sed vocabitur voluntas mea in ea.* Verba sunt Domini ad animam. Quid est autem: *vocabitur voluntas Domini in ea*; nisi illa vocabitur habens in se Spiritum Domini, quem per osculum suscepit, & vocabitur vnus cum Domino spiritus, sicuti osculo possessa est, quo illum inuocauit super se? Ideoque egregie apud eundem Prophetam adjicitur: *h Et terra tua inhabitabitur, quia complacuit Domino in te, & terra tua inhabitabitur: bisque dicitur, Et terra tua inhabitabitur: Nam quæ primo desolata habebat terram cordis sui, cum in tenebris peccatorum nigra esset, & à Domino derelicta, cum primum, inuento in sanctissimo Sacramento Christo ad eius accedit osculum, inhabitatur sane ab eodem Christo, cuius in se suscepit spiritum, cui & vnitus; ideo primum: *g inhabitabitur* (inquit) terra tua, quia complacuit Domino in te. Sed postmodum cum & sacramentaliter eundem in speciebus sumit sensibilibus, addendum denuo est: *Et inhabitabitur terra tua*, ab ipso scilicet Domino presentia nedum spirituali; sed & sacramentali: Itaque quod in hac sententia asserit Ecclesia iuxta ea, quæ hucusque dicta sunt, breuiter tale est.*

O vti nam & pomis veteribus, præstantissimisque amoris indicijs, quibus quando Sanctissimum Eucharistia Sacramentum in antiqua illa cœna instituiti, te ex tunc profecuta sum, prosequi & nunc possim in agro, atque in villis, videns tanti sacramenti frequentationem inter eos, qui vel ex agro ad fidem, vel ex villis ad iusticiam conuersi sunt: quis tantæ erit potestatis, ut dare te, & nunc queat in hoc sanctissi-

mo Sacramento paruulum fratrem nostrum, prout te exhibuisti in præsepio, sugentem non tam vbera Mariæ Virginis matris tuæ, sed vbera humanæ naturæ matris meæ, in hominibus hisce, quos tuo pascis corpore? sugensque, ex affectuum eorum vberibus spirituali te pascis deuotione. Sane cum in sanctis meis Prædicatoribus in agrum egressis, atque in villas foris in ipso te reperero agro, pro tantæ gratiæ compensatione in tuam oscula, spiritualiter primum communicans tantum Sacramentum, osculoque spiritum nomenque tuum inuocabo super me: vnde & spem concipio, quod iam me nemo despiciet ut nigram: nemo despiciet Prædicatores ipsos meos vt derelictos, quos Domino vnitos, & vnum spiritum cum Domino existentes, atque adeo & nomen eiusdem Domini super se habentes intelligent.

Reliquum modo est, ut & alterum explicemus, quæ scilicet ratione Ecclesia in iisdem Prædicatoribus suis deuotionem per hæc se exoptare significet orationum ante idem Sacramentum ab ijs effusarum, quos in agro conuerterunt, atque in villis. Pro qua re animaduertendum Ecclesiam primo ipsum eorundem Prædicatorum magno cum affectu proferre desiderium, cum dicit: *Quis mihi det te fratrem meum sugentem vbera matris meæ?* Ac si dicat.

Vtinam, & id quoque mihi concedatur, ut in sanctissimo Eucharistia Sacramento paruulum mihi exhibeatis fratrem etiam in agro, atque in villis: in ijs, qui ex agro infidelitatis, & iniquitatis per meos conuersi sunt Prædicatores, sugentem deuotionis vbera naturæ humanæ, quæ mater mea est. Tum subdens, quid factura sit in vnoquoque eorumdem Prædicatorum: qualiter deuotio ipsa ante idem Sacramentum exhibenda sit, edocet: Ait autem: *Inueniam te foris, osculabor te, seu etiam optanter: Quis mihi det, ut inueniam te, sic fratrem meum, effectum, inueniam foris, & deosculer te?* sequeturque postea in sequenti sententia: *Apprehendam te, &c.* Porro dicens, *Vi inueniam te foris*, verbo inueniendi necessarium indicat studium eius, qui deuote orare voluerit, ad quod nos hortatur Isaia Propheta, qui ait: *a Querite Dominum dum inueniri potest, inuocate eum dum prope est.* Quando vero magis prope est, quam cum in sanctissimo est Sacramento? Propterea satis apte ad verbum ipsum inueniendi illud apponit aduerbium, foris, nimirum extra illum celsissimum thronum, super quo in cœlis residet absque illa inaccessiblei maiestate, qua in altissimis regnat, ante quam contremiscunt & Angeli. Hoc, inquit, opto, *ut inueniam te foris*, ac super altari in forma humili vb modicis speciebus paratum te exhibentem ad singulos audiendos, ad vniuersis gratias elargiendas, atque ad omnium oscula suscipienda. Hinc bene subicit: *Et deosculer te.* Nam sicut quando Rex magnus foris in agro, vel ruri residet, aut etiam quando priuatum in aula se exponit, singulis ad ipsum datur accessus, vnicuique & libellos supplices eidem offerre fas est, quin & genua eius deosculari: Ita & ad Christum foris sic super altari residentem nedum vnicuique accedere permittitur, sed & quisque accersitur ijs vocibus: *b Accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestra non confundentur:* Imo & quod summæ in nos gratiæ, & eximie illius humilitati, ac dilectioni erga nos adscribendum est, vnicuique fas est, vt illum deosculetur nedum in pedibus, sed & in manibus, & in ipsomet eius ore. Cum enim triplici affectuum genere Christo in sanctissimo Sacramento foris inuento orantes aditare velit Ecclesia, bene haud signans, quo osculo eum velit osculari, genericè inquit: *Et deosculer te*, triplici nimirum, omnique osculi genere: osculatura illi cum Maria Magdalena c sacratissimos pedes affectibus contritionis cum aspirationes ante eum proferet, confitens peccata sua, quibus iram Dei meruit, misericordiamque, & veritatem eiusdem Dei pedes lacrymis suis rigabit: secundoque gratitudinis

Alter sensus. Orationum deuotionem ante sanctissimum Sacramentum quam optet Ecclesia.

Paraphras.

a Isa. 55.6. Querendum sedulo, vbi oratio fiat ante sanctissimum Sacramentum super altare.

Simile.

b Ps. 33.6.

In oratione ante sanctissimum Sacramentum Christus exosculatur triplici osculo ab anima orante. Osculum tripliciter. c Luc. 7.38.

dinis affectu manus pariter osculatura fratris sui Christi, cum aspirationes proferet gratiarum actionis pro innumeris eius muneribus, quæ è largissimis illius manibus in se collata cognoscit. Osculo siquidem manuum eius, qui beneficia confert, gratiarum actionis affectus designatos, colligimus manifeste ex libr. Ecclesiastici, ubi dicitur: d *Donec accipiant, osculantur manus dantis, & in promissionibus humiliter vocem suam.* Sed de hoc manuum osculo, de-

d Eccl. 29.5

In oratione ante sanctissimum Sacramentum osculo potissimum oris, & charitatis anima Christum deosculatur. e Cant. 1. 11.

Cant. 2.4.

6

a Psal. 9.17

b Cant. 4. 11.

c Cant. 7. 12. Osculari & dare vbera ab anima orante idem sunt Cor e. & os, & vbera anime. Simile.

7 Ad orandum ante sanctissimum Sacramentum quid potissimum excitare debet.

d Psal. 41. 1.

e Psal. 41. 5.

f Psal. 76. 4. g Isa. 60. 5.

que gratitudinis, & gratiarum actionis affectu ascendere ulterius optans ad osculum oris, quo in primis collimavit, *Et deosculer* (inquit) te, affectu nimirum ardentis charitatis, quomodo & ab ipso osculatam antiquitas se novit in Incarnationis mysterio, iuxta id, quod ab eo petierat in principio huius Cantice: quomodo & in ipsomet Eucharistiæ Sacramento renovatis osculis ab eodem osculari se animadvertit, cum per illud incellam vinariam introducta instructam super se agnovit omnem amoris aciem, & elevatum vexillum charitatis, vt explicatum est supra in expositione secunda eorum verborum capit. secundi: *Vt deosculer* (inquit) te, internis nimirum precordiorum affectibus charitatis, ardentibusque aspirationibus, quas optime frater ipse paruulus veluti sororia percipere paratus est oscula, iuxta illud, quod in Psal. 10. dicitur secundum versionem B. Hieronymi: a *Desiderium pauperum audisti Domine: præparasti vt cor eorum audiat auristua. Vt deosculer te*, denique ait, osculo ipso suo optans pascere propositum fratrem suum, & oblectare melle, & lacte affectuum deuotionis: recolit namque, ob istud ipsum alias ab eodem sibi superius dictum; b *Fauus distillans labia tua: Mel, & lac sub lingua tua*, vt explicatum videre est ibi. Congruenter autem iuxta lectionem Hebr. & Septuag. *Osculabor* (inquit) te, postquam suum illud exposuit desiderium, vt sibi dilectus suus in hoc Sacramento proponeretur, vt frater paruulus fugens vbera naturæ humanæ. Tantumdem enim esse arbitror, *osculabor te*, ac si dixisset, quomodo dixit superius: c *dabo tibi vbera mea*, quæ nedum completaris vt sponsus, sed & fugas vt frater infantulus. Enimvero, dum sermo est de spiritualibus fidelium Ecclesiæ membris, vnum idemque cor reperio esse & os, quo osculum exhibetur dilectionis, & vbera, quæ fugenda traduntur: Ita vt sicut in aibus obseruamus, pullos à parentibus vno eodemque ore, ac rostro & oscula desumere, & cibos: eadem quodammodo ratione & Christus propositus vt frater noster pufio in sacratissimo Sacramento, vno eodemque corde & oscula orantis animæ suscipiat affectuum charitatis, & veluti ex vberibus melleum fugat lac deuotionis.

Non minus vero congruum id est, quod in hoc primo versu additum reperimus ad prædicta: *Et iam me nemo despiciat.* Siquidem nil est, quod magis fideles ad sacramentalem Christi præsentiam istam desiderandam, atque ad prædicta excitet oscula, orationes, atque deuotionis affectus, quam vt non subsint despectui eorum, qui absentiam eis improperant Dei sui, vtque à Deo derelictos contemnunt: quod in Psal. 41. d *Sancta illa ad viuum expressit anima, dicens: Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus: sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam, & apparebo ante faciem Domini? quod idem est, ac id, quod hic dicitur: Quis mihidet te fratrem meum, vt inueniam te foris? Apertius vero se explicans idem Propheta subiicit, e *Hæc recordatus sum, has scilicet insultationes, prædictosque contemptus, & effudi in me animam meam.* Quid est hoc, *effudi in me animam meam*? Communiter quidem id refertur ad ingentem animæ lætitiã, ac consolationem, ac si diceretur: Effuse lætata, & consolata sum, iuxta illud Psal. 76. f *Memor sui Dei, & delectatus sum: et illud Isa: g Tunc videbis, & affluet, & dilatabitur cor tuum:**

A At ad rem nostram congruentius, *Effudi in me animam meam*, id ipsum est ac id, quod hoc loco dicitur, *osculabor te*, seu, *vbera mea* fugenda tibi porrigam: Effusio namque animæ effusio est cordis, qua certe orans osculatur Deum: congruitque admodum effundendi verbum vberibus item in oratione Christo infanti porrectis ad fugendum: Nec minus congrue dicit Propheta; *Effudi in me animam meam*: cum dicere potius debuisset: Effudi in Deum animam, iuxta propositam materiam, secundum quam ex vberibus in illius certe os effunditur lac, cui vbera ipsa fugenda fuerint porrecta. Re vera enim in casu nostro piæ, quæ coram sanctissimo Sacramento orant animæ, vbera quidem deuotionis suæ infantulo Christo porrigunt fugenda: ideoque effusione cordis dulcissimum effundunt lac æstuantium affectuum: Attamen, Christo lac ipsum fugente, adhuc effusio ipsa lactis prædicti, prædictæque dulcedinis in eisdem redundat animas illas, quæ orant, iuxta illud Psal. 36. h *Delectare in Domino, & dabis tibi petitiones cordis tui*: fugens namque Christus vbera orantis, affectuosas quidem fugit petitiones, & aspirationes, vt illas exaudiat: ac dulcedo ipsa affectuum in orantem redundat: Id quod expressius significauit idem Propheta, cum in alio Psalmo dixit: i *Incuandum sit ei eloquium meum*, id est, dulcissimas effundam ei è corde meo precum aspirationes, & subdit: *Ego vero delectabor in Domino*: Ac si dicat: Sed tamen re vera dulcedo ipsa earum precum, & effusionum cordis in me redundabit: ego namque ero, qui in Domino delectabor, fugente ipso vbera mea: propterea igitur aptissime ipsemet Dauid in eo loco Psal. 41. k quem

Effusio cordis in oratio no est idem quod osculum, & vberum porrectio.

In oratione dulcedo lactis, quo Christus: satur, redudat in orantem animam

h Psal. 36. 4

i Psal. 103. 54.

k Psal. 41. 5

B C expendebamus, dicebat: *Effudi in me animam meam.*

D Clarius autem semet explicat, iuxta versionem Beati Hieronymi, & id profecto omne idem ait Propheta, quod à Salomone filio (vt visum est) in hac dicitur sententia, *Quis mihidet te fratrem meum fugentem, &c.* Subijcit namque, quomodo effusus sit in se animam suam dicens: l *Quia veniam ad vmbraculum.* Quis vero nesciat sanctissimum Sacramentum vmbraculum esse, in quo Christus sub sensibilem specierum vmbrã veluti in vmbraculo latet? Additque: *Tacebo vsque ad domum Dei*: Quæ est domus ista Dei, nisi sanctum altare, sanctumque tabernaculum ipsum, in quo Deus in sanctissimo commoratur Sacramento? Quam belle autem affectuosarum precum suarum effusionem, quam sponsa osculandi verbo expressit, cum dixit: *Et deosculer te*, Propheta Dauid verbo exprimit tacendi: Loquentibus enim osculis, tacet lingua; & peruulgatum est etiam apud profanos auctores, Deum silentio potius adorandum, quam verbis, prout & Dauid ipse aperte significauit in Psal. 64. cum iuxta Hieronymi pariter versionem ait: m *Tibi silentium laus Deus in Sion: Et scimus à Christo Iesu dictum in Evangelio; n Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, in spiritu, & veritate oportet adorare: Quamquam adoratio ista in spiritu, & veritate, istave deosculatio, atque silentium suas quoque habeat voces adeo altifonas, vt cellissimè quoque Dei penetrent aures. Vnde bene Dauid, postquam dixit, o *Quia tacebo vsque ad domum Dei*, subdit, *In voce laudis, & confessionis multitudinis festa celebrantis: Ac si dicat: Osculis, & silentio orans ante Christum infantem in sanctissimis Sacramento fugentem vbera naturæ humanæ, clamabo in corde meo vobis, quæ peruenient nedum ad altare, & tabernaculum, in quo veluti in vmbraculo, atque domo is commoratur in Sacramento, verum etiam vsque ad cellissimam domum Dei in altissimo colorum habitaculo residentis. Clamabo autem in voce laudis, & confessionis internis illum effrens**

In oratione quomodo faciendã effusio anime.

l Psal. 41. 5.

In oratione pia anima tacendo clamat ad Deum.

Silentio potius, quam voce adorandus Deus.

m Psal. 64. 2

n Ican. 4. 24. In oratione clamandum cum Patribus.

o Psal. 41. 5

Ffff aspira.

aspirationibus, & omnino in voce multitudinis festa A celebrantis. Clamabō liquidem vna cum tota illa multitudine, quæ mecum ante vmbraclum istud tuum feruentis effundens preces, iucundissima celebrat festa. Meliusque iuxta versionem Vulgatæ, *Clamabo* (inquit) *in voce exultationis, & confessionis, sonus epulantis*. Epulatur namque is, qui effundit in se animam suam in oratione, dum, fugente Christo lac affectuum eius, ipse est, qui in eiusdem lactis delectatur dulcedine; ipseque est, qui eodem deuotionis suæ lacte nutritur, & crescit in augmentum fidei, & dilectionis, vt dictum est. Sed sonus quoque epulantis eadem sunt voces: quia ab eo proferuntur, qui ante vmbraclum sanctissimi Sacramenti effundens in se animam suam, spiritualiter præsentī communicat Christi corpori, vt talibus resecta epulis, validioribus exclamet vocibus: quem sensum significare videtur Ecclesia, dum in antiphona in festo Corporis Christi canit: *In voce exultationis, & confessionis resonent epulantes in mensa Domini*.

Orans ante sanctis. Sac. spiritualiter corpori Christi communit vt magis exclamet. Psal. 41. 5.

Ex his itaque omnibus patet id, quod verbis hisce, *Quis mihi det fratrem meum*, & cet. iuxta hūc sensum acceptis sancta intendit Ecclesia, optans Christo exhibere & noua & vetera poma, amorisque indicia, breuiter tale esse.

Paraphras. sis.

O vtinam id quoque in hisce, qui ex agro conuersi fuerint, atque ex villis, mihi contingat, vt in sanctissimo Eucharistiæ Sacramento proponaris vt frater paruulus fugens vbera deuotionis naturæ humanæ matris meæ: Vtue ipsa in fidelibus hisce meis in agro inueniam te foris super altare, & deosculer te per affectuosissimas orationes, perque ardentissimos charitatis affectus: postquam & per affectus pariter contritionis te deosculata fuero, atque per affectus gratiarum actionis, vt sic post oscula pedum, atque manuum tuarum, os etiam ipsum tuum deosculer: & iam me nemo despiciat, quod vt peccatis nigra à te derelicta sim.

necessaria vnicique sunt ad hoc, vt quis sanctus dici queat, atque perfectus.

Primum est, vt Christum tam tenere diligit, quam diligere solet frater infansulus fugens vbera matris suæ; ita quemadmodum cum huiusmodi paruulo soror quantumuis grandior sit quodammodo paruula, loquens paruulorum verbis, conformansque se moribus illius, ludens cum illo, complexans illum, atque demittens se ad illum, quo ex paruulo illius ore suscipiat oscula, illumve vicissim osculetur & ipsa: Eodem modo & is intuens mentis oculis, Deum stulta mundi elegisse, vt fortia quæque confundat, eundemque videns, ita pro immensa in nos benignitate exinatum, vt frater noscitur fieri dignatus sit, nec solum inftar paruuli vbera suxerit naturæ humanæ, sed insuper & opprobrium hominum sit factus, & abiectione plebis: debet & ipse sese dimittere, loqui cum illo humilibus orationibus, ambulare cum illo humili conuersatione, ludere, ac delectari cum illo humiliter in studio contemplationis, humilibus illum complexari affectibus, ex humillimo illius ore humilitatis doctri-
nam quasi ex paruulo ore suscipiens oscula, vicissimque per humiles gratiarum actiones, ardentisque aspirationes illum deosculari. Siquidem, sicut si grandior soror in sua grauitate persistere coram paruulo fratre suo velit; profecto nequitiam cum illo conuersari potest, aut suum erga illum exhibere amorem, quinimo ingenti illum afficiens tristitia, eum quodammodo à se auertit: Ita & is, qui coram Deo Christoque humillimo in sua animi elatione voluerit persistere, nullatenus cum illo conuersari, suamque in illum exhibere valebit dilectionem: imo, quantum in se est, illum summo affectum mœrore fugabit, nihilque ex ipso suauitatis consolationisve percipiet.

Simile Humilitas maxime necessaria ad perfectionem.

Simile.

Secundum, quod ad perfectionem necessarium hic asseritur, illud est; vt is ipse, qui eidem indulget in charitate radicatus atque fundatus, foris & in vniuersis rebus, quæ ei obijciuntur extra contemplationem, Deum inueniat, eundemque in externis rebus singulis repertum osculo deosculetur charitatis; tantumve in vita profecerit spirituali: vt etiam à contemplatione recedens, rebusque aut actibus se immiscens terrenis ob suam vel proximi necessitatem, ac vtilitatem, in singulis aliquid inueniat, quod ipsum ad maiorem Dei dilectionem aliciat, & in singulis Deum osculetur: Non secus ac apis in floribus quibuscumque vel amarissimis aliquid inuenit, quod ad suauissimum mel faciendum sit idoneum: atque adeo singulos quodammodo deosculari videtur.

Perfectioni indulgens in quibusque rebus Deum inuenit, & deosculatur. Simile.

Tertium denique est; ita extrinsecus conuersetur, vt Deo duntaxat placere fatagens, mundi, mundanorumque contemptum negligat, ita se gerens, ac si eum nemo despiceret: Non secus ac is, qui à pueris, & ignorantibus ob id despiceretur, quod Regem imitans, & sequens, aspera patiat, viliaque agat: nihili certe faceret istiusmodi contemptus, nec quidquam propter illos præmitteret, quo eiusdem Regis gratiam assequi se posse, confideret.

Perfectioni indulgens nihil facit contemptus mundanorum.

Præter hunc sensum possumus insuper duobus aliis modis hæc ipsa eidem tribuere animæ. Primum, vt ab ipsa tunc proferantur, quando in agro studij contemplationis, & in villis meditationum secedens, ibi dilecto suo vbera dare volens nedum complectenda, sed & fugenda: talem ibi eum contemplari vult, qualis exhibitus & mundo est, cum vbera suxit matris suæ Mariæ. Peregrie autem suos exprimit affectus internos, quibus mysterium natiuitatis Christi meditari aggreditur: Æque est enim ac si in hunc modum præsentem alloquatur Deum.

IO Alius sensus. Natiuitatis Christi mysterium quibus affectibus medietur pia anima.

Quis mihi det, vt iam nedum te timeam vt Deum zelotem, Dominum exercituum, ignem combu-

Paraphras. sis. ren-

Vers. I. cap. VIII. Quis mihi det te fratrem meum fugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris, & deosculer te, & iam me nemo despiciat?

EXPOSITIO III.

De secunda Sponsa, quæ est Anima Iusti.

Ingens in his suum pia anima exprimit desiderium, quo ea ratione per amorem Deo vniri peroptat; vt nedum in secreto contemplationis, verum etiam foris, & coram proximis in vita actiua eidem inherere sibi liceat: ita vt omnibus ædificationi sit, nec quorūcumque mundanorum hominum vereatur contemptum: Æque est enim ac si dicat.

Primus sensus. Deo per amorem inherere quomodo optet pia anima. Paraphras. sis.

O vtinam tanto mihi adstringeris amoris vinculo, Deus meus, quanto adstringuntur frater, atque soror. O vtinam tam tenere te diligerem, quam tenere à sorore diligitur frater paruulus, fugens vbera matris suæ, ita vt etiam palam, & coram fratribus, dum proximorum indulgeo vtilitati, deosculer te osculo charitatis, ita vt non pudeat ante omnes te confiteri, tibi que obsequi oratione, ac bonis operibus.

Ad perfectionem tria necessaria sunt.

Notandum autem, eandem animam per hæc in sensu isto accepta, tria nobis ob oculos ponere, quæ

rentem, & quidquid tale nominari voluisti, quo mihi tui incutereris pauorem: sed vt etiam diligam tamquam fratrem meum, & talem fratrem, qui ob infantiam nihil incuries metus, vellapidea ad amorem pertrahas corda. Cum magnus, & excelsus esses, bonorum meorum non indigebas: Vtinam detur mihi, vt propter magnam charitatem tuam factus frater meus ex Beata Virgine, lacte indigeas, quo sustententur: sic enim confido, aliqua ex parte amorem meum me tibi exhibituram.

a Ps. 41. 4. Prius te inuenire nequibam, vnde & querebar, deploransque cum propheta dicebam, *Fuerunt mihi lacrymae panes die, ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus?* At nunc audiens Angelum ad pastores dicentem: **b Luc. 2. 11.** *Inuenietis infantem positum in praesepe,* confido sane, me quoque inuenturam te foris. Extra incomprehensibilem maiestatem illam, qua intra temetipsum ab aeterno latebas, quarebam iam te in hoc mundo, & in creaturis: **c In lectulo** namque mentis meae quaeuis te, quem diligit anima mea; quaeuis, & non inueni: *Surrexerunt, & circumiui Cinitatem praesentis mundi: per vias & plateas creaturarum quaeuis te, & non inueni.*

At modo te ipsum inter easdem creaturas paruulum fratrem meum ex vberibus Beatae Virginis matris tuae, simul ac meae pendente inueniens, haud contine me potero, quin totus in tua prorumpam oscula: quin totus tibi per dilectionem vniam: *Etiam me nemo despiciat:* quod adorem, quem nesciam: quod osculer, quem non videam; quod illi offeram preces, qui nostra non curet; quodve illi obsequia exhibeam, ad quem accedere minime liceat. Deosculans profecto te, quem in primo conceptionis instanti vnxit *Deus tuus oleo latitiae praesens consortibus tuis:* osculis ipsis meis ita te meum adorabo fratrem, vt iisdem te & meum profitear Regem dilectissimum eo modo, quo & d Samuelem Saul in Regem vnctum osculo adorasse, lego in lib. Reg. Tibique vt Regi moram geram in omnibus; id quod & iisdem contemtor osculis meis, quae tuo imprimam ori, sicut antiquo illi Ioseph per Aegyptiaci populi osculi signum totius Aegypti obedientiam promissam lego a Pharaone, cum ei dixit: *e Et ad os tuum cunctus populus deosculabitur.*

e Gen. 41. 40. *uxtra Hebrae.* Tertio denique modo haec tibi possunt animae Religiosae exprimenti desiderium, quo exoptat Religionis suae profectum: Ac si dicat.

10 Alius sensus. O vtinam, Deus meus, inspicere te mihi liceat fratrem meum per gratiam sugentem vbera Religionis matris meae, quae me tibi genuit, & auxit: *Quis mihi det te sugentem vbera deuotionis & charitatis illius, vt inueniam te in externa fratrum conuersatione, sicque deosculer te,* tantaeque tibi referam gratias, vt charitate, & gaudio in te resoluatur tota? *Et iam nemo sit discolor, qui me despiciat,* atque illos, qui tibi per amorem inharent.

Paraphra- sis. Vel alio modo: O vtinam tu, Christe dilecte mi, in fratribus meis fieres paruulus.

12 O vtinam fratres mei per tuam gratiam facti paruuli, ita se exhibeant humiles, vt vere sint instar paruulorum, qui sugant vbera matris meae, Religionis meae; qui regulae Religionis meae ita nutriantur lacte, vt toti ab illa pendeant, ab illa sese transferri patiantur, ab illa doceri, ab illa vestiri, & ab illa nutrir. Bene autem **F** subditur, *Vt inueniam te foris, & deosculer te:* Nam ex huiusmodi fratrum conuersatione apparet Christi assistentia: non secus ac ex ingenti magnae nauis ordine, quiete, consensuque naturarum omnium expertissimi gubernatoris eius arguitur praesentia: atque ex congruo membrorum omnium consensu, & harmonia in ijs, quae in humano corpore sunt, praesentia in illo arguitur animae, quae illa omnia moderetur, & regat.

Porro ex hac inuentione Christi in fratribus pia anima ad ipsum in iisdem fratribus osculandum promouetur, & ad exhibenda iisdem signa

A charitatis, necnon ad pacificae, & summa suauitate cum illis conuersandum. Ex quo postmodum sequitur, vt a nemine despiciatur ob id, quod parentes, & cognatos in saeculo reliquerit, quodve vniuersas saeculi delicias abiecerit, quae in Religione talem adepta sit fratrem, tantisque iuncta sit fratribus.

B *Vers. I. cap. VIII. Quis mihi det te fratrem meum sugentem vbera matris meae, vt inueniam te foris, & deosculer te, & iam me nemo despiciat?*

EXPOSITIO IIII.

De tertia Sponsa, quae est B. Maria.

C **E**xprimit in his Virgo Sanctissima sedulum suum in conuersione Iudaici populi studium: Ideo namque, cum Christum in caelo regnantem in agrum, villamque inuississet Ecclesiae militantis, singulari ratione id suum eidem exprimit desiderium, quo magis estuat. Aequae est autem, ac si dicat.

O vtinam aspiciam te dilectissimum spolum filium, fratrem meum, vbera sugentem fidei, & deuotionis, & charitatis matris meae synagogae; ita vt te foris, & in medio eorum inuentum deosculer, vt illis reconciliatum gratiarum actione, & precibus ijs charitate succensis, quas tibi pro illis effuderam: & iam nemo eorum sit, qui me tuam despiciat matrem.

13 Maria quam ardentius conuersionem Iudaici populi optet.

Paraphra- sis.

Vers. I. cap. VIII. Quis mihi det te fratrem meum sugentem vbera matris meae, vt inueniam te foris, & deosculer te, & iam me nemo despiciat?

Appendix Expositionum, Ex Antiquis Patribus collecta.

Paraphrasis Chaldaica. Illo autem tempore apparebit Rex Messias Synagogae Israel, & dicent ei filij Israel: Ad es dum, esto nobiscum pro patre, & ascendemus Ierosolymam, & fugemus tecum sententias legis, quemadmodum fugit infans vbera matris tuae. Quoniam etiam omni illo tempore quo vagus eram & extorris a mea patria, dum recordabar nominis Dei magni, & tradebam animam meam pro diuinitate ipsius, populi exteri non me contemnebant.

Variis multisque modis praesentem locum apud Veteres Patres explicatum reperio. Qui tamen communior apud illos est sensus, is est, quo asseritur, per hae exprimi Ecclesiae in Antiquis Patribus desiderium Incarnationis Verbi: ac si synagogae sermo esset, quae ante Christi aduentum despecta, & contempta erat cunctis Gentibus. Ita Athanasius

14 Incarnationis desiderium.

Incarnationis Verbi quam ardentius optet in Patribus antiquis.

Athanasius in

Ambrosius. in Synopsi, Ambrosius de Institut. Virgin. cap. 1. Theodoritus, Cassiodorus, Gregorius Papa, Philo Carpathius, & Beda; licet haud omnes in hoc ipso sensu explicando conueniant. Siquidem Cassiodorus, quem sequuntur Gregorius Papa, & Beda, facilius optari, inquit, à Synagoga Christum per incarnationem factum fratrem nostrum, fugentem vbera matris nostrae naturae humanae, id est, sustinentem omnia, quae humanae fragilitati competunt: Vt hominem factum: vt eum, qui intus erat Deus cum in sinu maiestatis aeternae lateret, foris inuentum deosculetur, manifesta illum videns visione, quem antea fidei tantum tenebat oculo: seu per amorem iam illi seruienti, cui prius plus per timorem, quam per amorem seruiebat, vt ait Greg. Papa.

In eadem recidunt, quae dicuntur ab Ambrosio vbi supra. Illud duntaxat in eo notandum, quod ex his infert, dicens: Foris ergo factus est, qui erat intus. Vide illum intus, quando legis, quod in sinu est Patris: cognosce illum foris, quando nos quaerit, vt redimat. Foris tibi factus est, vt mihi intus esset, & fieret medicus noster. Ibi ergo sinus, vbi Christus medicus est radicans, & fixus in cordibus nostris.

Theodoritus, quod Christus per Incarnationem factus frater noster dicitur fuisse vbera matris nostrae, intelligit de acceptione gratiae Spiritus sancti, quem matrem nostram dici existimat, cum de illo dicatur in Euangelio, a Puer autem crescebat aetate, & sapientia, & confortabatur spiritu, & gratia Dei erat in eo. Suxisti, ait, non quod indigeres, sed vt doceres me, & quomodo mihi fugendum esset, & quo ex vbera gratia elicienda. Idcirco & ad baptismum accessisti, non vt peccatorum sordes ablueres, cum peccatum non admiseris: neque vt Sancti Spiritus reciperes gratiam, cuius eras plenus: sed vt mihi indicares, quae sint spiritus dona, & qua ratione possim fugere gratiam spiritus.

Philo Carpathius, tametsi primam huius sententiae partem eam, *Quis mihi det te fratrem meum surgentem vbera matris meae*, ad mysticum corpus referat; vt pia anima matrem suam appellet aeternam sapientiam, cuius vbera sint duo testamenta, quae tunc Christus frater ipse effectus per incarnationem, fugere dicatur: cum eius membra, nempe fideles, in incipientium gradu adhuc existentes, atque adeo infantes lac eruditionis, & dilectionis id praedictis fugunt vberibus, per quod nedum aluntur, sed & proficiunt in vita spiritus crescentes quousque perueniant ad perfectam aetatem plenitudinis eiusdem Christi: secundam tamen partem, quam ita legit. *Si foris inuenero, osculabor te, neque me contemnent*: ad ipsum Christi Incarnationis, & passionis refert mysterium. Tunc enim, ait, foris inuentus est sponsus, & osculatus à sponsa, cum humanitate vestitus, & extra Ierosolymam crucifixus, eam ipsam à sempiterna morte redemit, & per ineffabilem charitatem, soluto omni debito, sibi met amantissime reconciliauit, & Patri: sicve illa neque ab Angelis posthac contemnitur, neque vilis esse ducitur, quae talem, ac tantum meruit habere suae captiuitatis redemptorem.

Ab hoc Philonis sensu haud multum distant, quae dicuntur & à Iusto Orgelitano his verbis. Sugit vbera matris Christus, cum mysteriis praelegis rescitur Christianus populus, vel, cum spiritualibus Sacramentis doctores, & pijsima expositione tamquam vero lacte resciant. Foris inuenitur, cum qui veteris testamenti figuris tegebatur, per Euangelium reperitur in veritate: deosculatur vero per reconciliationem animarum, quae illum ea ratione foris, & in veritate inueniunt atque cognoscunt.

Theodorit. Incarnatus Christus quo modo fuisse dicatur vbera spiritus Sancti.
a Luc. 2. 40

Ambrosius.

Theodorit. Incarnatus Christus quo modo fuisse dicatur vbera spiritus Sancti.
a Luc. 2. 40

Luc. 3.

15

Phil. Carp. fugit vbera Sapientiae Christus surgentibus nobis lac eruditionis.

Christus inuentus est foris, & osculatus ab Ecclesia, quae do extraportam crucifixus est.

Iust. Orgel. Christus inuenitur foris cum in veritate cognoscitur. & deosculatur per reconciliationem.

A Ad mysticum pariter eiusdem Christi corpus referunt primam partem Aponius, Rupertus Abbas, atque Anselmus, quin & Ambrosius, sed diuersimode: Nam Aponius eidem Christo personam synagogae assumentem hanc tribuere videtur, qui optet se per Iudaeorum conuersionem à synagoga ipsa matre sua lactari. Quod vero sequitur, *Vt inueniam te*, &c. ita exponit: Assumpta persona Iudaicae plebis, dicta anima redemptoris optat, vt eam foris extra litteram in mysterio agni, & claudentem vastatorem Aegypti inueniat, & corporis eius Sacramentum suo corpori coniugendum, & sanguinem eius suo sanguine deosculatur, vt prius & eorum, qui eam solebant habere despectui, iam nemo despiciat. Quibus verbis satis certe obscuris vltimam hanc partem videtur Aponius referre ad sacramentum Eucharistiae, in quo Christus realiter fortis reperitur, & per suscipientium communicationem, atque vniionem deosculatur.

Anselmus quoque Iudaeis ipsis, seu eidem Iudaeorum synagogae ita hanc tribuit, vt dicat: Vtinam quis mihi annunciet, Christum fratrem meum de carne meo natum, educatum doctrina Synagogae: Conuersaque ad ipsummet addit: *Vt inueniam te foris*: vt hominem te agnoscam, in quo turpiter errauit: *Et deosculer te*: id est, & delecter in agnita tui humanitate: *Et iam nemo amplius despicabilem me censeat*.

Non tam Synagogae, quam Ecclesiae Gentium tribuit hanc ipsa Rupertus Abbas, putatque perunctionem istam, *Quis mihi det*, &c. illi esse similem, qua in Euangelio à Beata Elisabeth dicitur: a *Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me?* Exultationem vero eam, *Vt inueniam te foris*, &c. esse similem illi B. Virgin. responso ad Angelum: b *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum*: Per matrem ipsius Ecclesiae eandem intelligit Dei genitricem Mariam. Non se capit intus, ait Rupertus, magnitudo gaudij intus in corde credentis, & felicitatem suam admirantis, quod Deus filius Dei frater eius factus sit: frater eius, o mater, ex te, cuius vbera suxit.

Erumpit, & clamat: *Quis mihi det te fratrem meum surgentem vbera matris meae*, & adijcit, *Vt inueniam te foris, & deosculer te, & iam me nemo despiciat?* Despiciebatur enim vt pote sterilis, & deserta sine viro, id est, sine Deo in hoc mundo.

Porro, inuenire Christum foris, esse inquit exire ad illum extra castra, qui sicut extra portam passus est, ita extranens factus est fratribus suis, & filijs matris suae. Eundem vero deosculari, esse improprium ipsius venerari, & Sacramenta pietatis eius familiariter cognoscere: nam in quantum illa cognoscimus, & diligimus, in tantum illum amabilem amantes deosculamur.

Ex obscuris Ambrosij verbis ad finem orationis de ob. Valentin. quibus ait, Gratianum Imperatorem iam in caelis regnantem Valentiniano recenter mortuo fratri suo hanc habuisse: *Quis dabit te frater fratrem mihi lactantem vbera matris meae?* hoc est, Non quicumque, sed Christus illuminabit te gratia spirituali. Ille te baptizauit: quia humana tibi officia defuerunt.

Plus adeptus es, qui minora te amisisse credebas. Quae sunt vbera Ecclesiae, nisi sacramenta baptismatis? & bene ait, lactantem, quasi qui baptizatus lactis niuei succum requirat. *Inueniens*, inquit, *te foris osculabor te*: hoc est extra corpus te reperiens, osculo mysticae pacis amplectar. Nemo te spernet, nullus excludet: [In penetralia te, & arcana Ecclesiae matris inducam, & in omnia secreta mysterij: vt bibas poculum gratiae spiritualis.] Ex his, inquam, Ambrosij verbis perpulchre deduci potest sensus: vt hoc loco proponatur spiritualis quis ingenti charitate succensus, qui optans

16
Iudaeorum conuersionem quam optet Christus & Iudaei iam conuersi.

In Eucharistia sacramento Christus inuentus foris deosculatur ab anima communicante.
Anselmus.

Rup. Abb. Ob Christi incarnationem agnitam exultat Ecclesia gentium.
a Luc. 1. 43

b Luc. 1. 38.

In passione Christi inuenitur foris, deosculatur, cum eadem passio cognoscitur & veneratur.

Ambrosius.

In baptismo sugimus vbera Ecclesiae.

Proximiconuersionem & salutem quam ardentem optet, qui charitate ardet.

optans infidelem quempiam ad Christi fidem, atque ad vitam sanctitatem conuerti, ita illum alloquatur: O utinam id mihi præstetur, quod ab vno præstari potest Deo, vt te per fidem fratrem meum effectum videam, ac per baptismum sugentem vbera Ecclesiæ matris meæ, quo, cum ex hac vita discesserimus, inueniens te foris extra corpus, osculo myrticæ pacis amplectar: nec quis te spretum à cœlesti excludat patria; sed in illam te vt in domum matris meæ introducat, sicut in hac vita inuentum extra carnis affectus, atque illecebras, osculo item pacis amplexus ero: eo sensu, quo idem Ambrosius libro de Isaac capit. 8. hunc ipsum locum examinans, ait: Bona animâ, quæ foris est, vt Verbum intus sit, illa extra corpus, vt Verbum habitet in nobis.

Porro, cum Ambrosiû tractemus, illud pariter hic ex eodem annotandum est, quod sermon. 10. in Plal. 118. versic. 4. pro huius loci intelligentia, licet diuerso sensu, asseritur: tribuens namque hæc Ecclesiæ, ait: Habens informationem nouarum, & veterum scripturarum, nec despicibilem se esse sentiens, non solum orationibus in secreto cordis Verbum tenet, verum etiam psallentis chori vocibus velut quibusdam cum osculis gratiæ osculatur.

17
Tres Patres.
Secundum
Christi ad-
uentum quæ
ardenter op-
set iustus.

Tres Patres piæ animæ hæc tribuunt desideranti secundum Christi aduentum, atque hisce illum alloquenti. Quoniam prior aduentus tuus me ad te perfruendum præparauit, ecquis tribuat mihi secundo aduentum tuo nobiscum in cœlesti Ierusalem, quæ mater nostra est, nouum bibentem poculum, quod ex ipsa in nos per gratiam sine medio quasi lac ex matris vberibus in eius filios fluat? Sic enim inueniens te foris, de osculabor: cognoscens namque te non vt nunc per fidem, sed per aspectum foris in nostra substantia, incorruptionem nobis, & immutabilitatem in communi largientem resurrectione, perfruamur te; & nemo quidem despiciet me, licet nunc à mundi sapientibus spernar, quod propter tui amorem caduca omnia contemnam.

Ioannes
Chrysof.
Herodes non
habuit pre-
statem cõtra
Christum in-
fantem.

Denique noua, singularique ratione Ioann. Chrysofostomus homil. 12. in varios Matth. locos tomo 2. ita hæc legens: *Quis dabit tibi fratrem meum sugentem, &c.* aptansque ea contra Herodem quærentem animam pueri Iesu, Huius, inquit, scilicet Herodis, nequitiam olim præuidens Spiritus sanctus per Salomonem ex Ecclesiæ persona arguit, dicendo: *Quis dabit tibi fratrem meum sugentem vbera matris meæ:* Dicens autem, *Quis dabit tibi,* ostendebat, potestatem illum non habiturum aduersus eum, qui Dominus, & Princeps est omnium potestatum.

Secundo isto versu dicuntur, non vt ad fratrem, seu de fratre paruulo, sed de sponso, viroque asserit dicta; ita enim totum hunc locum suum explicat paraphrasi.

O si te tam facilem, sponse mi, & placibilem matris meæ præbeas, quæ si puellus fraterculus meus sis, qui primum iratus, deinde eidem placatus, ipsius fugas vbera, & si foras extra urbem egrediamur versus villam matris meæ, vbi te meis oculis & quas tibi illic opto facere delicijs placare possim, nec iam posthac me quicquam despicia: propterea quod te matris meæ iratum videat. Ibi certe amplectar te, nec te dimittam, donec in domum matris meæ introduxero, vbi tu me doceas: ego vero te conuiuio excipiam, in quo vinum aromaticum, & mustum malorum granatorum meorum tibi propinem.

Ludouicus quoque Soto Maior eandem similitudinem fratris paruuli terminare visus est primis hisce verbis, *Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ:* subsequencia etenim verba, *Ibi me docebis,* existimat necessaria adiecta, ne quis forsitan turpe, aut carnale quicquam ex verbis præcedentibus suspicari hoc loco posset.

Quid enim, inquit, hac voluntate, & consilio sponsæ honestius, castius, ac dulcius esse potest, cum optat dilectum suum in domum matris suæ ob id potissimum introducere, vt ex ore ipsius folius proprio doceri, per otium & silentium possit, quæ ad rem maxime pertinent? Vltimam vero partem, *Et dabo tibi poculum ex vino, &c.* in hunc modum ad propinationem amatoriorum poculorum refert, ac si sponsa per allusionem ad consuetudinem vulgarij amatorum dicat: Quod si contingeret mihi id, quod opto, & sponse charissime, id est, si te haberem in domo matris meæ, & in cubiculo genitricis meæ, tunc præberem tibi præstantissima vina seu potiones, & liquores, cuiusmodi est vinum conditum, & mustum malorum granatorum meorum, quibus te non solum oblectare, ac refocillare, sed etiam quasi philtiris quibusdam amatorijs etiam magis conciliare, ac demereri possem, ne dicam, quodammodo amore meo inebriare.

Melius tamen, & congruentius cum communiori expositorum sententia, & hæc quoque omnia, quæ in secundo hoc versu habentur ad eandem referuntur fratris paruuli sumptam similitudinem, vt sponsa ipsamet suos exprimat erga dilectum suum affectus.

In quorum explicatione ne latum quidem vnguem à Legionensi recedendum mihi censui, quem alij quoque sequuntur; vt quod sponsa ipsa dicit, tale sit. Legionensis.

Quemadmodum fratrem paruulum si quando sorores puellæ foris repèrerint in via, lætæ, & festinæ illum arcte complectuntur, in domumque reducant: ita & ipsa complexibus te apprehenderem, atque ducere in domum matris meæ. Et sicut cum soror puella germanum paruulum domum deducit, quid egerit, quoue abierit ipsum rogat: Ad quæ ille ne rogatus quidem summa cum gratia respondens ipsam de omnibus docet, & quæ agit, & quæ sibi contigerunt, & quo profectus est: vicissimque à sorore prædulces accipit cibos, suauissimoque potatur poculo: Ita & ipsa dum te in domum matris meæ deducerem, atque in ipsa domo à te plenissime edocerem, darem tibi poculum ex vino condito, & mustum malorum granatorum meorum. Paraphras. lis.

Hebræa clarius hunc exprimitur sensum: sic enim habent ad verbum: *Ducam te, venire faciam te in domum matris meæ: docebis me; bibere faciam te de vino conditurae, seu, condito, de musto mali granati mei.*

Porro per id, quod dicitur, *de vino condito,* Legionensis intelligit vinum melle conditum, quod alio nomine mellicratum appellatum, antiquitus in maximis delicijs habitum, asserit Plinius lib. 14. ca. 17. & lib. 22. cap. 24. Vinum conditum quid sit. Legionensis. Plinius.

Verf. II. cap. VIII. *Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ: ibi me docebis, & dabo tibi poculum ex vino condito, & mustum malorum granatorum meorum.*

EXPOSITIO I.

Iuxta sonum litterarum.

COEptam fratris similitudinem expletam in superiori sententia existimasse videtur Co-mas Damianus Hortolanus: atque adeo hæc, quæ

Mart. Del Rio.

Martinus quoque Del Rio eiusdem est sententiae, A putatque hoc loco puerili more omnē potum vini nomine significari; & conditura, seu aromaticis vocabulo quicquid dulce est: Vt intelligamus (inquit) non vinū myrrhatū, vel cynamieum, quā parum puerulis sunt conuenientia, sed ex lacte, & melle mellicratum.

Ipsē tamen crediderim, proprie potius id intelligendum de vino odorifero, aromaticis à pigmentarijs condito, de quo Plinius in citato capit. 17. libr. 14. nam & Hebraica vox חֲרֹחֵלֵי הָרֶקֶת harekah, est à verbo חֲרַחַח rakah, quod significat vnguenta cōficere ex varijs aromatatum speciebus; & vox pariter μερψιμοῦ, quā vsū sunt Sept. significans vnguentari, id ipsum cōfirmat. Neque enim extra rem esse opinor, vt sponsa tale polliceatur vinum: cum minime repugnet, vt vel etiā puerulo vinū promittens, illud nominet vinum, quod præstantissimum sit, maximeque suaue nedum sapore sed etiā odore præsertim cum, sicut ostendimus in principio expositionis de Ecclesia super præcedenti versu, sponsa intentio hic sit, vt perorationem totius huius libri in præsentī capit. 8. ab ijs ipsis exordiat, à quibus cōceptum totum est Canticum, nempe ab osculis, ab vberibus, atque ab vnguētis. Ac sicut ibi in principio oscula desiderauerat dilecti, eiusdemque vbera vino meliora, vnguētisque optimis fragrantiora; ita è vestigio hic eidem dilecto sua iam pollicetur oscula, suaque vbera, quin & vinum vnguētis conditum.

Circa lectionum varietatem præter ea, quæ notata sunt superius, notandum, in versione Sept. necnon & in aliquibus codicibus Vulgatæ ad id, quod dicitur, *Ducam te in domum matris meæ, additum, Et in cubiculum eius quæ me concepit, seu, genitricis meæ*: quæ verba desumpta videtur ex capit. tertio, vbi dictum fuit ab eadem sponsa: *a Tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.* In Hebr. tamen non habentur, sicut nec in correctioribus codicibus latinis.

Notandum secundo, in eadem versione Sept. è contra non haberi alia verba illa. *Ibi me docebis, vt patet ex commentarijs Theodoriti, Trium Patrum, atque Philonis Carpathij.* In Græco tamen Codice Aldino necnon & apud Ambrosium sermon. 19. in Psalm. 118. versicul. 4. ea reperiuntur. Quamquam Hebraicū verbum חֲרַחַח thelammedeni, cum anceps sit, & tam in secunda persona masculini generis accipi possit, prout fere communiter sumitur, quam in persona tertia generis feminini: ab Agathio, Vatablo, R. Abrahamā Aben Ezdra, & Rabbino Innominato ad matrem referatur, ac si dicatur, *Doceret me, s. Mater nostra, quonā pacto cibarem, & bibere facerem te, sicut docent omnes matres paruulas puellas suas.* Seu: *Doceret me mater nostra, quomodo ostendere tibi deberem amorem meum; & quomodo tuam in me benevolentiam possem captare.* Denique & illud notandum, Hebraice esse in singulari, *Mali granati*, consueto sacrarum litterarum more, quo singulare sapius pro plurali positum reperitur: tametsi recte, & singulariter accipi idē queat pro arbore ipsa mali granati.

Vers. II. cap. VIII. *Apprehendam te & ducam in domum matris meæ: ibi me docebis, & dabo tibi poculum ex vino condito, & mustum malorum granatorum meorum.*

EXPOSITIO II.

De prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

DICTUM est in expositione secunda præcedentis versus, Ecclesiam Sanctam tota hac sententia loqui in persona Sanctorum Prædicatorum fuerit, qui ingentem suam erga sanctissimū Eucharistiæ Sacramentum exprimant affectum, duplexve desiderium, frequentia nimirum illius apud eos quos ipsi conuerterint, & deuotionis orationum, quas idem ante ipsum Sacramentum fundat. Vt ordinate igitur procedamus: Idem prosequentes primum explicare desiderium frequentia Sanctissimi Sacramenti, præclare nunc exponunt quid ab eis faciendum sit, qui digne ad idem Sacramentum suscipiendum accedere velint, quæve optent in ijs, quos hoc Sacramentum frequentare desiderant: tria nimirum post prædicta, quæ vt præparatoria præponenda significarunt. Primo enim vnū quisque eorum ait, *Apprehendam te*, sacramentale designans sumptionem in visibilibus speciebus; aptissimoque vitur verbo: licet namque simplicius dicere potuisset, *Comedam, & bibam te*: cum sub speciebus, panis, ac vini, atque vt cibus, potusve corpus, & sanguinem Christi in eo sumamus Sacramento: dieit tamen potius, *Apprehendam te*, quod sumptionem signat, manibus, & complexibus, atque etiā toto corpore factam. Quia qui digne cōmunicare velit, hand ore dūtaxat tam eximium sumere debet Sacramentum: sed, & internis manibus, atque complexibus, quin, & totius corporis obsequio: In ipsa nimirum sumptione Christo, quem sumit, præpta exhibere variarum virtutum opera & in primis arctissima illum amplecti dilectione, necnon & omnia eidem offerre corporis membra, omnes & animi potentias, sicve seruire illi in sanctificatione.

Vt autem solidum, & perdurantem ex huiusmodi apprehensione percipiamus fructum, operæpretium est, vt eundem Christum in Sacramento apprehensum eo modo, quo illum sumpsimus, vt fratrem nostrum paruulum, sugentē vbera naturæ humanæ matris nostræ in interiora nostræ deducamus mentis, ibique vti cum paruulo fratre nostro iucunde detineamus. Ideo bene hic subsequenter adiectum est, *Et ducam te in domum matris meæ*, mente ipsa designata per hanc metaphoram domus matris nostræ, cum re vera natura humana, quam matrem nostram esse dixit, nullam magis propriam habeat magisque tutam atque secretam sedem, quam mentem ipsam, in quā velut in peculiare domum se recipit post diuinam externorum sensuum diuagationem, in qua tanto se detinet libentius, quanto magis se gerit instar bonæ matris familias, & quanto minus à semet desciscere reperitur. Verum quia haud omnibus exploratus est modus, quo apprehensus in mente est frater noster, nisi ipse illum nos doceat. idcirco necessario iste, qui loquitur, addit, *ibi me docebis*, vt mente, s. voluam quam magnum in me contuleris beneficium, sinens, vt te ita apprehenderem: quanta pro me egeris: quanta & passus: quomodo sanguinem tuum super crucē pro me effuderis, morte mque subieris, in quorum cōmemorationem istud ipsum instituisti Sacramentum: & demum, quæ à me exposcas pro gratiarum actione. Porro, vt ostendatur talem Christi doctrinam in interiori mentis digne communicantibus exhibitā, esse maxime

Post communionem quis faciendum.

Eucharistia Sacra. quomodo sumendum.

Post communionem Christi tenendus in mente nostra.

Mens est domus propria naturæ humanæ.

In Eucharistia sumptus Christus quo modo nos doceat.

a Cant. 3. 4.

F

crymarum mearum *mustum* è mea expressum charitate, & meis malogranatis; cum vinum dare nequeam malorum granatorum tuorum, quale tu mihi exhibuisti, tuum pro me effundens sanguinem.

Alius sensus.

Quod si pia meditatione & id prosequi velimus, quod asseritur ab anima deuota suos exprimente affectus in cõtemplatione mysterij Natiuitatis Christi, prout supra coeptum vidimus in sensu præcedentium secundo loco allato in expositione de Anima; quod ab ea hic dicitur, tale erit.

Paraphrasis. In natiuitatis Christi meditatione quos affectus exprimat anima deuota.

Tunc apprehendens te in vlnas meas, te mihi id minime prohibente, cum adeo parvulus sis; vt corporeis viribus nihil polleas, *ducam in domum matris meae*, non in palatium regium, non in domum excelsam, sed in eam ipsam domum quam habuit mater mea, quæ & te genuit B. Maria, in quam & te reclinauit, quando te peperit: in paruulum præsepe, quod tamen angustissimum ex se esset; toto tamen orbe augustius est redditum; cum te recepit, quem cali capere non poterat.

In præsepio quantanos deceat.

Ibi in dicto præsepio in medio duorum animalium paruulus, nudusque cubans, ac vagiens, licet propter infantiam proferre nequeas verba, tuis nihilominus lacrymis, tuoque tremore multo *me docebis* melius, quàm vel ab eloquentissimo quoque luculenta doceri possent oratione: *Ibi me docebis* vniuersam vitam spiritualem: quomodo me humilem, ac paruulum fieri oporteat propter te: quomodo terrena despiciere debeam omnia: quomodo carnem meam mortificare operæpretium sit: quomodo & a fletibus me cessare nõ deceat tantis obnoxium sceleribus, cum tu pro sceleribus ipsis meis paruulus, nudus ac tremens vagitibus omnia repleueris.

Ibi me docebis quomodo Pater æternus propter nimiam charitatem suam te filium suum vnigenitum nobis elargitus, omnia nobis simul donauit: cum ibi vniuersa pro salute mea exultare conspiciam, & quæ in terris, & quæ super terra sunt. *Ibi me docebis*, quia tu sis, quem multitudo cœlestis exercitus miris celebrat laudibus. *Ibi me docebis*, quod mihi factus es & cibus, cum tu lacte indigeres: & vestimentum, cum tu nudus esses: & habitaculum, cum tibi non fuerit locus in diuersorio: & medicamentum, cum tu meas susceperis infirmitates: & gaudium, cum tu totus in lacrymas difflueres.

Ego vero cum offerre tibi nequeam vellac quo nutriaris, quale de Sanctissimæ Genitricis tuæ vberibus fugere dignatus es, vel agnos atque atietes, quos tibi felicissimi donarunt pastores: *dabo vinum* lacrymarum, ac precum mearum *conditum* virtutum aromatibus, quod etsi idoneum minime sit, quo nutriaris: sit tamè quoquo modo aptum ad lætificandum cor tuum, ad exhilarandas lacrymas tuas. *Dabo* quoque & *mustum malorum granatorum meorum*, exhibens tibi omnia dilectionis argumenta, quæ à me tantis innixa miseriis posunt exhiberi, qualia demum ea sint. Neque enim offerre tibi valeo vinum malorum granatorum, quod tibi porrigunt Angeli, quoque à B. potatus es Virgine, nec mustum tale propinare tibi queo, quale propinant tibi sancti ij, qui perfectionis culmen iam attingere: *sed dabo tibi mustum malorum granatorum*, nõ qualecumque, sed *meorum*, quod sane à te minime respuendum confido, qui nec ea dedignatus es accipere amoris signa, quæ tibi vilia exhibuere iumenta.

Alius sensus. Religiosus bonus quam cumque in alijs monasterijs viderit obseruatiam apprehensam in suum de se et monasterium.

Denique si & eum prosequi velimus sensum, quem tertio loco in eadem exposit. de Anima supra attulimus; Religiosa illa anima, quæ supra dixerat, inuetum Deum in fratribus se deosculaturam; nunc addit & apprehensuram, ac ducturam eundem in domum matris suæ, significans, in quibuscunque fratribus, in quocumque loco, ac monasterio aliquam repererit virtutem, & obseruatiam, in qua Deus sibi manifestetur, apprehensuram se obseruatiam, illamve virtutem delaturam in claustrum Religionis suæ, quæ ipsam ad vitam genuit spiritualem. Qua in re in-

dicat, se habituram instar pueri illius, qui fluente per medium viæ aquarum torrente inuentaque preciofa margarita à torrente iplo inter paleas, stipulas & quifquillas rapta, apprehendit illam cum gaudio, defertque in domum genitricis suæ, à qua edocetur, quam ea sit pretiosa, quantive sit valoris. In eundem enim modum Religiosa anima in torrente, & fluxu populi inter multas imperfectiones reperiens virtutem aliquam, & in monasterijs obseruantibus, atque in obseruantibus inuentam obseruatiam veluti pretiosam gemmam ad suum fert monasterium: Atqui sicut gemma in cœno reperta, sed in domo expolita, per semetipsam suum docet pretium: ita & obseruantia à bono Religioso in monasterium suum illata, seduloque examinata, & exercitio perpolitata, eundem edocet religiosum, quantum per ipsam Christus conferat vtilitatis, seu ipsamet Religio, vt mater filium Religiosum illum edocebit, quantum ex illa, cum qua & Christum duxit in domum suam, consecuturus sit læci, & perfectionis, iuxta illam Hebraici textus lectionem, *Ibi me docebit*. Porro in vita Religiosa exinde proficiens, Deo dilecto suo poculum exhiberet ex vino orationum, condito cum lacrymis compunctionis, ac suauissimis charitatis affectibus, offerensque eidem carnis mortificationem, *mustum* pariter illi porrigit malorum granatorum suorum; tamen vinum dare ei non liceat martyrij, & sanguinis, sicut à Christo in erucis torculari ex eius malogranatis expressum recolit, ac sibi propinat.

Similis. Religiosus bonus qui Deo exhibeas.

Atque sicut gemma in cœno reperta, sed in domo expolita, per semetipsam suum docet pretium: ita & obseruantia à bono Religioso in monasterium suum illata, seduloque examinata, & exercitio perpolitata, eundem edocet religiosum, quantum per ipsam Christus conferat vtilitatis, seu ipsamet Religio, vt mater filium Religiosum illum edocebit, quantum ex illa, cum qua & Christum duxit in domum suam, consecuturus sit læci, & perfectionis, iuxta illam Hebraici textus lectionem, *Ibi me docebit*. Porro in vita Religiosa exinde proficiens, Deo dilecto suo poculum exhiberet ex vino orationum, condito cum lacrymis compunctionis, ac suauissimis charitatis affectibus, offerensque eidem carnis mortificationem, *mustum* pariter illi porrigit malorum granatorum suorum; tamen vinum dare ei non liceat martyrij, & sanguinis, sicut à Christo in erucis torculari ex eius malogranatis expressum recolit, ac sibi propinat.

Verf. II. cap. VIII. *Apprehendam te, & ducam in domum matris meae: ibi me docebis, & dabo tibi poculum ex vino condito, & mustum malorum granatorum meorum.*

EXPOSITIO IIII.

De tertia Sponsa, quæ est B. Maria.

Sum ingens conuersionis Iudaici populi desiderium exprimere prosequens Virgo sanctissima, *Apprehendam te*, ait ad Christum, precibus meis te cõplectens, & quasi deuinciens, & tandem *ducam in mentes* Iudæorum, quæ sunt domus synagoga matris meae. *Ibi me docebis*, quantum me dilexeris semper, cum etiam ad tam difficilem postulationem me exaudieris: Atque adeo & ipsa *dabo tibi poculum ex vino* eiusdem populi, haud amplius ex felle, & aceto, quibus te iam in cruce potarunt; at ex optimo vino compunctionis *condito* fragrantissima deuotione; & feruentissimum *mustum* dilectionis eorum, qui tamquam malogranata mea ex ipsomet populo meo pro te martyrium subire non verentur.

Maria desiderium conuersionis Iudæorum.

Verf.

Verf. II. cap. VIII. *Apprehendam te, & ducam in domum matris mee: ibi me docebis, & dabo tibi poculum ex vino condito, & mustum malorum granatorum meorum.*

Appendix Expositionum ex Antiquis Patribus collecta.

Paraphrasis Chaldaica. Ducam te, Rex messias, & introducam te in domum sanctuarij mei, & docebis me timere à facie Domini, & ambulare in vijs eius, & ibi prandebimus prandium, & bibemus vinum vetus, quod reconditum est in vuis suis à die, quo creatum est sæculum, & de malis punicis, quæ præparata sunt iustis in paradiso voluptatis.

Post incarnationem, & passionem Christi qualiter se habitura fuerit Ecclesia. Casiod. Beda.

Qui ad mysterium Incarnationis, & passionis Christi superiora retulere eundem prosequentes sensum, apprehensionem quæ fide fit, & charitate intelligunt, per introductionem in domum matris Ecclesiæ, vel animæ, intelligunt introductionem in cœlestem Ierusalem matrem nostram, quæ ita explicat Casiodor. vt Ecclesia dicat: per fidem, & charitatem tibi adherens, prosequar te reuertentem in cælum post actum Incarnationis tuæ, & passionis mysterium. Ascendete namque in cælos Domino, Apostoli oculis illum deduxerunt, pioque prosecuti sunt aspectu; quousque nubes suscepit eum.

Iustus.

Cum cœlo receptus fueris, & me quoque in cælum assumptis, *Ibi me docebis*, & in omnem veritatem induces, & diuinitatem tuam facie ad faciem ostendes, & ego ostendam, quam feruentissima charitate te diligam, potans te charitatis *vino condito* bonis aliarum virtutum operibus, & *dabo tibi mustum malorum granatorum meorum*, ostendens in passionibus sanctorum Martyrum quanta diligaris charitate: Dilectio namque Martyrum mustum est malorum granatorum. Similia fere sunt, quæ dicuntur & à Iusto Orgel. quamquam, quod anima dicit, se ducturum Christum in cœlestem Ierusalem, de eo intelligat: quod ipsamet cum omnibus bonis, quæ per Christi gratiam consecuta est, eo perducatur meruerit. Porro quod dicitur, *Ibi me docebis*, arbitratur idem Casiodor. commodius referendum ad superiora, *Inueniam te foris*: ac si dicatur: Cum te in assumpta carne aspexero, *ibi me docebis*: quia ad omnia, quæ interrogare voluero, respondebis.

Casiod.

Greg. Papa. Synagoga conuersionem quanto studio procuratur sit Ecclesia.

Ad conuersionem Synagogæ referunt hæc Greg. Papa, Aponius, atque Ansel. licet cum aliqua diuersitate. Apprehensum Ecclesia in domum matris suæ dicit, ait Greg. quia Synagogæ in fine mundi Christum prædicabit: Ibi Christus Ecclesiam docebit: quia se doceri gaudebit, quando Synagogam iam idem corpus factam erudire secum videbit. *Poculum ex vino condito* dabit: quia ipsi Synagogæ nouum testamentum cum veteri prædicabit. *Mustum* vero malorum granatorum suorum tribuet: quia fortium virorum, qui unitatem Ecclesiæ in martyrio tenuerunt, exempla apponet.

Aponius.

Et Aponius, sola est, ait, anima, quæ sponsum desiderat apprehendere, & circumdatum carne in domum matris Synagogæ introducere: & ibi ab eo doceri ea, quæ nec oculus vidit, nec auris, &c. Vinum conditum intelligit confessionem Trinitatis, *mustum* vero martyrium: vt hic prophetatæ sint tribulationes, & martyria quæ in fine mundi Iudæis contingunt propter veræ fidei, quam susceperint, confessionem.

Anselmus.

Anselmus Iudæis iam conuersis hæc tribuit, ac si

A dicant: Qui prius fueramus à te separati, modo do tibi firmiter adhærebimus, & illos, qui modo seruiunt Synagogæ, tibi faciemus seruire: sicque te deducemus in domum matris nostræ. *Ibi*, dum te filijs Synagogæ annuntiabimus, nos *docebis*; quia nos aperiemus os, & tu adimplebis illud, vt promissisti: & conuertemus multos de Iudæis: qui erunt tibi *poculum ex vino*, id est, ex viris æstantibus amore Dei, qui multis decori sint virtutibus: quasi vinum multis aromatatum speciebus conditum, necnon & sanctorum Martyrū musto *ibibem* te potabo.

B E vestigio Rupertus Abbas Ecclesiæ Gentium hæc tribuit, atque de Gentium conuersione eadem accipit, propter quam conuersione Ecclesia dicat, Christum ipsum, in quem ipsa credidit, fide iam apprehensum ducturam in palatia Regum idololatrarum, & in templum dæmonum, vt in domum matris suæ, vt in eis inuocetur illius nomen. Porro quod dicitur, *Et dabo tibi poculum ex vino condito*, de sacrosancto Eucharistiæ Sacramento intelligit Rupertus, quod est sacramentum sacrificium in memoriam passionis Christi: per *mustum malorum granatorum* suorum alterum intelligit sacrificium sanctorum Martyrum.

9
Rup. Abb. Gentium conuersionem quanto studio procuratur sit Ecclesia. In Eucharistia potatur Christus vno condito.

C Theodorit. per domum matris animæ piæ videtur intelligere sanctam Ecclesiam, Quæ est, ait, domus Spiritus sancti (hic enim sponsam genuit) nisi diuinum templum, quod cœlestem imitatur Ierusalem, quo qui ingrediuntur sponsæ dignitatem suscipientes, cum fiducia sponsum alloquuntur? Per *vinum conditum* intelligit doctrinam diuina refertam gratia, ac veluti aromatibus conspersam; per *mustum* leu laticem malorum granatorum intelligit vtilitatem, quæ ex charitatis fructibus conficitur.

Theodorit. Ecclesia est domus matris animæ piæ.

D Alia ratione Tres Patres piæ item animæ hæc tribuunt, ac si illa dicat. Apprehendam te, qui mihi diuinitatem largiris, cupida splendoris tui: in eoque contemplando introducam te in mentem, quæ domus est gratiæ Spiritus sancti, à qua vt à matre per baptismum genita sum. Ad hæc tibi sicuti salutem meam quasi poculum quoddam offeram perpetuam tui cognitionem ex compositione diuersarum rationum, quæ in omnibus creaturis, & in scriptura, instructam. Hæc enim tamquam vinum odoratum lætificans cor, lætitia conspergit animas, à quibus percipitur, perennemque mihi tui vt summi boni amorem infundit ex præstantia timoris tui, & desiderij te perfruendi: quorum tãquam malorum punicorum alterum acerbitate sua me comprimit, alterum dulcedine oblectat.

Tres Patres. Per contemplationem introducit Christum ab anima in matrem domum gratiæ.

E Duos diuersissimos sensus indicat potius, quam explicet Philo Carpathius eorum, quibus dicitur, *Apprehendam te, & ducam in domum matris mee, & in promptuarium eius, quæ me collegit*: Sic legit ipse. Primum vt significetur, mors & sepultura Christi in terra, quam ait dictam matrem nostram, cuius domus, & promptuarium, quod omnes homines colligit, ipsa sit mors: sensusque sit, animam contemplaturam Christum factum fratrem suum in carne, vt per mortem mortem destruxit, & vt in terra sepultus, ex inferno sanctorum animas liberauit.

10
Phil. Carp. Mors est domus, & promptuarium terræ matris nostræ.

F Secundum, per domum matris sponsæ scripturas accipit sacras, quarum mysteria tamquam penus, & veluti promptuarium habentur, in quibus pia anima sæpe cum cælesti sponso loquitur, meditantisque, in his sanctissime reficitur. Per id, quod subiicitur, *Potabo te vino condito ab vnda punicorum meorum*, arbitratur Philo, significari potatam Ecclesiam sanctam, per id, quod munda est pretioso Christi sanguine: tum quod per Apostolos Spiritu sancto illustrata est, & tertio, quia nece, ac sanguine martyrum confirmatur. Indicat demum potatam eandem Ecclesiam vino sacratissimi sanguinis Christi in Sacramento Eucharistiæ, sed in omnibus est maxime confusus.

Scip. sacr. est domus Ecclesiæ aut piæ animæ.

Notandæ demum hoc loco sunt duæ lectiones Hieronym. Is enim primum ad finem comment. in cap. 9. Zachar. Ecclesiam ita hæc ad Christum dicere, inquit:

In Eucharistia quomodo potatur Christus. Hieronym.

Quit: *Potabis me de vino unguentarij, de riuus malorum granatorum tiorum*: In iisdem vero Commentar. super ca. 12. legit; *Potabis me de vino unguentarij, de vino malorum*.

Verf. III. cap. VIII. *Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.*

Verf. IV. cap. VIII. *Adiuuro vos filia Ierusalem, ne suscitatis, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit.*

Hypotyposis quid.
Cic. lib. de oratore.

2 Cant. 2. 4.

b Cant. 3. 4.

Paraphras.

DE duobus versibus hisce fufius egimus supra in c. 2. verf. 6. & 7. eoque recurrendum pro intelligentia tum eorum, quæ ad litteram, tum eorum, quæ ad spiritum pertinent. Illud duntaxat explicandum hoc loco superest, quod ad ipsorum pertinet connexionem cum antecedentibus, & consequentibus. Omissis autem, quæ ab aliis super hac re dicta reperio, breuiter ipse crediderim, hæc à spōsa in hunc locum relata per hypotyposim figuram illam apud Rhetores celeberrimam, quam Rhetorum princeps Cicero illustrem appellat explanationem, quæue est proposita quædam rerum forma ita expressa verbis, vt cerni potius videatur, quam audiri. Proponit enim hic sponsa, fuscifecque narrat, id ipsum tunc euenturū, si iuxta desiderium suum inuentum foris dilectum fratrem fugientem vbera matris suæ, de osculatumve apprehenderet, & duceret in domum matris suæ, ibique illum potare sibi liceret vino condito, & musto malorum granatorum suorum: quod & alias contigit; Vel cum ab illo introducta a fuit in cellam vinariam, ordinata, instructaque super ipsa charitatis acie vnuerfa: Vel cū ipsamet illum post longam quæstionem in inuentum introduxit in domum matris suæ & in cubiculum genitricis suæ: Ac si dicat.

Te apprehenso fratre dilectoque meo, & ducto in domum matris meæ, ibique dulcissimis, suauissimisque meis potato poculis: more sane consueto præ ipso charitatis languore animi patiar deliquium, decidensque in vlnas tuas dicam, quod & alias in simili casu dicere sum solita: *Læua eius, scilicet dilecti, si atrisque mei erit sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Tuque vicissim me dulcissimo ob deliquium consopita somno more pariter tibi consueto adstantes adiuuabis filias Ierusalem dicēs: *Adiuuro vos, &c.* Quibus expositis iam à dilecto ipso suo sustentata, eidemque in-nixa simul cum illo iter versus agros, & villas cepit habere, prout in subsequenti videbimus versu quinto.

Circa hæc sat video, vnum mihi obijci posse, quod, cum (vt ex dictis patet) etiam in duobus hisce versibus, quæ præ manibus habemus adhuc in assumpta persistatur similitudine fratris paruuli, incongrue à sponsa hæc dicantur, quæ infanti fugenti adhuc vbera matris competere minime queant. Sed tamen huic obiectioni facile est satisfacere: nam sponsa dictam infantis similitudinem ad hoc tantum assumpsit, vt ingens suum exprimeret desiderium, quo ardebat, vt dilecto suo honeste, pudiceque vbicunque & quando-cumque potiri sibi liceat: Non tamen indecens est, vt, cum retulerit, deductum illum à se in domum matris suæ, vbi honestissime amori vacent, non iam amplius vti de paruulo, & ad paruulum fratrem loquatur, sed de grandiori, & ad grandiozem virum atque dilectum suum fixos habeat oculos. Porro quod hoc loco omif-

A sâ reperiuntur, nedū in Vulgata, sed & in textu Hebr. verba illa, *Per capreas ceruosque camporum*, quæ tum in c. 2. tum in cap. 3. in simili sententia habentur, nostram confirmat sententiam; vt ista hoc loco neutiquam à sponso, prout in prædictis duobus locis, sed ab ipsamet dicta sint sponsa eiusdem dilecti verba referente, sed fœmineo, amantique more diminuta.

Adde, quod, cum iuxta lectionem Hebraicam verba illa, *per capreas ceruosque camporum*, maximam significant imprecationem dilacerationis, ei similis, quæ capreis, ceruisque camporum in venatione à canibus fit (vt explicatum videre est in expos. prima verf. 7. cap. 2.) admodum modeste, & prudenter sponsa ea omisit, dum coram Sociabus loqueretur, quæ filia erant Ierusalem.

Verf. III. cap. VIII. *Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.*

Verf. IV. cap. VIII. *Adiuuro vos filia Ierusalem, ne suscitatis, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit.*

Appendix Expositionum, Ex Antiquis Patribus collecta.

Paraphrasis Chaldaica. Dixit coetus Israel. Ego electa sum supra omnes populos: quia ego alligo frōtalia manu sinistra meæ, & capiti, chartulaque infixata est lateri dextro partæ meæ, cuius tertia pars respicit thalamum meum, vt non habeant licentiam da mones ad nocendum mihi.

Verf. III. Dixit Rex Messias: *Adiuuro vos popule mi domus Israel, quare contenditis contra populos terrarum, vt egrediamini ex captiuitate? & quare vos vultis rebellare contra exercitum Gog, & Magog? sustinete modicum, donec consumantur populi, qui ascenderunt ad belligerandum contra Ierusalem, & postea recordabitur vobis dominator sæculi miseratio-nium iustorum, & erit voluntas à facie eius, vt liberet vos.*

Verf. V. cap. VIII. *Qua est ista, qua ascendit de deserto, delicijs affluens, in-nixa super dilectum suum?*

EXPOSITIO I.

Iuxta sonum litterarum.

Communiori expositorum sententia eo propendet, vt in hoc versu quinto noua incipiat narratio, nouisque Actus dramatis, vel nouum extremumque Canticum, secundum illos, quibus liber iste diuiditur

In his nō esse principium noui actus.

ditur in decem cantica. Verum cum sat probatum à nobis sit, Canticum istud esse drama quoddam; cumque manifestum sit, compositiones illas, quæ dramatico more sunt conscriptæ, quinque duntaxat, non pluribus Actibus constare debere: nullatenus in prædictam ire possum opinionem: quandoquidem exordium Actus quinti in versu nono capitis sexti admodum congruenter constituit. Et, quæ hic dicuntur, congruentissime cum præcedentibus conueniunt, ita ut non sit necessarium ut personæ, quæ hucusque locutæ sunt è scena discesserint, nouaque instituatæ scena, in quam denuo eandem introducantur quæ loquantur, prout asserit Legionensis, multi- que alij, qui illum sequuntur.

Legionen- sis.

Facilius enim dicemus, eodem actu, eodemque tēporis momento, quo sponsa obuium præexposita oratione allocuta fuit dilectum simul cum illo iter arripuisse ad villas, vineamque illam suam, ad quam in vers. 11. & 12. cap. 7. eundem inuitarat: innixam vero esse dilecto suo; quia ex occasione affectuū, quos immediate expresserat, ab amoris vi eo impulsæ sit, ut iter capiens, super eum inniteretur, cuius iam dixerat læuam futuram sub capite suo, & dexteram se amplexaturā: quamquam & ob itineris pariter difficultatem, quia ascendere sibi erat difficile ut puellæ teneræ, super fortem innixa est ipsum dilectum suum. Iter ergo hac ratione agente sponsa vna cum dilecto, obuij illis fiunt in scena amici, & sodales aliquot sponsi, de quibus in fine Cantici dicit ipsemet sponsus: *a Amici ascultant*: hi vero ut primum in sponsam, eo pacto in agro procedentem, conficiunt oculos, insigni eius pulchritudine, nouoque illo commoti spectaculo, summa cum admiratione obstupescunt, inuicemque ad femet exclamantes in hæc prorumpunt: *Quæ est ista, quæ ascendit de deserto*, &c. Et quidem tametsi alias simili admiratione eandem sponsam celebratam laudibus præstantissimis viderimus supra tum in cap. 3. vbi dicebatur.

a Cant. 8. 23

b Cant. 3. 6.
c Cant. 6. 5.

b *Quæ est ista quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromaribus*, &c. tum in cap. 6. cum diceretur: *c Quæ est ista, quæ progreditur sicut aurora consurgens, pulchra ut luna electa*, &c. Si tamen recte, quæ in præsentia sententia dicuntur, & exacte perpendantur, nusquam efficacius eadem euehitur, quam hic; & ab hisce, qui modo eam admirantur; quippe qui illi tribuunt laudem, quam vnam ab ipsa æstimari norunt: Ea vero est, quod tali iuncta dilecto, cum illo, & super illum innixa progrediatur: exinde enim consequenter habet; ut & delicijs affluat, quod vnum ipsi semper exitit in optatis. Parum enim illi esset id omne, quod alioquin in se admirationem alijs incuteret, ita ut diceretur vel erecta, & fragrans sicut virgula fumi ex aromaribus vniuersis, ac similis auroræ, Lunæ, Soli, aut etiam ordinatæ aciei castrorum, ni ob eximiam pulchritudinem ipsam suam eo peruenisset, ut ex eo delicijs afflueret, quia *innixa super dilectum suum* ascenderet. Quod ergo obuij illi hic inquirunt, tale est.

Quoniam est ista adeo insignis, adeo & pulchra, quæ admirabili pulchritudine ipsa sua eo peruenit, ut talē deuincire sibi potuerit dilectum, quæ eue & modo super ipsum innixa dilectum de agro progrediens, ex illius societate delicijs affluit inexplicabilibus?

Paraphra- sis.

Circa vocum significationem, lectionumque varietatem notandum primo: ex ijs, quæ dicta à nobis fuerunt supra in versu 6. c. 3. cōstare verbum ascendēdi hic usurpatum ob qualitatem terræ Iudææ, & in primis Ierosolymitanæ, quæ montosa est, atque adeo dum per eam progreditur quis, ascendere vel descendere dicitur: & nomen deserti Hebr. phrasi positum ad significandum agrum, solumve illud, quod est extra hominum habitationem. Porro ob id, quod sponsa dicitur, ascendere de deserto, seu de agro, fere communi consensu existimatur ab expositoribus, ex hoc loco colligendum, sponsam representatam vna cum dilecto suo de agro nunc progredientem in Urbem.

Id tamen me non conuincit, qui probabilius censui, dicendum, iter, de quo nunc est sermo, non ad Urbem, è qua venerat sponsus, sed ad villas, & vineam potius sponsæ esse directum, ad quas villas, & vineam obuium dilectum suum iam inuitarat, & de qua item vinea, in iplomet & itinere postmodum eadem sponsa illam celebrans, dicit: *d Vineam meam coram me est*, & cetera. De agro vero ascendere sponsa in hoc dicitur itinere: quia, ut patet ex superioribus, in agro iam erat, rediens ex horto nucum, conuersoque itinere eo pergere cepit, quo ad prædictam tendebat vineam suam, ad villas, atque ad hortos, de quibus in fine præsentis capitis, atque totius operis, ut videbimus.

d Cant. 8. x

Notandum secundo, Septu. pro eo quod in Hebr. est *מִן חַמְדָּבָר* min hamidbar, de deserto, diuersissimo significatione reddidisse, & dicitur, dealbata, respicientes ad mysterium dealbationis baptismi faciendæ per sanguinem Christi. Videntur enim sumpsisse Hebraicam vocem *מִדְבָּר* midbar, desertum, ut deducam à verbo *בָּרַר* barar, quod significat mundare, purificare, tergere, & polire, legentes *ו* vau pro *ד* dalet, *הַמְבָרַר* hamubbar, id est, de purificatio, electo, & dealbato, pahul coniugationis Hiphngil; seu alia ratione deducentes eandem vocem à voce *בָּר* bar, quæ significat mundum. Quamuis autem in Biblijs Complutensibus in versione ipsa Sept. haud legatur vox ista dealbata, & quoddam scholion Græcum relatum in annotationibus Codicis Vaticani versionis Septu. iuxta lectionem Hebr. atque Vulgat. habeat, *in tuis iugularibus, è deserto, seu ex eremo*; ab vniuersis nihilominus antiquis Patribus eadem vox dealbata in ipsa versione Sept. agnoscitur, ut videbimus in appendice.

Vox dealbata quomodo sit posita à Sept.

Notandum tertio, quia Hebraicum participium *מִתְרַפֶּקֶת* mithrappketh, quod hoc duntaxat loco reperitur, duplicis esset significationis, duoque significare posset, & delictantem, in quo significato id sumpsit R. David kimki, & adhærentem, seu innixam, prout illud sumpsere Sept. nosster Interpretes iuxta vtrumque significatum ipsum accipiens, duplici illud reddidit participio, vertens, *Delicijs affluens*, & *innixa*. R. Salomon, & R. Abraham Aben Ezdra, ut vocem Ismaelicam, & Arabicam idem fumentes, fociatam significare, inquirunt: Ac si dicatur: *Quæ est ista ascendens de deserto associata dilecto suo?* Noua tamen ratione, nouoque significato Orig. illud accipit hom. 1. ex duabus illis, quas in Latinum vertit B. Hieronym. pro participio *ἐπισημειωμένη*, *innixa*, quod communiter legitur in versione Septuag. legens, *ἐπισημειωμένη*, super pectus recumbens.

R. David.

R. Salomon.
R. Abraham.

Orig.

Verf. V. cap. VIII. *Quæ est ista quæ ascendit de deserto, delicijs affluens, innixa super dilectum suum?*

EXPOSITIO II.

De Prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

Cum admiratio iuxta Aristotelis dictum ex dubitatione proueniat, & ex ignorantia, nihilve in re qualibet sit, quod magis ignoretur, excitetque dubita-

Admiratio ex ignorantia Arist. lib. 1 Metaph. c. 2

dubitationem, quam cum affectus in illa conspiciuntur, qui sibi inuicem aduersentur: merito tamen in hac sententia vel Gentes proponuntur, vel etiam cœlestes spiritus, qui Catholicam, & Orthodoxam admirentur Ecclesiam: simulque causa subindicatur t̄tæ admirationis, quod scilicet de arido, horridoque deserto ascendat, delictijs affluens. Quæ duo pugnantia inter se esse videntur, sicut & id, quod iuxta versionem Septuag. vna eademque Ecclesia dicitur dealbata, quam ex ipsiusmet confessione nigram extirpsisse exploratum est, repugnantiam quamdam primo aspectu videtur inuoluere. Sed tamen ita admirationem istam proponit Spiritus S̄ctus, vt simul quoque & id proponat quo vniuersa tollitur admiratio, simul ac dubitatio: quandoquidem ex admiratione homines philosophari cœpisse, idem asserit Aristoteles vbi supra.

a Cant. 1. 5

Aristot.

Admiratio causa scientiæ eademque tollitur per scientiam.

Ecclesia exinde, quod innixa est Christo laudatur, vt dealbata, & vt delictijs affluens.

Paraphra. 3. 6.

b Cant. 3. 6.

c Ephes. 5. 15.

Delictijs affluit Ecclesia quia Christo innitur. d Iai. 51. 3.

Atque adeo sicut admiratio causa quodammodo est cognitionis, atque scientiæ: ita è vestigio per cognitionem, & scientiam ipsa tollitur admiratio, sublata ignorantia eius, quod admirabilem causat effectus. Sic igitur & qui hoc loco proponuntur admirantes Ecclesiam, de deserto miseri huius mundi, nigramque ascendentem, dealbatam, vtque delictijs affluentem, mirabili artificio proponuntur simul exponentes, sibi esse exploratam causam tantorum effectuum, vt libere vniuersos eam doceant, ijs duntaxat verbis, *Innixa super dilectum suum*. Vnde apparet artificium, quo in hisce vsus est Spiritus sanctus: quippe qui, proposita prius admiratione, celsitudinem cuexit laudis, quam in suam conferebat sponsam, quod dealbata esset, & delictijs affluens, tamen & nigra extirperit, & in deserto: vt illico audientium animi admiratione istorum cōmōri causam nosse optarent eorum, quam & illico asserit, dicens, *innixa super dilectum suum*: Ac si diceret.

Ne cui ob tantarum laudum admirationem vlla subrepat dubitatio earum: exinde enim Ecclesiæ, quæ nigra erat, obuēnit dealbatio, eidemque, quæ & in deserto, & ipsummet erat desertum, delictiarum contigit cumulus maximus, quod vt Christi sponsa super Christum *innixa est dilectum suum*.

Multi quidem circa hæc dici possent, ni alias in sæpe citato loco cap. 3. b explicatum à nobis esset, & quomodo Ecclesia ascenderit, & quomodo in mundo, per mundum, atque de mundo, vt de deserto ascendere: Id tantummodo superest explicandum, quod ex desponsatione cum Christo, & innixione super Christum vt super sponsum suum fuerit dealbata, atque etiam inexplicabilibus cumulata delictijs. Et quidem quod de dealbatione asseritur, manifesto Pauli testimonio comprobatum reperimus, quo in epist. ad Eph. dicitur: *c Viri diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aque in verbo, vt exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam, &c.* Sed, quod de delictiarum cumulo prædicatur, quin & totum id, quod in præsentī asseritur Ecclesiæ encomio, per Isai. seu etiam per Deum ipsum apud Isaiam prænuntiātū & comprobatum habemus, vbi in cap. 51. hæc repertiuntur: *d Consolabitur Dominus Sion, & consolabitur omnes ruinas eius; & ponet desertum eius quasi delicias (seu iuxta Hebr. & Sept. quasi paradisum) & solitudinem eius (seu iuxta Sept. & ad ea, que in occidentem, id est in tenebris sunt) quasi hortum (seu paradisum) Domini: gaudium & letitia inuenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis. Si ergo in deserto erat: quin & desertum ipsum erat horrore refertum, pollicetur ei Deus delicias eas, quibus competat nomen paradisi Domini: Si nigra, & in tenebris erat, talem pollicetur dealbationem, vt candori illius competat lucis appellatio: propterea enim postquam dixit, & que ad Occidentem erant, quasi hortum, seu paradisum Domini, scilicet pulchra, subiicit Deus ipse: *Quia lex à me exhibitā & iudicium meū in lucem populorum requisiescit. Quod si in præsentī Can-**

ticorum encomio, & causa ea assignatur prædictorum: quia Ecclesia vt Christi sponsa cum Christo progrediatur, & super Christum ascendentem innixa ascendat: id ipsum explicat & Dominus in eadem prophetia Isaiæ: post præallata namque subiicit immediate, *prope est iustus meus*: Quinam vero Christus magis dicendus est prope, quam Ecclesiæ sponsæ vnica ipse? *Egressus est saluator* (Hebraice, *Iesus*) *meus*: tunc certe egressus, quando illum Ecclesia inuitauit, & dixit, *e Egrediamur in agrum: Et brachia mea populos indicabunt*, vel magis ad rem nostram iuxta versionem Sept. *Et in brachio gentes sperabunt*: hoc est enim, Ecclesiam innixam esse super dilectum suum, quod in Deiduntaxat sperat robore, atque ope, quodve tota à Christo pendet, & quodammodo à Christi brachijs sustentari se sinit: Id quod apertius verbis immediate sequentibus explicatur etiam in nostra vulgata; *Me insula expectabunt, & brachium meum sustinebunt* (seu vt est in Hebræo, *Et super brachium meum sustinebunt*) scilicet sese, quod tantumdem est, ac super brachium meum inniteant. Circa quæ postrema verba illud maxime animaduertendum, quam caute Dominus locutus sit: quandoquidem id in Ecclesia celebrans, quod præ ceteris omnibus in ea erat commendandum vt ceterorum omnium causa, non dixit, *Me Sion*, aut *Ecclesia*, aut *Gentes expectabunt*, &c. at: *Me insula expectabunt*, insularum appellatione indicans, ita Ecclesiam totam à Christo pendere, vnique innixam esse Christo, vt à quolibet alio dilecto, à quolibet sustentatore disincta sit, non secus atque Insulæ à qualibet disinctæ sunt terra, qua fulciantur, præter ipsam vnā cui innituntur: Id quod vt singulare encomium in præsentī Canticorum versu, quem modo exponimus; in Catholicam duntaxat Ecclesiam confertur, dum dicitur, *Innixa super dilectum suum*, vnū scilicet Christum duntaxat: hæreticorum enim sectæ cum & super proprios hæresiarchas nitantur, à quibus & nomen desumunt, nequaquā dici possunt *innixa super dilectum suum* Christum, atque adeo nec dignæ sunt, quod hæc celebrentur laudibus, quod de deserto ascendant dealbatæ, & delictijs affluentes; cum potius per desertum descendant & de deserto huius mundi in obscuriores semper prolabantur iniquitatis, & ignorantia foveas, per eos ipsos, quibus innituntur, sanguine deturpata peccatorum, & scelerum multorum, vt pote confidentes, iuxta id, quod dicitur apud Isaiam, *a Super baculum arundineum confractum, nisi innixus fuerit homo, intrabit in manus eius, & perforabit eam.*

c Cant. 7. 11.

Ecclesia quomodo ab vno pendat Christo, idcoque sit vt Insula.

Simile.

Hæreticorū sectæ non possunt dici innixa super Christum dilectum suū, quod est propriū Ecclesiæ Catholicæ.

a Iai. 36.

E

Verf. V. cap. VIII. *Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, delictijs affluens, innixa super dilectum suum?*

EXPOSITIO III.

De secunda Sponsa, quæ est Anima Iusti.

SI dum in incipientium statu pia adhuc persisteret Anima, progressu ipso suo, quo ascendere satagebat per desertum, atque per propria vilitatis cognitionem, per varia mortificationum genera, per orationes, perque virtutum studium licet exiguum, intuen-

4. Iustus quilibet sui causat admirationem.

b Cant. 3. 6.

Perfecti Dei habent ob oculos, quem imitentur, imperfecti vero sanctorum c Cant. 6. 9.

intuentibus eam incussit admirationem, vt exclamari-
runt: *b Quæ est ista, quæ ascendit per desertum sicut virgula su-
mi ex aromatis myrrha & thuris, & vniuersi pulueris pig-
mentarij? Si & cum è gradu incipientium, relicto iam
deserto, ad proficientium ascendit gradum, tales in
via illuminatiua egit lucis progressus, vt celsissimis,
fulgentissimisque assimilata rebus, maiori iam cum
admiratione iis euecta sit verbis: c Quæ est ista, quæ
progreditur quasi aurora consurgens, pulchra vt Luna, ele-
cta vt Sol, terribilis vt castrorum acies ordinata? Multo sane
rationabilius est, vt quæ nec in deserto iam est
vitæ secularis, & imperfectæ, nec ita iam pro-
greditur, sicut ij progrediuntur, qui in profi-
cientium ordine constituti, planam, facilemque
terunt viam illuminatiuam, quive solummodo ad
creaturarum, sanctorumque vitorum imitationem
proficere satagentes, in virtutum studio similes
esse nituntur nedum incipientibus, quibus per
d Isa. 58. 7. *Perfecti pro-
gressus est
iugis ascen-
sus, qui in
cognitionem
Dei tenent.*
e Matth. 13. *e Fulgentes sicut Sol in conspectu Dei: Multo inquam
congruentius est, vt admirationem sui ingerat ead-
em iam ita perfecta, vt, tametsi adhuc progredi-
atur, quia perfectio præsentis vitæ est in conti-
nuo progressu; progressus tamen illius iugis ad-
scensus est, quatenus Deum imitari satagit in pu-
ritate, ac sanctitate celsissimum, ambulans per
viam vnitiam, qua semper ascenditur: quando-
quidem qui per illam graditur, vnitus cum Deo
graditur, qui in altis habitans, alta iugiter petit
in quolibet virtutis genere. Iure igitur optimo
perfectam animam ipsam admirantur, quotquot il-
lam intuentur spirituales, ipsamque cum admiratio-
ne miris præconijs efferunt eius perfectionem, di-
centes.**

Paraphra-
sis.

*Quæ est ista, quæ ascendit, non iam amplius per deser-
tum, sed de deserto duntaxat, quatenus adhuc in huius
vitæ exilio degit, delicijs in ipso suo ascensu affluens,
cum super Deum innixa sit, Deoque dilecto suo vnita
in vita ascendat spirituali?*

Vita spiri-
tualis quam
diuersimode
transfigatur
ab humil-
ibus, atque
à superbis.
Simile.

Circa hæc autem duo sunt animaduertenda. Pri-
mum, ex ijs, quæ hoc loco dicuntur, colligi, quam
diuersimode transfigatur vita spiritualis ab his,
qui toti innituntur Domino, atque ab ijs, qui in
proprijs confidentes viribus, per semetipsos hu-
iuscemodi vitæ arripere audent studium. Exemplo
pueruli id facile intelligi potest. Neque enim spiritua-
li vitæ indulgere quis potest, qui prius instar pueruli
se non exhibuerit, iuxta illud redemptoris nostri:

f Matth. 18. *f Nisi efficiamini sicut paruulus iste, non intrabitis in reg-
num cælorum: vbi regni cælorum nomine vitam ip-
sam insigniuit spiritualement, prout & ibi: g Simile est
regnum cælorum thesauro abscondito in agro: Nec plus vi-
rum nobis inesse, censendum est, quam in puerulo
sit, atque infantulo, qui vix mouere se potest à
femetipso; cum iuxta Apostoli dictum, h Nec sim-
us sufficientes cognare aliquid a nobis tamquam ex nobis,
sed sufficientia nostra à Domino sit. Sicut enim pueru-
lus, cum per asperam, montosamque viam ascen-
dendum fuerit, si matris vlnis innixus gestetur,
difficillimum licet iter peragat; tantumque abest ab
incommodis vllis sentiendis, vt maximis perfruatur
delicijs, ex charissimæ nimirum matris blanditijs,
ex itineris nouitate, ex aspectu fontium, viridantium-
que pratorum, ac ceterorum, quæ in inferioribus è
celso conspicit, necnon ex cibis, quibus à matre ip-
sa sua reficitur, cum è vestigio, si idem ipse puer à de-
serto loco absque vllius ope excelsum ascendere ni-*

g Matth. 13. 44.
h2. Cor. 3. 5
Confidentia
in Dei tantu
ope, quam
nobis neces-
saria sit in
vita spiri-
tuali.

tatur montem, illico in sudorem liquecet, spiritum
vix haurire poterit, fame premitur, ac siti, dum pon-
dus ferre nequiverit alimentorum, adeoque defati-
gabitur, vt media in via à cæpto desistere cogatur
itinere pæne animam agens. Simile quid euenire ijs
continuo probamus experimento, qui de deserto
huius mundi viam ascendere velint virtutis, & vi-
tæ spiritualis celsissimæ, vtpote qua ad celsissimum
tenditur cælum; atque adeo & difficillimæ, si pro-
prijs duntaxat innixi viribus, & per semetipsos istud
aggrediantur iter, difficillimum sane illud sentient, &
iniuium; cumque diuinæ gratiæ spiritum accipere ne-
queant, defatigati, ac lassati in primis ipsis deficient
vitæ spiritualis initijs: ita vt quod in mortis articulo,
& in inferno de viis iniquitatis in libro Sapientiæ
dicitur, a Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis,
& ambulauimus vias difficiles, in malignitate nostra consum-
pti sumus, ipsi è contra ad iter transferant vitæ spiri-
tualis, nec erubescant dicere, lassati sumus in via (vir-
tutis) & perditionis: perditionis eam appellant eo sen-
su, quo peruersi illi ad Ieremiam dixerunt: b Ex eo
tempore, quo cessauimus sacrificare Regine cæli, & libare es
libamina (vt scilicet Deo seruiremus, per viam man-
datorum illius ambulantes) Indigemus omnibus, & gla-
dio, & fame consumpti sumus: Atque adeo addunt: Am-
bulauimus vias difficiles, & in nostro virtutis studio
consumpti sumus. At vero è contra respectu illius, qui
suum agnoscens debilitatem, totus Deo innixus di-
lecto suo de mundi iter deserto iter ipsum aggredi-
tur, & ascensus facillimus est, & insuper in ipsomet
ascensu suo maximis perfunditur delicijs iuxta illud
Isaiæ: c Ad vbera potabimini, & super genua blandientur
vobis, quomodo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor
vos, & in Ierusalem (id est, & in vita ipsa spirituali,
quæ est vera Ierusalem, & visio pacis) consolabi-
mini. Probatque idem Isaias peroptime, quic-
quid hucusque dictum est eadem similitudine pue-
ri, cum in cap. 40. ait: d Deficient pueri & laborabunt, &
iuuenes in infirmitate cadent. Qui autem sperant in Domi-
no, mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut aquilæ: cur-
rent, & non laborabunt, ambulabunt, & non deficient. Mu-
tabunt fortitudinem: quia qui infantili vix pollebant
robore, iam diuinæ gratiæ fortitudine erunt accin-
cti. Assument pennas sicut Aquilæ: quia celsissimum
vitæ spiritualis iter ea facient facilitate & voluptate,
qua & aquilæ cælum versus volare gaudent. Cur-
rent absque vlla laboris defatigatione, quia & sum-
ma cum oblectatione, ita vt propterea dicturi
sint, quod Dauid ait: e Viam mandatorum tuo-
rum cucurri: quia dilatasti cor meum: nouimus quip-
pe gaudium, lætitia, ac voluptate cor dilatari so-
litum.

B

C

D

E

Vita spiri-
tualis quibus
sit difficilli-
ma. a Sap. 5. 7.
 b Ex eo
 b Iere. 44. 18.
 Vita spiri-
tualis quibus
sit facili-
lima, &
delicijs
affluens. c Isai. 66. 12.
 d Isai. 40. 38.
 e Psal. 118. 32.

Notandum secundo, tametsi ex lectione vulgatæ
manifeste colligere nequeamus, quibus delicijs af-
fluat anima sancta, dum Deo innixa per cælestem
ascendit conuersationem: quibusnam in rebus ex-
sitæ sunt deliciæ, propter quas hanc meretur laudem,
vt tanta cum admiratione hifce celebretur: *Quæ est
ista, quæ ascendit de deserto, delicijs affluens, innixa super di-
lectum suum? Ex versione tamen Sept. arguere eas li-
cet: nam primo ex eo, quod dicitur, Quæ est ista, quæ
ascendit dealbata, innixa, &c. indicatur, dealbationem
ipsam esse has eius delicijs, puritatem nimirum cor-
dis, & conscientiæ tranquillitatem.*

Quatenus enim per sanguinem agni immaculati
abluta est ab omni peccati forde, eoque dealbata
candore, vt etiam à Deo f Tota pulchra dici queat, &
sine macula, ijs perfunditur delicijs, quibus haud fi-
miles reperiri possunt in vita præsentis. At si aliqua
explicandæ sint similitudine, vna duntaxat expri-
mi possunt visionis Dei, in qua summa beatorum
scelicitas, deliciarumque omnium cumulus, prout
in Euangelio contestatus est Christus Dominus, vbi
dixit: g Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum vide-
bunt.

Vita spiri-
tualis quibus
sit difficilli-
ma.

b Iere. 44. 18.

Vita spiri-
tualis quibus
sit facili-
lima, &
delicijs
affluens.

c Isai. 66. 12.

d Isai. 40. 38.

e Psal. 118. 32.

6
Vita spiri-
tualis delicia
quæ sint.

Cordis puri-
tas exhibet
delicias cæ-
lestis patriæ.

f Cant. 4. 7.

g Mat. 5. 8.

Vite spiritua-
li indulgens,
recumbit su-
per pectus
Domini, in-
deque fugit
lac consolati-
onum.

h Isa. 66. 11.

i Ioan. 13.
23.

Secundo ex eo, quod pro, *Innixa super dilectum suum*, A
lectione Origen. dicitur super pectus recumbens di-
lecti sui, colligere licet, exinde quoque eamdem ani-
mam spiritualium, & diuinarum affluere consolatio-
num delicijs: quia orationi, contemplationi, alijsve
vacans sanctis exercitijs, recumbit quodammodo su-
per Christi pectus, ex cuius vberibus suauissimum il-
lud fugit lac prædictarum consolationum, quæ gu-
stari quidem possunt, sed nequeunt explicari, iuxta il-
lud Isaia: *h Vt sugatis, & repleamini ab ubere consolationis
eius, (scilicet Dei) ut mulgeatis, & delicijs affluatis ab om-
nimoda gloria eius, quales certe delicias vbertim hau-
sisse, atque fuisse non ambigo dilectum illum disci-
pulum, qui supra pectus Domini in cæna recubuit.*

luntatem, vt in se humili ancilla eius fieret secun-
dum verbum eiusdem dilecti sui, ex humillimo an-
cilla gradu ad celsissimam euecta est Dei genitricis
dignitatem: ita vt quæ prius Virgo, atque adeo alba
re vera erat, sed ancilla in humilitate demissa, iam
esset & Mater, & Virgo, Soli nimirum vnita, quem
peperit, iuxta illud Psalmi: *In Sole posuit tabernaculum* ^{a Psa. 18. 6.}
sum: miraque, & inexplicabili ratione ab ipsomet
Sole dealbata; puriorque post conceptum, & partum
exhibita: non secus ac vas crystallinum cum Sole in
se concipit, eundemque per emissos è se radios quod-
dammodo parit, dealbatum, & illustratum à Sole ip-
so, asserimus; tamen etiam primo candidum illud ef-
set, & fulgens.

Quo loco duo notanda sunt. Primum, quomodo ^g
ab vno, eodemque Sole iustitiæ Christo filio Dei duo ^{Maria à}
in vnamet Gloriosa Virgine contraria facta asseran- ^{Christo verò}
tur, dealbatio nimirum, & denigratio: Sic enim in <sup>Sole quomo-
do & deco-
lorata dica-
tur, & de-
albata.</sup>
loco paulo ante citato legimus ab ipsamet Virgine di- ^{Simile.}
ctum; *h Nolite me considerare, quod fusca sim, quia decolora-
uit me Sol*: Siquidem secundum rei veritatem à Sole
prædicto dealbatio dumtaxat causata in Maria est,
sed decoloratio eidem tributa reperitur secundum
falsam infidelium Iudæorum opinionem: quod eam-
dem Virgo indicauit in his, quæ illico subiecit: *o Filij* ^{c Cant. 1. 6.}
matris meæ pugnaverunt contra me, posuerunt me custodem ^g
*in vineis, scilicet mundi: Vineam meam (scilicet virgini-
tatem) non custodiu, secundum eorum videlicet opi-
nionem. Quamquam alio modo dici posset, B. Vir-
ginem vt humillimam decoloratam se asserere à sole,
quia in comparatione puritatis, & candoris Christi
filij sui fuscam se reputabat, & nigram, vt explica-
tum est in loco citato.*

Porro eamdamet Virginem vt à fidelibus
consideratam ascendente ad Dei genitricis digni-
tatem, recte ab eo ipso sole dici dealbatam; quia
per partum purior ostensa esse dignoscitur, vt expli-
catum est supra, utpote quæ Christum peperit can-
dorem lucis æternæ.

Secundo notandum, istud ipsum, quod iuxta ver-
sionem Sept. explicatur, & in Beata Virgine celebra-
tur per verbum, *ascendit*, & participium, *dealbata*, et-
iam in nostra Vulgata lectione, & fortasse apertius,
& efficacius celebrari, per id, quod haud simplici-
ter dicitur, *Quæ est ista quæ ascendit*, sed additur, *de de-
serto*, & pro participio, *dealbata*, alterum habetur par-
ticipium, *delicijs affluens*. Per id quippe, quod dicitur
Gloriosa Virgo adscendere de deserto, Maternitatis Dei
in ea euehitur dignitas, qua de deserto maledictæ
sterilitatis ad celsissimi Dei partum ascendit: Per id
vero, quod dicitur, *delicijs affluens*, ipsa eius puritas vir-
ginalis significatur, quæ dum vna cum partu seruata
illi est, inexplicabilibus illam cumulauit delicijs, iuxta
illud Bernardi ferm. 4. in festo assumptionis B. Ma-
riæ. Quidni delicias dixerim virginitatis decus cum
munere fecunditatis.

*Vers. V. cap. VIII. Quæ est ista,
quæ ascendit de deserto, delicijs
affluens, innixa super dilectum
suum?*

EXPOSITIO IIII.

De tertia Sponsa, quæ est Beata Virgo Maria.

7
De Assum-
ptione B.
Mariæ.

k Cant. 8. 2.

l Cant. 1. 5.

Paraphra-
sis.

Celeberrimus est locus iste pro solemnitate As-
sumptionis Gloriosæ Virginis, præsertim apud
recentiores aliquot expositores, inter quos præ ceteris
exactius illum pertractat Hieron. Almonacrius
in suis Comment. Magis tamen ad rem, de qua huc
vsque actum est in præcedentibus, illud erit; vt dica-
mus, admodum conuenienter, postquam B. Virgo in
superioribus suum ingens patefecit desiderium con-
uersionis Iudaici populi, vbi dixit, *k apprehensuram*
se Christum dilectum suum, eundemque ducturam
in Iudæorum mentes, & in domum Synagogæ matris
suæ, ibique in ijs, qui ex illo populo conuersi fuerint,
*ei daturam poculum è vino compunctionis, condito fra-
grantissima deuotione, & feruentissimum exhibitu-
ram mustum dilectionis: nunc illico proponit talis de-
siderij, & talium precum affectuosissimarum fructum*
in Iudæis ipsis, ad fidem conuersis; qui, cum prius ita
*sanctam ipsam Virginem infesto persequerentur ani-
mo; vt absurdissimas aduersum eius virginitatem ef-
futirent blasphemias, prout ipsamet Virgo Dei geni-
trix explicauit in cap. primo, vbi dixit: l Nigra sum, in*
opinionem scilicet eorum. & Nolite me considerare, quod
*fusca sim: quia decolorauit me Sol. Filij matris meæ pugnaue-
runt contra me, &c. vt videre ibi potes in expositione*
quarta: nunc è contrario illam ipsam contemplantes,
illiusque admirantes virginitatis candorem, quem ex
vnione arctissima cum Deo dilecto suo illustriorem
*redditum exhibuit, miris hisce cum efferunt præco-
nijs, dicentes. Quæ est ista, quæ ascendit dealbata (iuxta*
Sept.) innixa super dilectum suum? Æque est enim, ac si
dicant.

O qualis, quantaque est ista, quæ iam in opinione
nostra in extremum descenderat nigredinis, & im-
pudicitia, quomodo in celsissimum puritatis gradum
ascendere eam conspiciamus? Candidam certe eam
semper extitisse, fatemur ob insigne virginitatis pro-
positum, & votum, quod ante conceptionem filij Dei
illam emisisse nouimus. At illud maxime eam vnuer-
sis reddit admirabilem, quod quando per perfectam
resignationem totam sese in Deum proiecit, innitens
super ipsum, cui desponsata iam fuerat per Angelum
paronymum, eiusdem voluntati suam vnicias vo-

*Vers. V. cap. VIII. Quæ est ista, quæ
ascendit de deserto, delicijs af-
fluens, innixa super dilectum
suum?*

*Appendix Expositionum, Ex Antiquis Patribus
collecta.*

Paraphrasis Chaldaica. Dixit Salomon Pro-
pheta: Quando reuiuifcent mortui, futurum
est, vt

est, vt scindatur mons oliuarum, & omnes mortui Israel egressuri sunt ex eo: & etiam iusti, qui mortui sunt in captiuitate, venturi sunt per viam spinarum sub terra, & egredientur ex monte oliuarum. Futurum est autem, vt impij, qui mortui sunt, & sepulti sunt in terra Israel, deiciantur sicut lapis, quem projicit homo super terram. Tunc dicent omnes habitatores terrae: Quod est meritum populi huius, qui ascendit de terra in mille millibus, sicut in die, quo ascendit de deserto in terram Israel, & delicijs affluunt propter miserationes Domini sui, sicut in die, qua visus est sub monte Sinai, vt fusciperet legem?

Peruulgatus est locus iste apud veteres Patres: verum, cum duplex apud illos interpretata reperitur lectio, tum ea, quae est in Vulg. tum ea, quae est in versione Sept. referamus primo, quae ab illis ad nostram Vulgatae lectionem dicuntur.

Communior certe eius lectionis sensus est, vt vel Synagoga, vel aliae Gentes admirentur Ecclesiae progressum de deserto infidelitatis ascendentis virtutum gradibus. Ita Cassiodorus, Beda, Rupertus Abbas, Anselmus, & Hugo de S. Victore erudit. Theolog. ex miscellan. 2. libr. 3. tit. 82. Delicijs affluere Ecclesia dicitur secundum Cassiodorum, Bedam, Anselmum, & Hugonem; quia virtutibus abundans. Secundum Rupertum: quia redundas gratijs, & donis Spiritus Sancti. In hoc denique progressu in eo potissimum admirationem causat, quia fiducialiter agit in Christo, eique virtutes, & dona omnia accepta fert, vt asserit Cassiodorus, & Beda, qui legerunt, *Innixa super dilectum meum*, quod ita à Synagoga dictum iniquiunt: quia ipsa sola putabat, se habere cognitionem Dei ceteris gentibus in ignorantia destitutis. Communiter tamen à reliquis Patribus vniuersis legitur, *Innixa super dilectum suum*, in quo praecipuam sanctorum laudem designatam censent, quod haud in proprijs fidentes sint viribus, sed toti super Deum nitantur dilectum suum.

Cassiod.
Beda.
Rupertus.
Anselm.
Hugo Vict.

Fidendum
in Deo, non
in nobismet-
ipsis.

Bernard.
Richard.
Vict.

In huius namque laudis comprobationem asserunt hunc locum, eundemque perpendunt Bernardus ferm. 5. & ferm. 86. in Cant. atque Richardus de S. Victore lib. 9. de contempl. cap. 6. & 15. estque fere omnium, qui hunc locum pertractant, sensus.

Ad ascensum Ecclesiae item, & pie animae, sed qui per studium fit contemplationis, refert haec Gregor. Papa in libr. 16. Moral. cap. 9. atque etiam expositio. in Cant. vbi ait: Sancta Ecclesia, vel quaelibet anima de deserto ascendit: quia in exilio huius peregrinationis posita ad caelestia gaudia mente, & cogitationibus tendit: Delicijs affluit: quia sanctae scripturae meditationibus intendens, caelesti pabulo assidue mentes pascit, &c. & in praecipuo loco moralium: Nisi verbum Dei delicijs afflueret, de deserto vitae praesentis ascendere ad superiora non posset.

Delicijs ergo affluit, & ascendit: quia dum mysticis intelligentijs pascitur, ad superna quotidie contemplanda subleuatur.

Eandem lectionem Vulgatae ad animae item progressum in sancta conuersatione refert & Bernardus in quadam sententiarum suarum, quae habentur in tom. 1. dicens: De valle plorationis ascensuri, semper ad altiora tendere, & anhelare debemus: est enim quasi quoddam desertum vita ista mortalis, de qua dicitur in Psalm. a Terra deserta, innixa, & in aquo-

Progressus
iusti in san-
cta conuer-
satione qua-
lis.
Bernard.

2 Psalm. 6. 12

Sed triformis est species desertorum: est quippe desertum, momentanea scilicet vanitas, quam despiciere vitam moderatione debemus, de quo deserto ascendere nos oportet, sicut dicitur in Canticis: *Quae est ista, quae ascendit de deserto, delicijs affluens, innixa super dilectum suum?*

Delicijs affluimus, cum virtutibus abundamus: Super dilectum innitimur, cum Deo adscribimus, quicquid boni operamur, &c. quae ibi prosequi-

tur de ascensu per desertum simplicitatis, seu humilitatis, & ad desertum integerrimae puritatis. Idem tamen Bernardus in ferm. 4. solemniter assumpt. B. Mariae caelestibus haec tribuit spiritibus admirantibus gloriosissimam Virginem ascendentem in caelos.

Fern. de as-
sumptione
B. Mariae.

Circa versionem Sept. quae pro, *delicijs affluens*, habet, *dealbata*, ponderant primo Augustinus in libro de gratia, & liber. arbitr. ad Valentin. capitul. 6. & sermon. 50. de Verbis Domini: Gregorius Papa libro 10. moral. capitul. 36. Origenus homil. 1. ex duabus in Cantic. Theodoritus, & alij, quod Ecclesia, & anima haud alba simpliciter, sed dealbata asseritur: quia vitae, ac puritatis candorem haud naturaliter, sed à diuina habeat gratia.

II
Anima candor haud est à natura, sed à gratia.
August.
Greg. Pap.
Origen.
Theodor.

Dealbata est, inquit Augustinus vbi supra, quae per seipsam alba esse non posset, & à quo dealbata est, nisi ab illo, qui per Prophetam dicit: *b Si fuerint peccata vestra ut phoenicium, sicut niuem dealbabo?* Quando ergo dealbata est, nihil boni merebatur: iam vero alba facta, bene ambulat, sed si super eum, à quo dealbata est, perseveranter incumbat.

b Isa. 1. 18.

Consentanea hisce sunt, quae asserit & Hieronymus circa initium Epistol. 22. ad Eustoch.

Hieron.

Sponsa nigra de sponso, *c Nepos meus*, inquit, candidus, non autem dixit dealbatus (ait Theodoritus) natura enim est talis: at ipsa cum esset denigrata, propterea quod eam Sol aspexisset, dealbata est, & candoris sponsi particeps effecta.

c Cant. 5.
10.
Theodor.

Nihilominus Ambrosius sermon. 14. in psal. 118. versicul. 5, & alias quoque frequenter, haud rationem habens huius obseruationis legit: *Quae est ista quae ascendit candida?* Candidam vero, seu dealbatam Ecclesiam, aut piam animam haud vnum solummodo ob causam, asserunt Patres: nam idem Ambrosius tum in libro de ijs, qui iniantur myst. capitul. 7. tum in libro quarto, de sacrament. capitul. 2. refert id ad puritatem, candoremque baptismalem, atque adeo censet, in his Angelos admirari è baptismo ascendentem animam.

Ambros.

Ambros.
Baptismali
candore pro-
grediens a-
nima, admi-
rationem sui
causat.
Philo.

Et Philo Carpathius. Vident (ait) hanc foelicissimam sponsam sancti Apostoli, & iusti omnes ascendentem de sacro fonte baptismatis, & Spiritus sancti gratia lotam, mundam, atque firmam, hincque pulchritudinem, & admirabilem candorem eius admirantes, dicunt: *Quae est ista, &c.*

Notanda est autem in Philone lectio singularis: *Et confirmata in fratre suo*, id est, quae Christum firmamentum suae speciei, & decoris habet.

Iusti decor
fundatur in
Christo.

Dealbatam eandem dici, quia vtriusque fulget gratia testamenti, asserit Ambrosius. ferm. 22. in Psal. 118. vers. 8. Vtique dealbata, quia innouata mandato nouo charitatis, dicit Augustinus tractat. 65. in Ioan. In concione autem prima super psalm. 103. praclare idem Augustinus, *Quis est (inquit) dealbata?* Illuminata, non dealbata, sicut fucata, quemadmodum se dealbant foeminae, quae volunt videri, quod non sunt; non dealbata sicut paries dealbatus, sed dealbata illuminata: quia non per se alba. Primo nigra fuisti, sed facta es alba ex gratia: *d Fuisti enim aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino.*

Dealbata
cur dicitur
Ecclesia, &
anima.
Ambros.
August.

d Ephes. 5. 8.

Haud praetereundum denique in fine huius appendicis, triplici modo de pia anima haec accipi solere à Patribus. Vel enim Angeli, aut alij iusti eius admirantur progressum sanctae conuersationis, quam e in caelis esse nouimus ex Apostolo; Sic iuxta Theodoritum adolescentulae illam intuentes dicunt: *Quae est, &c. innixa super nepotem suum?*

12
Progressum
sanctae con-
uersationis
admirantur
Angeli.
e Phil. 3. 20.
Theodor.

Ab ipso enim recta, & quasi manu ducta ascendit in caelum, & iter facit ad dilectum suum per firmam in ipsum fidem.

Origen. Origenes homil. i. ex duabus in Cantic. Fit, inquit, candida, quando ad maiora confurgit, & cum ab humilibus incipit ad alta conscendere: Legens autem pro, *innixa, super pectus recumbens dilecti*, ut notatum est in prima expositio. ait, Significanter de anima sponsae, & sermone dicitur [Super pectus illius recumbens:] quia principale ibi cordis est nostri. Vnde à carnalibus recedentes, spiritualia sentire debemus, & intelligere, multo melius esse sic amare, quam amare defittere.

Ambros. Ad eandem Origenis lectionem, & sensum respicere videtur Ambrosius in libro de Isaac capitulo octavo, dicens: Non immerito ascendit adhuc ad superiores mansiones, & semper processum accipit: Quod significant supernae virtutes, vel animae, quae dicunt: *Quae est haec, quae ascendit candida, innixa super fratrem suum?* Superius dixerunt: *a Quanam est haec, quae prospiciens tamquam diluculum, speciosa sicut Luna, electa sicut Sol?* Hic plus, quod diceretur, inuentum est, eo quod verbo Dei innixa ascenderet: Perfectiores enim supra Christum recumbunt, sicut b & Ioannes in Christi pectore recumbebat.

Ioan. 13. 25. Ita ergo & haec vel recumbebat in Christum, vel supra ipsum reclinabat.

Tres Patr. Secundum Tres Patres de progressu item animae eruditioris in cognitione, & eruditione ipsa haec accipiuntur, ut discipula admiratione, ac stupore plenae de magistra dicant: *Quanam est haec, quae tam perite docens à rebus arcanis, ad magis arcanas, reconditaque progreditur*, ab omni peccatorum macula purgata, atque *innixa nepoti suo?*

Ambros. Tertio denique dicta haec arbitratur Ambrosius à caelestibus spiritibus iusto, qui iam decessit eiusve animae nuper è corpore egressae, caelosque scandenti. Vnde ferm. 4. in Psal. 118. vers. 5. ait: Anima meritis ascendit albetibus, ex isto vitae huius, ut habent plerique, deserto, ad illum florentem semper locum iucunditatis aeternae. Mirantur illae Virtutes, ex isto confragroso, scopulosoque deserto aliquam ascendere animam posse sine magnorum labe vitiorum, & ideo gratulantur repertam, quae vestimenta innocentiae naturalis non polluerit atramento insipientiae secularis; sed magis sapientiae spiritualis, & gratiae candore mundarit.

c Saia 63.

Ex Vers. V. cap. VIII. Sub arbore malo suscitavi te: ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua.

EXPOSITIO I.

Iuxta sonum litterae.

13
Lezionensis, Genebrar. Hortolan. Soto Maior. & alij.

Quamvis Hebraei omnes, & ex nostris quotquot Hebraicæ innituntur lectioni, sponsae haec tribuant; cum iuxta adhibita puncta pronomina *te* & *tua*, quae affixa ab eis nuncupantur, sint masculini generis: nihilominus cum Patres uniuersi, quotquot viderim, tum Graeci, tum etiam Latini sponso potius ea tribuenda censuerint, non video, cur ut tantum vel Hebraeorum opinioni vel etiam Hebraico deferendum sit textui, ut communis omnium veterum Patrum sensus rejiciatur, praesertim cum aduersa He-

Abraeorum sententia tantum ex punctis habeat robur: quae puncta respectu multorum Patrum sunt nouum inuentum. Nam si Hebraica verba sine adiectis punctis legantur, optime sane cum affixis, & pronominibus saenininis legi posse, sat ijs conitar, quae hic dicuntur, sensusque & congruentior est, & magis pius.

Porro, quia circa Hebraicum textum versamur, id quoque circa illud notabimus, antequam eorum, quae hic dicuntur, connexionem, & intellectum attingamus.

B Pro eo quod in Vulg. legimus, *Ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua*, in Heb. ad verbum sic habet: *Ibi cum dolore peperit te mater: ibi cum dolore peperit quae genuit te.*

Quam lectionem secuti, & Septuag. nisi quod pro ultimo verbo ילדה ieladathecha, *genuit te*, legunt diuersis punctis participium יולדתה ioladthech, *quae genuit te gignens te*. A quo certe Originalium sensu minime dissentit lectio Vulgatæ: humano enim more, & etiam sacrarum Scripturarum phrasi, cum mulierem quamdam peperisse accipimus, corruptam eam tunc statim proferimus, & violatam: idcirco in sacris litteris primogeniti ea circumscribuntur periphrafi, ut dicantur adaperientes vuluam. Hoc vero verbo, *corrupta*, seu *violata* est, noster interpres, sequens Aquilam Hebraicum reddidit verbum חבלה hibbelah à radice חבל habal, quod etsi significet aliquando *parere cum dolore*; propriori tamen, & frequentiori significato usurpatur pro *corrumpe-re*.

Quod autem idem Interpretes noster diuersa phrasi idipsum significare voluerit, quod & Originalia Hebr. & Septuag. exinde colligere facile licet, quod cum Hebraicum verbum actiuae sit conuagationis, atque etiam actiue vertere illud debuisset: *Ibi corrupta te*: reddidit tamen illud in significato passiuo: *Ibi corrupta est*, ad praefatam respiciens phrasim; voluitque hanc potius sequi phrasim, quam simpliciter vertere: *Ibi cum dolore peperit te*: quia per eam duplex matris nostrae significabatur partus: alter ad vitam per carnis generationem; alter ad mortem per generationem in peccato originali; quae duo spiritualibus sensibus maxime congruunt, ut videbimus.

His explicatis, eorundem iam aggrediamur sensum. Conueniunt quidem fere omnes expositores; ut post praecedentem sententiam, per quam aperte significatum fuit sponsam, innixam dilecto suo simul cum illo arreptum iter habuisse; congruenti consequentia hic, & in superioribus ea subiiciuntur, quae simul iisdem in itinere ipso habuere amoris colloquia. Quod enim & in hac quoque sententia, quam modo exponimus, sicut & in ijs, quae subiiciuntur, de amoris affectu verba hant, & de excitatione ad ipsum amorem, arboris mali commemoratio sat indicat, & probat; quippe quae (ut & alias saepe, & praesertim expof. prima illorum verborum, *d Sicut malus inter ligna siluarum, sic dilectus meus inter filios*, ostensum à nobis est) amoris hieroglyphicum est, ideoque sic frequenter in hoc amatorio simul ac bucolico Cantico, sicut & in profanis item eclogis Poetarum nominata reperitur.

F Est tamen dissensio inter eosdem Expositores in connectendis hisce cum superioribus, & in eorundem intellectu assignando: Quidam enim, ut Isidorus Clarius in suis annotationibus biblicis ex R. Abraham Aben Ezdra ad odorem haec referunt, atque fragrantiam eius, qui, aut quae hic celebratur: ac si, dum simul iuncti sponfus, sponsaue de deserto descenderent, alter eorum diceret: Ita suauiter refoles malorum odore; ac si modo te suscitarem sub arbore mali, ac si iugiter sub arbore mali requiesceres, atque etiam ibidem concepisset, & peperisset te mater tua.

Puncta Hebraeorum sunt nouum inuentum.

Malus arbor hieroglyphicum amoris.

d Cant. 2. 2.

14

Isido. Clar. R. Abrah. ham.

Sunt

Hortolan.
Soto Maior.

Sunt qui putent, hæc dicta in persuasione ad A
confedendum in medio itineris sub aliqua mali ar-
bore, ibique mutuo vacandum amori. Ita Cosmas
Damianus Hortolanus, & Ludouicus Soto Maior,
vt ad id duæ afferantur rationes validissimæ, à quo-
cunque eorum hæc habeantur. Prima, quia sub arbo-
re item mali prima eorum coepere amoris indicia.
Altera, quia sub eadem mali arbore in lucem pro-
dierint.

Tres Patr.
Soto Maior
Del Rio.

Alij, vt Catena trium Patrum, Soto Maior & Mar-
tinus Del Rius à sponso in itinere ipso, atque ad sig-
nificanda mutui amoris initia, dicta hæc censent, vt
per ea duo efficeret, & antiquitatem sui in sponsam
amoris contestaretur ijs, qui in præcedenti sententia B
illam fuerant admirati, quod *de deserto ascenderet, delicijs
affluens, innixa super ipsum dilectum eius*: & simul arro-
gantiam ab illa auerteret, quæ ei exinde surrepere po-
tuisset, quod in superiori admiratione adeo insigni
ab obuijs illis celebrata esset encomio, dum ea à se ac-
cepisse insinuat.

Merito, inquit Soto Maior, post tot laudes, & en-
comia, & ornamenta dilectus ipse sponsam commo-
nefacit ornus, seu prioris vitæ, & in memoriam ei re-
uocat pristinam fortunam, id est, humilitatem ortus,
seu loci naturalis, vt ne de bonis suis plus nimio sibi
placeat.

Mihi simplicius, congruentius, magisque ad rem C
(pace tantorum virorum) dicendum videtur, recen-
seri quidem in hisce à dilecto sponsæ suæ secum, sibi-
que innixæ iter habenti, amoris ipsorum initia, at non
ad retundendam eius superbiam, siue ad reducend-
dum eidem in memoriam vilitatem natalium eius;
verum ad maiores illi excitandas delicijs per nouas
in ea succensas flammæ amoris, iuxta amantium in-
genium, atque consuetudinem, qui, cum mutua ha-
bent colloquia, nulla de re libentius loquuntur quam
de ijs, quibus ipsorum augeatur amor, & quæ ex a-
more ipso proueniunt, deliciæ: quod ex consequen-
tibus quoque patet, in quibus immediate post hæc D
ab eodem dilecto dicitur: *a Pone me vt signaculum super
cor tuum, vt signaculum super brachium tuum: quia fortis est
vt mors dilectio, &c.*

a Cant. 8. 6.

Bene autem sponsus colloquium istud à commemo-
ratione initiorum amoris exorditur: quia & hic
quoque est amantium mos, vt libentissime de hisce
verba habeant, quando felici in quopiam fuerint sta-
tu, prout modo dilectum, ac sponsam eius reperiri, id
indicat, quod in præcedenti sententia dicta illa fuit,
delicijs affluens. Quamquam haud congrue, & id pari-
ter dici posset, è re nata, & ex occasione arboris cu-
iuspiam mali in ipso itinere ab illis visæ, dilectum ab
hisce exordientem post diutinum silentium, hæc lo- E
qui coepisse: *Sub arbore malo, &c.*

Et quidem hoc, quod dicitur: *Sub arbore malo susci-
tauit te*: quodve hæc amoris initia sub arbore mali ex-
stitisse dicuntur, ob id duntaxat à recentioribus di-
ctum existimatur, quia sub arbore ipsa mali, vt amori
dicata, pastores amoribus indulgerent, nuptiarum
contraherent fœdera, & fetus plerumque parerent.
Atque in huius rei confirmationem à Legionensi, ab
Almonacyrio, & à Del Rio poetæ Latini versus isti
afferuntur, quibus pastor indigno Nisæ deceptus a-
more, ait:

Virgil. ecloga
3.

*Sepibus in nostris paruum te rescida mala,
Dux ego vester eram, vidi cum matre legentem,
Vix fragiles poteram à terra contingere ramos,
Alter ab undecimo iam tunc me coeperat annus,
Vt vidi, vt perij, vt me malus abstulit error.*

Sed relinquamus amabo hæc, vt dicta à profano, &
indignato pastore: cum à pastore sancto, delicijsque
affluente ea, quæ hic habentur, dicta sciamus, &
magis pie, congruentiusque ex hoc ipso sacro Can-
tico vna cum Theodoris eorum perferentem rati-
onem: Refert hæc Theodoritus ad ea, quæ in cap.
2. habita fuere à sponso: *b Sicut malus inter ligna silua-
rum, sic dilectus meus inter filios. Sub umbra illius, quem desi-*

Theodor.
b Cant. 2. 3.

deraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Et certe
admodum congruenter: vt sponsus dicat, amoris ipso-
rum initia extitisse sub arbore malo, quatenus dile-
ctam ipsam suam excitauit ad amorem, quando ipsi
exhibitus est, sicut malus inter ligna siluarum: quan-
do & illa optauit esse sub umbra eius, hoc est, in ar-
rha nunc concessa sedere.

Diximus supra in expos. prima eorum verborum,
Sub umbra illius, quem desideraueram, sedi, per eam mali
arboris similitudinem, perque metaphoram vmbrae
eiusdem arboris sponsam explicasse, id tandem se af-
secutam, quod iam diu peroptarat, desponsam dile-
cto suo eiusdemque delicijs cumulatam. Ad hæc ergo
nunc quoque alludit ipsemet sponsus: eaq; spon-
sæ delicijs affluenti, sibi que innixæ reducit in memo-
riam: *Æque est autem, ac si dicat.*

Heus tu, quam dulcis tibi tunc extitit fructus, gu-
stusve meus, cum primum mihi desponsa, quasi sub
umbra arboris mali, quam tandiu desideraueras, sedi-
disti? Recordare amabo, qua ratione ipse te, vt ar-
bor mali inter ligna siluarum, ad mei desiderium iam
diu excitauit. Et certe admodum apte ad amorem te
sub arbore malo suscitaram assero: nam arborem illam
dextero aliquo sidere ad amorem vobis concilian-
dum propitiam esse, existimo; quandoquidem sub
eadem arbore & mater quoque tua primum amori va-
cavit, quando primum à patre tuo cognita fuit &
violata. Vel melius: Et merito *sub arbore malo* ad amo-
rem te suscitasse, inquit, sicut tumet, & mei vt ar-
boris mali vmbra desiderasse, significasti, & gustas-
se delicijs, quas è me primas collegisti, vt arboris item
mali fructus: Nam sub mali quoque arbore concepta
fuit à matre ipsa tua.

Paraphra-
sis.

*Ex Vers. V. cap. VIII. Sub arbore
malo suscitauit te: ibi corrupta est
mater tua, ibi violata est genitrix
tua.*

EXPOSITIO II.

De prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

Antiquissimum Ecclesiæ desiderium, quo ab ex-
ordio mundi iugiter peroptauit desponsatio-
nem cum Christo arbore illa mali, quæ nedum chari-
tatis hieroglyphicum, sed ipsamet est charitas, conti-
nuata sanctorum Patrum in quibuscumque sæculis
vota restantur, quorum vniuersæ plenæ sunt sacra-
rum litterarum paginae. Quomodo vero iam tunc ab
exordio mundi Christus ad sui desiderium eandem
excitavit etiam sub arbore illa scientiæ boni, & mali,
quam recte arborem mali, seu pomi (vox enim He-
bræa quodlibet significat pomum) ipsemet hoc loco
appellauit: quia in ea obedientiam à primis parenti-
bus primum exquisiuit amoris indicium, per id signi-
ficatum est, quod sub ipsa arbore dictum ab eo legi-
mus ad serpentem: *a In micittias ponam inter semen
tuum, & semen illius: ipsa conteret caput tuum*: clariusve
apud Ieremiam id ipsum indicatum habemus, vbi ex
persona eiusdem Ecclesiæ dicitur: *b Longe Dominus
apparuit mihi, id est à longo, antiquissimo tempore
mihi sui exhibuit desiderium, & subditur ex persona
Domini, à qua longo tempore illam ad sui excitavit
amorem: Et in charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te,
miserans. Bene autem hoc loco adiectum à sponso est:
Ibi cum dolore peperit te mater tua, ibi cum dolore parturisti
genitrix tua, seu iuxta Vulgata; Ibi corrupta est mater tua,
ibi violata est genitrix tua.*

15
Incarnatio-
nem Christi
Ecclesia desi-
derauit à
mundi exor-
dio.

a Gen. 3. 15.

b Iere. 31. 3.

Ecclesiam
peperit Eua
sub arbore,
in qua pec-
cauit.

Vt primum enim post peccatum admissum prima omnium parens Eua illa damnata est sententia, vt in dolore pareret filios, sicut sub arbore illa pomi per peccatum corrupta ac violata est: ita sub eadem arbore excitata est ad Dei amorem: peperitque ibidem Ecclesiam quæ Christo incarnando desponsari cuperet.

Ideo namque in lib. Gen. statim post enarratum peccatum admissum in fructu arboris vetitæ, postque expositas pœnas, quas sub eadem arbore inobedientibus inflixit Deus: subiicitur: *c Et vocauit Adam nomē uxoris suæ, Eua, afferturque eius nominis ratio: Et quod mater esset omnium viuentium: mater nimirum Ecclesiæ, & quotquot viuentes dici deberēt vt eius membra: respectu enim aliorum mater potius morietium dicenda erat, vtpote quos ad mortem paritura esset anime vltra mortem corporis. cuius sententiæ sub eadem arbore vniuersum genus humanum subiectum à Domino iam acceperat.*

Quod ergo à sponso hic ad Ecclesiam dicitur, iuxta sensum à nobis allatum in prima expositione breuiter tale est.

Paraphrasis.

Iam à prima mundi constitutione mutui amoris nostri nostræque charitatis fuere initia, quandoquidem adhuc in paradiso in primis parentibus me vt per Incarnationem tibi desponsandum, tamquam malum arborem, sub cuius vmbra sederes, desiderare cœpisti: iam enim ex tunc sub ipsa pomi arbore te primum per obedientiæ indicia in tuis parentibus ad mei excitauit charitatem: Multoque magis ibidem ac sub eadem arbore ad mei te excitauit dilectionem, cum post parentum tuorum præuaricationem, miserans attraxi te ad me desiderandum vt sponsum, dilectumque tuum per humanæ naturæ assumptionem. Neque enim nouum est, vt modo te sub arbore crucis duntaxat excitarem, sed & tunc quoque sub prædicta excitauit arbore, vbi per peccatum corrupta ac violata est Eua mater tua, quandoquidem ibidem ob futura mortis meæ super nocem merita illa te peperit, genuitque, vnde & nomen sortita est matris viuentium.

16 Ad Dei dilectionem excitatum genus humanum per pœnas illi illatas post eibum arboris vetitum.

Porro, cum corruptionis primæ matris nostræ Eua per peccatum, simulque & partus, atque excitationis Ecclesiæ ad charitatem fiat mentio, haud abs re esse crediderim, si dicamus, excitatam hic dici Ecclesiam, omnesque homines, qui eius sint membra, & suscitata à Deo ad charitatem ipsius per ea, quæ post corruptionem peccati ab eodem Deo sub ipsa arbore facta & dicta fuere erga vniuersum genus humanum. Tria vero potissimum hæc sunt. Primum, maledictio terræ: *d Maledicta terra in opere tuo.* Secundum, dolorum, laborum, ac ærumnarum subiectio: *e Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries filios. & f In laboribus comedes ex terra cunctis diebus vitæ tuæ: spinas, & tribulos germinabit tibi: In sudore vultus tui vesceris pane tuo.* Et tertium, mortis sententia: *g Morte morieris, & reuerteris in terram, de qua sumptus es.* Examinemus singula.

A terra animas auertit Deus maledicens terræ.

Primo, maledictione terræ sub pomi arbore Ecclesiæ, eiusve fideles ab ipsa suscitauit terra: Nam qua ratione animæ, quæ naturali inclinatione benedictionem exoptant, rei adhæreant maledictæ; cum exploratum habeant adhærentem maledictio maledictioni pariter esse obnoxium? ita vt quicumque maledictæ iam adhæreant terræ, à cælo se elongans, atque à Deo, de se dici id mereatur, quod per Prophetam in Psal. asseritur: *h Et dilexisti maledictionem, & venit ei, & voluit benedictionem, & elongabitur ab eo: & induit maledictionem sicut vestimentum, & intravit sicut aqua in interiora eius, & sicut oleum in osibus eius.* Sicut enim i qui adhæret Deo, vnus spiritus cum Deo est, vt inquit Apostolus, consors diuinæ factus naturæ: Ita qui terræ adhæret, vna res est cum terra, atque adeo & maledictionem eiusdem vndique se ambientem, ac penetrantem habeat, operæpretium est.

Tribulatio

Suscitauit secundo Deus sub eadem prima pomi

arbore ecclesiam, atque homines ad ipsius charitatem per ærumnas, labores, atque dolores, gerens se instar benignissimi illius patris, qui videns filium suum elogatum à se, quo illum ad se reuocet, iterumque ad sui excitet dilectionem, annuos illi subtrahit census, fameque, & inopia eum premi sinit: sicut ærumnis pressum, redeuntem tandem benignissimo fouet complexu, prout legimus in Euangelio a filij prodigi. Id quod iugiter ab eodem Deo, benignissimoque fidelium patre fieri colligimus ex prophetia Osee, vbi Deus post enarrata scelera Iudæorum, quibus ab ipso se elongarant, ad ærumnas confugiens ait: *b Propter hoc ecce ego sepiam viam tuam spinis, & sepiam eam maccaria, & semitas suas non inueniet: Et sequetur amatores suos, & non apprehendet eos, & quæret eos, & non inueniet, & c.*

Tandemque subdit: *Propter hoc, propter has scilicet ærumnas, quas longiori profecutus fuerat comminatione. Ecce ego lactabo eam, consolationibus scilicet, vt ait B. Hierony. & ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius, ad charitatem illam scilicet excitans: Et paucis interiectis: Et erit in die illa, ait Dominus, vocabit me, Vir meus. Quid clarius?*

Tertio demum sub eadem arbore pomi suscitauit Deus Ecclesiam, eiusve membra è somno peccati, atque ad dilectionem suam per sententiam mortis, qua certe nil inueniri potest aptius ad auertendos homines à peccato, atque à cura carnis. Quomodo enim carnis desideria implere quis studeat, cui exploratum sit, carnem ipsam per mortem reducendam in terram, de qua sumpta est? Quomodo vnusquisque fidelium ad Deum non auolabit, cum constet, eum, qui in presenti sæculo ad Deum se non conuerterit, separadum postmodum ab illo in æternum per mortem? Quomodo per eandem mortis sententiam ad Dei dilectionem non excitentur, qui per mortem sese ab vniuersis ereptos miserijs cum Deo ipso iungendos cognoscant? Quamobrem præclare Socrates apud Platonē in Phædone philosophiam asserbat iugem mortis meditationem: & Gregorius Nazianzenus, orat in funere patris circa finem. Mors, inquit, quæ non modo à præsentibus malis vindicat, verum ad supernam quoque vitam sæpe traducit, haud scio, an proprie mors appellari queat, vtpote nomine magis, quam re formidabilis. Idemque oratione in Christi natiuitatem ait: Mortem in paradiso elueratur homo, ac peccati præcisionem, ne malum immortale esset. Ita pœna ipsa in misericordia cecidit.

nibus & ærumnis animas Deus suscitauit ad charitatem. Simile.

a Luc. 15. b Osee 2. 6.

Mortis sententia excitatur anima ad bonum.

Socrates apud Platonem. Ad mortis meditationem optima philosophia. Greg. Naz.

Mortis sententia ex Dei misericordia.

Ex vers. V. cap. VIII. Sub arbore malo suscitauit te: ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua.

EXPOSITIO III.

De secunda Sponsa, quæ est Anima Iusti.

Cum pluribus supra in exposit. tertia illorum verborum cap. 2. c Sicut malus inter ligna siluarum: sic dilectus meus inter filios. &: Sub vmbra illius, quem desideraueram, sedi, & c. ostensum à nobis sit, Christum in cruce pendentem congruentissime malo arbori comparatum: atque ab eodem pariter vt cruci affixo Ecclesiam, singulasve animas desponsatas iuxta vetustissimum earum desiderium; haud multis immorandum nunc est, vt veritas comprobetur primæ partis istius sententiæ. Sub arbore malo suscitauit te. Illud potius est explicandum, quomodo

17 c Cant. 2. 2. In cruce Christus vt arbor mali.

cum hac prima parte conueniat pars, *Ibi corrupta est mater tua, ibi, &c.*

Seu iuxta Hebr. & Sept. *Ibi cum doloribus peperit te mater tua, ibi cum doloribus parturivit te genitrix tua.*

Et quidem iuxta hanc postremam lectionem facile id explicatur: Æque enim est, ac si à Christo dicitur.

Paraphra-
sis.

Initia amoris nostri antiquissima sunt: *sub arbore enim crucis*, dum crucifixus in ea penderem, vidi te somno decumbentem peccati, atque torporis; miseransque tui, iam ex tunc *suscitauit te*, prædestinans te, vt mihi desponsari optares, & sub vmbra crucis meæ federes in meditatione passionis meæ: ideoque ibi sub ipsa cruce excitauit te ad mei dilectionem, vbi & Gloriosa Virgo Maria *mater* & mea simul, & *tua*, Dei Patris charitate succensa, *doloribus* maximis, quibus stans iuxta crucem ipsam corde transfixa fuit, te quoque luce *peperit* gratiæ, quam suis tibi impetrauit affectuosissimis precibus. Vel, per matrem animæ sanctam fumentes Ecclesiam, ibi ipsa Ecclesia eam peperisse dicitur, quatenus in baptismo illam genuit per lauctum sanguinis Iesu Christi super crucem effusi: peperisse vero eam cum doloribus ob peccatorum compunctionem, quæ talem necessario comitatur partum.

Maria precibus pia anima excitata à Christo sub Cruce.

Iuxta lectionem vero Vulgaræ difficilius hæc explicantur; explicabimus tamen ea quoquo pacto, idque tripliciter. Primo, vt per hæc Christus sponsus piæ ostendens animæ singulare amoris, quod ei exhibuit priuilegium, priuilegij illius commemoratione ad suam magis eandem excitaret, inflammaretque charitatem, dicat.

Paraphra-
sis.

Sub arbore crucis, vbi per sanguinem, qui è meo defluxit corpore, *corrupta est terra*, quæ prima est *mater tua*: ibi & humana natura, qua & ipsa genita es, *violata est* per immane illud scelus, quod in me crucifigendo admisit. Sub hac, inquam *arbore*, dum tu pariter vna cum matre, ac genitrice tua corrupta maneres, ac violata, ipse per eam nimiam, qua te prosequabar, charitatem, *suscitauit te*, vt tu pariter cum charitate erga me mecum in crucem ipsam ascenderes.

In cruce me tua: ibi & humana natura, qua & ipsa genita es, violata est per immane illud scelus, quod in me crucifigendo admisit. Sub hac, inquam arbore, dum tu pariter vna cum matre, ac genitrice tua corrupta maneres, ac violata, ipse per eam nimiam, qua te prosequabar, charitatem, suscitauit te, vt tu pariter cum charitate erga me mecum in crucem ipsam ascenderes.

In charitate illa perpetua, qua ab æterno te dilexi, at-
traxi ibi te miserans, & suscitando de corruptione peccati ad gratiam, deque terrenis ad caelestia.

Simile.

Porro, si modum exquirat quis istiusmodi suscitationis animæ, naturali explicari potest exemplo pluuiæ, & imbris in terras defluentis. Enimuero quemadmodum per imbrem, id, quod subtus terram extiterit semen, corrumpitur, & violatur quodammodo ipsamet terra madefacta, cænoque deturpata ab ipso, & nihilominus Solis virtute ex eodem semine per imbrem corrupto, & ex eadem terra per imbrem item fædata suscitatur in sublime arbor, quæ & pulchras frondes, & redolentes flores, & dulcissimos proferat fructus.

Ita etiam per imbrem sanguinis Christi in cruce effusi, corrupta quidem est humana natura, violata est terra, quæ cum suscepit: nihilominus virtute, & gratia eiusdemmet Christi veri iustitiæ Solis ex ipsamet humana natura in hunc modum corrupta, atque ex ipsamet terra sic violata, cælum versus pia suscitata est anima, vt conuersationem habens in cælis, & frondes emittat Sanctorum verborum, & flores sanctorum desideriorum proferat, & fructus insuper parturiat charitatis.

Secundo, per hæc ipsa verba piæ eidem animæ indicare videtur Christus, quomodo dum crucem super humeros gestaret, eam ad ipsum sequendum suscitauit, excitauitque ad caelestia: Ac si dicat.

18
Cruce baiulans Christus excitauit nos à peccato ad sui dilectionem
Paraphra-
sis

Dum essem *sub arbore malo*, sub ligno crucis, dum super humeros meos lignum baiularem, in quo iam diu corrupta violataque est *Eua mater tua*, tuque cum illa corrupta, ac violata es per originale peccatum, *suscitauit te* de corruptione peccati ad diuinam gratiam: Cum enim agnoscerem te per peccatum redditam grauissimam, nulla alia ratione in altum eleuari posse, quæ per mei demissionem, humiliari memetipsum sub crucis

ligno, factus obediens vsque ad mortem crucis: sicut per humilitatem ipsam meam *suscitauit te* ad mei dilectionem, atque adeo & ad cælos.

Ac veluti ignis in distillatorio subiectus herbis quantumlibet corruptis, herbarum illarum vapores suscitauit, eleuatque in altum: Ita & ipse, qui ardentissimus ignis sum charitatis, cum crucis lignum gestarem, sicut *sub arbore malo essem*, in quo humana corrupta fuerat natura, *suscitauit* in ipso crucis distillatorio subtiliores eiusdem humanæ naturæ partes, animas videlicet illas, quas ab æterno prædestinaui, & te pariter inter eas *suscitauit* ab ipsa peccati corruptione ad purissimam aquam gratiæ, & sanctitatis.

simile.

Tertio, & litteræ congruentius, per hæc ipsa significatur, Christum sub arbore malo suscitasse in eadem pia anima ignem charitatis, sub qua arbore corrupta fuerat vel *Eua* vel humana natura, vt explicatum est: quatenus dum anima sub ligno crucis per meditationem staret, dumque sanctissimum contemplaretur crucis mysterium, & ingentem Dei prouidentiam, qua eodem instrumento dignatus est mundum seruare, quo idem fuerat damnatus; vt quia per vnam arborem diabolus vniuersam corrumperat naturam humanam, per vnam item arborem Christus illam iterum reparauit, vehementius in ea excitaretur charitatis flamma. Quidni enim suscitetur hæc flamma, cum ei igni superponatur lignum? quomodo non suscitetur vsque ad cælos, cum tanta super eundem ignem iniecta sit olei, ac misericordiæ copia? cum tantus consideretur diuinæ misericordiæ excessus, quo ob tam immane primæ inobedienciæ, & crucifixionis eius scelus tantum mundo conferre dignatus est beneficium, vt (quod vix mente concipi potest) in ligno ipso, ex quo parentes nostri, cum peccato & inobediencia delicias percipere, clavis configi voluerit; eosue ibi per Patris obedientiam perpeffus sit dolores, quibus nec sint, nec fuerint inter homines similes super terram? Quomodo denique sub hac crucis arbore nõ suscitetur flamma charitatis in anima deuota, si eius ignis à tanto spiritus, & gratiarum perflatur impetu, qui ex eadem prouenit cruce?

In Crucis meditatione excitatur anima ad charitatem.

Antequam ad vteriora procedamus, vnum hoc loco notandum, cum Hebraicum verbum, quod noster Interpres vertit, *corrupta* & *violata* est, in passiuo, actiuum potius sit, vt dictum est in prima expos. & duplicis sit significatus, vel pariendi cum doloribus, vel corrumpendi, perdendi, aut destruedi, optime per vnum idemque verbum simul hoc loco significari tria, quæ *Eua* contigere sub arbore mali, postquam peccauit. Primum, iuxta significatum Vulgaræ, quod *ibi ipsamet corrupta est* per eam, quam admisit inobedientiam.

Eua corrupta per peccatum perdidit corruptique omnes filios suos.

Secundum, quod ibi sententiam Domini accepit, vt in *doloribus* pareret, multiplicatiue sint ei conceptus cum maximis ærumnis. Et tertium, quod per corruptionem sui ipsius corrupit, perdiditque vniuersos quos paritura esset filios suos; ita vt recte ita quoque verti possint Hebræa: *Ibi corrupit te mater tua, ibi perdidit te genitrix tua.*

F

Ex Verf. V. cap. VIII. Sub arbore malo suscitavi te: ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua.

EXPOSITIO IIII.

Desertia Sponsa, quæ est Beata Virgo Maria.

19 Maria stans iuxta crucem ferventissimas pro Iudæis fudit preces.

D Vobis modis exponi hæc possunt, vt dicta à Christo ad Virginem. Vel enim ex occasione præstantissimi encomij, quo illam in præcedenti sententia audierat celebratam à Iudæis, qui eius precibus conuersi erant ad fidem: nunc illi, totique mundo patefacit, quando potissimum ipsam suscitauit ad maiores pro iisdem Iudæis fundendas preces, atque ad maioris suæ in Deum charitatis ostensionem in iisdem exhibendam precibus: Ac si dicat.

Paraphras.

Sub arbore crucis, vbi ipse nimiam meam expandi charitatem in vniuersum genus humanum, vbi & Synagoga mater tua, quæ te genuit matrem meam, pessimo corrupta, & violata est scelere, quo me Regem, ac Redemptorem suum in ipsam egit crucem, viuentius suscitavi te, vt efficaciores pro illa effundens preces, maiorem mihi exhiberes charitatis tuæ ostensionem.

Maria Christo desponsata in Paradiso terrestris

Vel secundo, vt per hæc antiquitas amoris mutui inter Christum, atque Beatam Virginem ostendatur, eiusdemque initia, quæ in Paradiso Terrestri mundo exhibita fuere, quando sub arbore pomi scientiæ boni, ac mali, in quo Eua violata, & corrupta fuerat per peccatum, dictum à Domino fuit: a Inimicitias ponam inter semen tuum, & semen mulieris: ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius. Congruetque huic sensui etiam Originalium lectio: Ibi in doloribus peperit te mater tua, &c. Nam ex tunc humana natura, Euaque ipsa mater eiusdem Virginis de admissio dolens peccato, fide, ac desiderio illam concepit, & peperit, statim ac præallata accepit Domini verba ad serpentem.

a Gen. 3.15.

Ex Verf. V. cap. VIII. Sub arbore malo suscitavi te: ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua.

Appendix Expositionum, Ex Antiquis Patribus collecta.

20 Paraphrasis Chaldaica. Et futurum est in illa hora, vt Sion, quæ est mater Israel, pariat filios suos, & Ierusalem suscipiat filios captiuitatis.

Conueniunt fere omnes Latini Patres in hoc explicando, fumentes per mali arborem sanctam Crucem: per Ecclesiæ matrem Synagoga Iudæorum, seu præcipuam eiusdem Synagoga partem, Scribas nimirum, & Phariseos, qui instar matris reliquam Iudæorum plebem regere, & erudire debuissent, sicut asserunt Cassiodorus, & Beda: Vt Christus significet Ecclesiæ, & Synagoga conuersæ ad fidem, vnde ei prouenerit, vt superiorem causare quiverit admirationem: Ac si illi dicat: Sub arbore crucis suscitavi te, quæ peccatis mortua eras, in cruce, atque per crucem redimens te à peccato originali, & à potestate diaboli. Ibi sub eadem cruce corrupta, ac violata est Synagoga mater tua

Cassiod. Greg. Papa. Iustus. Beda. Rup. Abb. Anselm.

A per peccatum, quod admisit in mei crucifixione, & dum se subiecit maledictioni, dicens: a Sanguis eius super nos & super filios nostros. Ita fere Cassiodorus, Gregorius Papa, Iustus Orgelitan, Beda, Rup. Abbas, atque Anselmus: qui tamen Anselmus, cum dicitur, Sub arbore malo suscitavi te, per arborem malum ita crucem significatam existimat, vt habeatur quoque respectus ad arborem paradisi, in quo peccauerunt parentes nostri; è cuius arboris ramo in Iudæam è paradiso delato ipsam crucis Christi arborem factam, ait ex opinione aliquorum Græcorum, addens & id, quod à plerisque alijs Sanctorum Patrum dicitur, Adam eo loci fuisse sepultum, vbi crux ipsa fuit infixæ, vt quod hic dicitur tantumdem sit, ac si dicatur: Te iacente sub peccato facto per arborem à Primis parentibus. Porro per Synagoga corruptionem & violationem non tam illius peccatum, quam peccati pœnam designatam arbitrat.

a Mar. 27. 25. Anselmus; Crucis lignum ex arbore scientiæ boni & mali.

B Aponium inter eos, qui Vulgatam interpretantur, solum reperio, qui à communi hoc sensu recedat. Is quippe per arborem malum significatum censet mortis arborem diabolum, re, & nomine malum contrarium Christo arbori vitæ: Ac si Christus ipse dicat: Sub potestate diaboli te dormientem excitavi, Suscitavi te mea doctrina, & exemplo, sub qua violata est plebs Iudaica genitrix tua.

Adam sepultus vbi infixa fuit Crux Christi.

C Inter eos, qui versionem Sept. interpretantur, Philo Carpathius sensu parum à communi Latinorum diuerso, piæ animæ à Christo putat significatum, sub crucis arbore, & in cruce ipsa excitasse illam ad se amandum, eandemque sibi despondisse. Id, quod explicatum inquit per ea, quæ adiiciuntur: Ibi in dolore te peperit, quæ te concepit: quandoquidem caro Christi in tormento crucis passæ, sponsam sibi peperit sanguine redemptam & aqua, quæ de eius latere fluxere.

Aponius. Diabolus arbor mala, sub qua iacentem Christus excitavit Ecclesiam.

Theodoritus (vt iam notatum est in prima expositione) per pomum, & malum Christum ipsum significatum existimans, de quo superius dictum est: Sic ut pomum inter ligna siluarum, sic dilectus meus inter filios: Sub vmbra illius, quem desideraueram, sedi: vt idemmet Christus hic significet, se id animæ tribuisse, quod concupierat, vt in sua vmbra sederet, quando ad fidem eam adduxit, qua crederet quicquid de ipso fuerat prædicatum, & ad baptismum, per quod à gratia Spiritus sancti regenerata est, atque vt à peculiari genitrice genita.

21 Philo. Sub cruce de sponsata est anima, vbi & genitrix gratiam.

Theodor. In mundi rebus consopitâ iacentem animam quomodo excitavit Christus.

22 Denique Ambrosius in libro de Isaac cap. 8. peregrie hunc locum pertractans, per arborem mali videtur intelligere publicam passionis, ac triumphis crucis Christi confessionem: Per matrem verò, quæ ad vitam Spiritus piæ parturiuit animam, intelligere vel Ecclesiam, vel diuinam gratiam: faciens enim comparisonem animæ spontæ Christi cum Nathanaele, qui in Euangelio dicitur à Domino visus sub arbore ficis, ait: Bona anima, quæ requiescit sub arbore fructuosa, & maxime boni odoris: nam si Nathanael bonus, in quo dolus nullus erat, sub arbore ficis visus est: vtique bona anima, quæ sub arbore mali eleuata sit à sponso suo: plus est enim eleuari, quam videri; plus

Cant. 2. 1. In baptismo excitata, & desponsata est anima, vbi & genitrix.

Tres Patres. In mundi rebus consopitâ iacentem animam quomodo excitavit Christus.

Ambros. Mali arbor est publica confessio passionis Christi.

Ioan. 1. 48.

plus etiam à sponso eleuari : Nam etsi Nathanael sub arbore videbatur : tamen anima eius sponsa non erat, qui occulte veniebat ad Christum, quia verebatur Iudæos. Non erat speciosa sicut Luna, non erat ut Sol, quæ erat in umbra : quia sponsa per diem nubit, per diem confitetur. Ideo ista sub arbore mali, illa sub ficu : quia hæc confessionis suæ odorem diffundebat longius : illa habebat innocentia snavitatem, fragrantiam spiritus non habebat. *Illic*, inquit, *parturivit te mater tua*, &c. pariuntur autem, cum Christus formatur in eis ; & parturit, qui in vtero accipit Spiritum salutis, & aliis infundit.

A litudine, ut patet ex illo Aggæi, ubi Dominus significare volens, habiturum se Zorobabel maxime charum atque dilectum ; *a Assumam*, inquit, *te Zorobabel serve mens*, & *ponam te quasi signaculum* : quia te elegi, & apud Ieremiam idem Dominus, *b Vno ego* (inquit) *si fuerit Iechonias annulus in manu dextera mea, inde euellam eum*. Iuxta hanc itaque phrasim, quod verbis hisse, *Pone me*, &c. Dilectus à sua exposcit sponsa, breuiter tale est.

a Aggæi 2.
24.
b Ier. 22. 24

B Ea ratione me habeas charum, qua hominibus quibuscunque propria chara sunt signacula, sicut me in tuo gestes corde, & in tuis me habeas brachiis, cum vel corde cogitandum aliquid, vel operibus quid brachiis agendum tibi sit, ut in digito semper annulus deferri solet signatorius, quem inde nullus eripiat.

Quia vero sigilli, & annulli huius duplex apud antiquos erat vsus, duos quoque pacto diuersos ex ijs colligere licet sensus. Antiquis enim annulus ingenui hominis fidem designabat, vnde haud licitum erat eum gestare seruis, iſtue, qui haud essent ingenui : ideoque vno duntaxat annulo utebantur, & in eo illorum deferebant imagines, quas præcipue sibi cordi esse satagebant, quibus & fidem tuam illibatam esse volebant, & suam quoque nobilitatem, honorem, gloriam omnem acceptam ferebant, eumque in primis, in quo gloriabantur : atque adeo in digito qui minimo læuæ proximus est, & in quo neruulus quidam terminat, à corde proueniens, ut in corde illum gestabant. Erat is, ait Pierius Valer. lib. 41. cap. de annulo, cordis indicium, ideoque institutum ab Ægyptiis, ut annulo tamquam corona honestaretur. Ex quibus omnibus, ut ex primo signaculi vsu, alius iste colligitur sensus, ut quod à sponsa petit dilectus, tale sit.

Secundus sensus.
Annulus ad quid antiqui deferrent.

Verf. VI. cap. VIII. *Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum.*

EXPOSITIO I.

Iuxta sonum litteræ.

QVæ inter veteres Patres, atque Hebræorum Doctores in superiori sententia exitit dissensio in assignanda persona, quæ loqueretur, eadem & hic pariter reperitur. Patres enim fere omnes sponso hæc tribuunt: Hebræi, quia illis addicti sunt, sponsæ ob eandem adhibitorum punctorum rationem, cum iuxta adiecta puncta in Hebræico textu affixa, & pronomina tuum, & tuum masculini sint generis: Vnde non possum non admirari aliquos ex nostris, qui Hebræorum sententiæ subscribere in expositione versus superioris; cum tamen in hisce explicandis ab illis deficiant, quandoquidem eadem ibi, quæ & hic militet ratio, ut à communi veterum Patrum sensu quis dissentiat.

C Suscitata sub arbore malo ad mei dilectionem ibique mihi sponsata summam certe adepta es ingenuitatem: fidem ergo ingenuitatis huius tuæ haud aliam exposco, præterquam ut me vnum tamquam vnum annullum super cor habeas, ac super brachium tuum, ut me ita habeas vnum, cui ingenuam tuam exhibeas fidem, cui honorem, & gloriam vniuersam acceptam feras, quoue potissimum quasi Regia glories corona, ac si me in aureo impressum annulo, in annulari gestares digito. Bene autem secundum hunc sensum dixit, *Pone me ut signaculum super cor, & super brachium*, non super brachia: quia, ut ex anatomia patet, in annulari digito terminatur, ut dixi, neruulus, qui è corde natus per brachium læuum in illum tendit; atque adeo dum super eum digitum ponitur annulus, dici quodammodo potest poni, & super cor, & super brachium, sicut significari fidem tum in interno cordis, tum in externo operationis.

Vide Pierium Val. cap. de annulo.

Annulus in digito annullari est veluti corona cordis. Paraphras. fis.

D Ob eandem rationem nos & hic Patrum vestigijs inherentes, adiectorumque punctorum nec hoc loco ullam habentes rationem, cum ea sint nouum Iudæorum inuentum, & sine illis eadem affixa legi possint ut feminina, prout & in sententia præcedenti: Dicamus, eundem sponsum, qui mutui amoris initia suæ recensuit dilectæ, tria in amore ipso nunc ab ea efflagitare, ut maxime necessaria, nempe ipsius amoris (ut ita dicam) solitudinē, eiusdemque firmitatē, & vehemētiā. Hæc enim omnia vnica signaculi similitudine exposcit in modicis hisce verbis: *Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum*. Neque vero hæc, ut de eius ambigens dilectione, ab illa exquirat, sed ut maiores in ipsa exfucitaret charitatis flammæ, prout ex subsequētibz apparebit.

E Alter prædicti annulli, & signaculi vsus, isque præcipuus est, ut eo nedum obsignentur litteræ, vnde sæpius in sacris paginis legimus, nomine Achab, vel Asueri missas litteras eiusdem Regis annulo obsignatas, ut secretum, ac ratum id haberetur, quod in illis continebatur: Verum etiam id omne obsignetur, quod tutum seruari volumus. Sic in libro Danielis legimus, e Regem Darium, misso Daniele in lacum Leonum, posuisse lapidem super os laci, *Quem obsignauit annulo suo, & annulo optimatum suorum, ne quid fieret contra Daniëlem*.

2 Tertius sensus. Signaculi vsus ad seruanda secreta rata, atque tuta, quæ obsignamus. c Dan. 6. 16

F Porro, cum signaculi, seu signi, aut sigilli vocabulum, cuius hic vsurpatur similitudo, duobus modis accipi queat, actiue, & passiuè, nempe vel pro instrumento, quo vtimur ad signandum, quod alio nomine & in sacris, & in profanis litteris annulus quoque appellatur: quia antiquitus annulo utebantur ad obsignandum: Vel pro ipsa eiusdem annulli impressione, imagine, & caractere: quomodo quicquid id sumatur, multi præsentis sententiæ nobis ministrantur sensus admodum congruentes.

Et idemmet Daniel d alias Regi suasit, ut clauso ostio templi Bel, suo illud signaret annulo. Quinimo Clemens Alexandrinus in libro tertio Pædag. cap. 2. eius est sententiæ, ut ob secundum istum vsum à viris annulus suis daretur sponſis, dicens: Dat ei annullum aureum nec eum quidem ad ornatum, sed ut ea obsignet, quæ domi digna sunt, quæ custodiantur, propterea quod seruandæ domus ad eam cura pertineat. Et post aliqua: Atque honestum quidem est, inquit, ut viri vxoribus suis fidem habentes, eis domus custodiam permittant, ut quæ eis opitula-

d Dan. 14. 10. Clemens Alexandr.

Signaculi vocabulum pro annulo signatorio, & pro illius caractere impreso vsurpatur

Primus sensus. Signaculi similitudine in scriptura significatur quid esse charissimum.

A prima tamen, & magis propria sigilli acceptatione exordientes, primus, cæterisque probabilior eorum, quæ hic dicuntur, intellectus ex consueta deducitur sacra Scripturæ phrasi illa, qua cum exprimendum sit, quempiam alicui esse charissimum, hac potissimum signaculi, atque annulli explicatur simi-



tultrices datæ sunt. Quod si oporteat nos quoque, dum Rempubl. gerimus, & in agris etiam alia opera exercemus, vt saepe etiam fumus sine vxoribus, nonnulla, vt sint tutiora, obfignare, dat nobis quoque vnum ad hoc signaculum, alij autem sunt abii- ciendi annuli.

Iuxta hunc igitur signaculi vsum dum dilectus petit à sponsa, poni se vt signaculum super ipsius cor & super brachium, hoc sibi velle videtur.

Paraphra-
sis.

Cum te sub arbore malo mihi fuscitarim in dilectissimi- mam sponsam, signaculum aliud habeas nolim, præterquam me ipsum dilectum tuum: Me vt signaculum serua super cor tuum, quo quicquid desiderij, & cogitationis ex illo prodierit, prompto obfignatum prodeat huiuscemodi signaculo.

Eademque ratione, & super tuum me teneas brachium, vt quicquid operis per illud à te fuerit factum, me obfignatum conspiciatur, vt quicquid vel corde cogitaueris, vel brachio, & lacertis operata fueris, hac vna tibi custodias ratione, quod me id obfignaueris vt signaculo sane tutissimo.

Quartus
sensus.

Quamquam aptius forsitan eodem, aut parum dissimili sensu, si signaculi vocabulum altero modo passim sumatur pro imagine per signaculum ipsum impressa, qualis ea est, quæ ceræ imprimitur, quæue in litteris, rebusue alijs ex imprimente signaculo perforans, secretas eas seruat, ratas, & tutas, eidem spōsæ dicet dilectus.

Paraphra-
sis.

Si tū mihi seruatas velis cogitationes, tuaque desideria, cor tuum mei liquefeat charitate, vt in illo veluti in molli cera me habeas impressum, idemque facito & super brachium operationum tuarum; quo quicquid brachij ipsis tuis factum à te fuerit operis, mihi vt vni tuo seruetur dilecto. Fauet huic sensui scholion quoddam Græcum, quod pro, *ὅτι, pone, legit πειρίθου*, id est, circumpone.

3

Sed melius hæc explicabuntur, adhuc passim sumpto signaculi nomine, per ea, quæ habentur in cap. 6. libr. Deuteronomi. vbi Dominus Israelitico populo ait: *a Erunt verba hæc, quæ ego præcipio hodie; in corde tuo, & narrabis hæc filiis tuis: & meditaberis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens, atque confurgens: & ligabis ea quasi signum in manu tua, eruntque, & mouebuntur inter oculos tuos: scribesque in limine & ostiis domus tuæ.*

Quintus
sensus.

Quod enim his omnibus tunc efflagitauit Deus erga legem suam, atque adeo & erga seipsum, hoc breui sententia ista, *Pone me vt signaculum super cor tuum, &c.* à sponsa exposcit eius dilectus, vt scilicet ita ipsum vnum diligat, desideret, cogitet, ac meditetur, ac si eius impressam imaginem haberet super cor, sicut pariter ipsum iugiter verset ob oculos, ac si eandem eius imaginem non vt mobilem inter ipsos oculos, non vt impressam in limine, & ostio domus, sed vt impressam super brachium ipsum suum indelebiter, quam semper inspicere queat. Vt sit allusio ad morem illum quarundam gentium, quæ eorum, quos diligunt, notas, & signa quædam igne sibi imprimunt, vel super cor, vel super brachia, quo ipsos, licet absentes, quoquo modo habeant præsentem; nullaque illos ex ipsorum corde deleat obliuio. Quem morem frequentissimum nostris hisce temporibus apud Mauras, Saracenasque foeminas esse videmus.

Tamet si non crediderim sponsum, qui hic loquitur, seu potius Spiritum sanctum, qui in sponsi loquitur persona, sensibilem hanc, & materialem impressionem à sua exposcere dilecta: sed translate & metaphoricè locutum, effectum magis illius efflagitasse: quod & eius locutionis forma designatur, cum non dicat: *Pone me signaculum super cor, &c.* Sed, *Pone me, vt signaculum super cor, &c.* Non dixit autem, super brachia, aut super digitum; sed super brachium, illud videlicet duntaxat, quo pudicissimæ foeminarum operantur, quodue tunc tantum denudant, cum aliquid

faciendum sit operis, vt pudicitia seruetur decorum: vt & illa tunc tantum tam alijs, quam dilecto suo eiusdem dilecti sibi impressam ostenderet imaginem, & characterem, cum quid extrinsecus operari contingeret: Tuncque vniuersi, quotquot in operans eius brachium oculos conijcerent, intelligerent ita pudicam, castamue, sed vehementissimam esse eius charitatem erga vnum dilectum suum, vt & quicquid efficeret operis, in illius factum vellet obsequium.

Circa lectionum varietatem vnum duntaxat animaduertendum est, B. Hieronymum in fine epistol. ad Eustoch. nouo, singularique modo ita hæc legere: *Pone sicut umbraculum super corde tuo, sicut signaculum in brachio tuo.* E qua lectione sextum eruere possumus sensum fortasse non contemnendum, vt dilectus, postquam in præcedenti sententia significauit, fuscitasse se dilectam suam sub arbore mali; quæ amoris est hieroglyphicum, & fuscitasse illam ad sui dilectionem, sibi quæ ipsam desponsasse: dum simul cum illa sibi innixa progrediretur, modum ei præscribat in amore ipso, quem adeo ardentem esse nouerat ac vehementem, vt, ni moderaretur, occidere ipsam posset, consumere, atque in cinerem redigere: medicorum instar loquens, ita eam alloquatur.

Hieron.

Sextus
sensus.

Languor charitatis, quo te grauissime languere, fat mihi constat, febris est feruentissima, tua comburens præcordia: Ne ergo ob illum penitus intereas, da operam, vt ipse tibi instar umbraculi tuo sim cordi; atque sicut sensibilis febris, qua præcordia æstuant, per brachij pulsus sui exhibet signa, quibus eius & qualitas dignoscatur, & quantitas: Ita tu quoque febris huius charitatis tuæ indicia in tuis exhibeto operibus, vt quisquis tuam inspicat opera, me in illis instar signaculi impressum intueatur: sicut quasi è pulsu brachij id quoque percipiat, quod, si charitate ferues, propter me vnum ferues, qui ita tibi sum dilectus; vt sim pariter & umbraculum cordis tui, ne nimio pereat ferrore. Quia dilectio ex natura sua fortis est, æque ac mors; adeoque & occidere potest, sicut & illa: nec minus consumit, quam sepulchrum consumat corpus. Et certe ni ita tibi prouideas, vt mihi & in amoris quoque moderatione morem geras, in cinerem redigeris, cum lampades charitatis lampades sint ignis vehementissimi, atque flammæ.

Paraphra-
sis.

Verf. VI. cap. VIII. *Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum.*

EXPOSITIO II.

De prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

CHRISTUM Dominum corporis Ecclesiæ cor esse sicut & caput, satis, superque ostensum est supra in exposit. 2. verf. 5. cap. 4. cum à Christo vt vita principio vniuersa in illius corpus deriuat gratia vita: Quod vero eiusdem Ecclesiæ brachium idem ipse sit Christus, testatur Isaias Propheta, qui in fidelium omnium persona ad illum ait: *a Te expectauimus: esto brachium nostrum in mane, & salus nostra in tempore tribulationis.* Hucque illud spectat, quod ab ipsomet Christo dictum discipulis legimus: *b Sine me nihil potestis facere, cum brachium sit totius operationis instrumentum,*

4

Primus
sensus.

Christus est

cor Ecclesia-

stici corporis

Christus bra-

chium corpo-

ris Ecclesiæ.

a Isa. 33. 2.

b Ioan. 15. 5

mentum, & brachium sit, cui vniuersa adscribenda est totius corporis defensio. Quod si Christus & cor est, & brachium Ecclesiæ, idemque est eiusdem Ecclesiæ dilectus, qui modo illam alloquitur, profecto dum ait, *Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium*, tantumdem est, ac si dicat: *Pone me vt signaculum super me*: quod primo aspectu tautologia esse videtur & oratio superflua. Verum haud superuacane à Christo prolata ea sunt, à quo singularibrantur verba: At per ea prauum, maximumque à Catholica Ecclesiâ, quam sub crucis arbore in sponfam sibi suscitauit, auertere vult errorem hæreticorum, ac superborum quorumcumque, qui cum à Christo, vti à corde proprio, Christianos se iactitent, & vt Ecclesiæ membra per eundem Christum viuentia se prædicent: pro signaculo tamen, & annulo signatorio haud ipsam habent, quem vnum charissimum reputent, quodue quicquid in se extiterit vel doctrinæ, vel operis, signent: at vel hæresiarcham aliquem, vel semetipsum, vel quid aliud huius mundi super Christum Ecclesiæ cor, atque brachium talia ponentes signacula, quicquid à Christo habent doctrinæ, proprio hæresiarchæ sui signaculo deprauatum obicientes: quidquid gratiæ, & opis à Christo habent, vt bonum aliquid operentur, sui ipsius, vel humani auxiliij signaculo signatum eidem superponentes, superbientes, atque dicentes: *c Manus nostra excelsa, & non Dominus fecit hæc omnia*: Sic iuxta hunc sensum Christus ita Orthodoxam hic alloquitur Ecclesiam.

Hæretici pro signaculo per Christum ponunt hæresiarchas suos. Vane glorie indulgens, ponit semetipsum vt signaculum super Christum.

c Deut. 32. 27.

Paraphras. Christus bonum omne adscribere debemus.

5 Secundus sensus. d 1. Cor. 12. 27. Contemplatiui sunt cor Ecclesiæ. e Mat. 15. 18. f Ps. 76. 7. g Ps. 18. 15

h Pro. 31. 17.

Ecclesiæ sponse Christus pro annulo tradidit semetipsum.

ingiter ei adsit, quoue, si ei libuerit, vniuersa tutissima queat seruare. Porro se super cor potissimum, atque super brachium, super contemplatiuos, & super actiuos poni efflagitat ab Ecclesiâ: quia si super hæc duo membra positus fuerit vt signaculum; si hæc duo membra ipso vt signaculo ob signata extiterint, quicquid Ecclesiâ habuerit pretiosum, siue notitiæ sacrarum Scripturarum, siue humanæ eruditionis, siue piarum meditationum, siue prædicationis diuini verbi, siue ministerij operum misericordiæ, siue sollicitudinis Prælatorum, siue obedientiæ subditorum, id totum illæsum, atque illibatum absque villo seruabitur periculo. Enimvero, si quid huiusmodi aliquando in Ecclesiâ perire contigerit, haud profecto aliunde id prouenit, quam ex eo, quod haud super totum eius cor, & super totum illius brachium Christus positus tenetur vt signaculum: quia aliqui vel ex contemplatiuis, vel ex actiuis Christum ipsum à se auferunt, an famque furibus præbent, vt furentur, & destruant quicquid eis libuerit, siue hæretici illi sint, siue Principes sæculi, siue potestates tenebrarum, siue ipsamet eorum caro.

Custoditæ seruantur omnia bona in Ecclesiâ, si Christus vt signaculum tenetur super contemplatiuos, & super actiuos

Ecclesiæ unde proueniat damna.

Verf VI. cap. VIII. *Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum.*

EXPOSITIO III.

De secunda Sponsa, que est Anima Iusti.

SI tot ante Christi passionem sæculis Patriarcha Moyses iuxta Apostoli dictum, adeo Christum ipsum Crucifixum præ omnibus mundi diuitiis, ac voluptatibus sibi charum iugiter ante fidei oculos habuit, vt negarit, se esse filium Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere incunditatem: maiores diuitias aestimans thesauro Aegyptiorum improprium Christi. Admodum sane congruenter hoc loco pia animæ sponsus ipsemet Christus Crucifixus, postquam illi in memoriam reduxit, suscitasse iam ipsam ad sui charitatem sub arbore Crucis, vbi & eam sponsauit: id vnum modo ab ea petit, vt se hoc pacto crucifixum vt rem maxime charam iugiter ob oculos habeat instar annuli, & signaculi, quod tanquam charissima in digito fertur, vt iugiter ante oculos habitum & in promptu à nullo possit auferri. Dicit autem: *Pone me vt signaculum super cor, & super brachium*: quia duplex nouit esse genus ærumnarum, quæ pro ipso eidem animæ tolerandæ occurrunt: quia duplex est Christi improprium, quod pia anima maiores diuitias aestimare debet thesauro Aegyptiorum, & tenebricosi huius sæculi: Alterum cordis, vt quod contra bonum nomen, & contra honorem per in iurias infligitur, per detractiones, per calumnias, & per blasphemias: Alterum vero corporis externi, vt quod eidem fit per persecutiones, per bonorum expoliationem, per flagella, per cruciatus, &c. similia. Vt ergo ambo hæc duo genera impropiorum Christi

6 Primus sensus. a Hebr. 11. 24. In tribulationibus Christum crucifixum vt signaculum ob oculos habere debemus.

In tribulationibus animi & corporis Christus crucifixus habetur charissimus, dii & illas habemus charissimas.

In tribulationibus tolerantis summum robur esse præparatio ad maiores suscipiendas.

Christi charissima ab ea habeantur, siue potius, ut in illis Christus crucifixus habeatur charissimus, *Pone me, inquit, ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum*: Non dicit, super corpus tuum, tametsi totum eius corpus dicta laturum sit impropria, sicut dicit, *super cor tuum*; sed, *super brachium*, in quo robur totius est corporis, quodue præcipuum est eiusdem corporis organum defensuum: Ut significet, in talibus improprie tolerandis summo id habendum pro robore, tutissimaque pro defensione, si confixi simus cruci Christi, qui brachijs super crucem expansis paratum se exhibuit ad impropria multo plura, atque maiora toleranda.

7 Secundus sensus. Christo crucifixio omnem nobilitatem, gloriam omnemque virtutem adscribere debemus.

b 1. Pet. 2. 9 Christus crucifixus ut signaculum ab anima haberi debet sicut & inducitur. c 1. Cor. 7. 23. d Ro. 13. 24.

e 1. Cor. 6. 20. Deus in corpore nostro quomodo glorificatur.

Qui gloriatur in Christo crucifixo, glorificat Deum, portatque illum in corde, & in brachio ut signaculum.

Iuxta secundum litteræ sensum: idemmet Christus, cuius imperium fuit super humerum eius, quando crucem super humeros sibi baiulavit, quæ in crucis titulo Rex Iudæorum, id est, Deum consentientium, cruci affixus declaratus est; postquam in præcedenti sententia significavit animæ devotæ, sub crucis arbore illam desponsasse, ut esset sponsa Regis, qui Crucis affixus fuisset, id modo ab ea exposcit, ut ipsum crucifixum tamquam anulum gestet: per ipsam fidei firmitatem, per ipsum libertatem, per ipsum denique gloriam, nobilitatem, & decus omne habere profiteatur; corde, atque operibus contestans, se haud aliunde gloriari, nisi in cruce ipsius Regis, sponsique sui, à qua habet, ut nobilitatem sortita sit gentis b sanctæ, generis electi, & Regalis sacerdotij; cuius pretio de servitute à peccati redempta est: Ita quod hic dicitur, duobus Apostoli dictis explicari facile potest, tum eo, quo ait: *d Induimini Dominum Jesum Christum*: per quod apertius explicatur, qua ratione Christus crucifixus, poni se ab anima velit ut *signaculum super cor, & super brachium*: nimirum ut & interius, & exterius in eo gloriatur, eiusque fidei, & imitationi innitatur: eo modo, quo & vestimenta nedum interna sunt, at & externa. Sed melius id exprimitur per alterum Apostoli dictum: *e Empti estis pretio magno; glorificate, & portate Deum in corpore vestro*. In quo per prima verba aperte exprimitur, iure optimo Christum exposcere, ut gestetur *tamquam signaculum* ad contestandam animæ libertatem: per secundam vero partem, *Glorificate, & portate*, & cet. id quoque exponitur, quod diximus, Christum crucifixum ponendum *super cor, & super brachium*, ut in eo duntaxat gloriemur. Quamquam quod ab Apostolo dicitur, *Portate Deum in corpore vestro*, clarius exprimat per hæc sponsi verba; *Pone me ut signaculum super cor, & super brachium tuum*: Cum enim in corpore duo sint membrorum genera, interna alia, alia vero externa; commemoratione duorum membrorum, in quibus vel internum, vel externum omne situm est hominis robur, complectuntur omnia, & singula membra eiusdem corporis, omnesque designantur hominis operationes tum internæ tum externæ; in quorum membrorum atque operationum singulis Deus ferendus est piæ animæ uti charissimum, regiumque *signaculum*: ferendus, inquam, ea ratione, qua positus ille est in signum populorum super crucem: Hocque illud est, quod maximi à nobis est faciendum: quia Deus ipse, qui est Rex magnus, & excelsus super omnes cælos, cum per crucem in regiam sponsæ dignitatem piæ cuexerit animam, ita portari vult in corpore eius, ut in ipso crucifixo, uti in annulo, atque in signaculo vniuersam illa suam fidei, libertatis, & ingenuitatis constituat gloriam, tum in intimis præcordiorum, tum in externa conuersatione, quodue maius est, dum illa in tali gloriatur signaculo crucis, se pariter & ut Deum glorificatum reputat ab ea: hoc quippe indicare voluit Paulus,

A dum dixit: *f Glorificate, & portate Deum in corpore vestro*. f 1. Cor. 6. 20.

Præclare autem & iuxta tertium litteræ sensum eadem animæ Christus, qui illum sub crucis arbore suscitavit, ait, *Pone me ut signaculum super cor, & super brachium tuum*, contestans ei, sibi optime exploratam inquietissimam humani generis diuagationem, qua eo itinere semper nouo occurrit effræne, ubi quid æstimat instar sui thesauri, iuxta illud: *a Vbi est thesaurus tuus, ibi & cor tuum*, & illud, *b Abiit vagus in vias cordis sui*. Atque adeo quando sub arbore malo, atque sub cruce illam sibi suscitavit in sponsam, semetipsum

B e dedisse pro annulo, quo ipsa ut sponsa internum obsignaret, tutumque seruaret thesaurum, cordi quidem eius inditum, sanctarumque operationum armis defendendum. Neque vero quid aliud est Dei thesauri, qui piæ animæ custodiendus in corde est, quam timor eiusdem Dei, iuxta illud Isaia: *c Timor Domini ipse est thesaurus eius*. Nec quid aliud est Christi thesauri cordi piæ animæ inditus, quam ipsemet Christus crucifixus, *In quo*, iuxta Apostoli dictum, *d sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi*. Ut hunc ergo, seu ut hos duos thesauros sponsa tutos custodiat: *Pone me*, inquit ei, *ut signaculum super cor tuum*, id est, habe me semper cordi tuo proximum, ut tibi inditum præferes thesaurum, nec alioquin corde ipso tuo diutius euagari cogaris. Addit autem, *Pone me ut signaculum super brachium tuum*, id quoque ab illa exposcens, ut eodem signaculo & robur illud custodiat, quod à Deo exhibitum habet, ut bene operetur. Enimvero sicut nulla re magis intra cordis penetralia custoditur timor Domini, & Christi crucifixi memoria, quam si eiusdem Christi crucifixi præsentiam in nostro seruemus corde, nostrasque in illo detineamus cogitationes: ita nulla re magis præstitum nobis à Deo robur diuinæ gratiæ conseruatur, quam imitatione eiusdem Christi crucifixi in vniuersis operibus nostris: hoc siquidem est, illum habere *ut signaculum super brachium nostrum*.

Ita vero hoc ipsum *signaculum*, Christus crucifixus, ponendum est animæ *super cor, ac super brachium*, quod tuta sibi sint vniuersa, & valida, ut illum semper, & cordi proximum habeat, & ad manus, quo vniuersas cogitationes, vniuersasque cordis meditationes, & preces tali signatas habeat signaculo, sicut & vniuersas brachij operationes: Quicquid enim precum, quicquid cogitationum, quicquid & operis sine hoc extiterit signaculo, deprædationi expositum est *Dæmonum*, & inanis gloriæ; nec quicquam à sponso ipso æstimatur. Atque adeo sapientissima mater Ecclesia cuilibet orationi illud apponit signaculum: *Per Dominum nostrum Jesum Christum, & cet.* quo ex adhibito signaculo eæ, quas instar signatarum litterarum mittit preces, tutæ ad Deum perueniant, ratæque habeantur, & validæ: Eaque sola operanostra boni valoris sunt, & tamquam nummi, qui in cælesti patria expenduntur, & quibus cælum ipsum emere possumus, quæ hoc impressa sint signaculo: *Quod quidem Christus nobis subindicavit, cum dixit: e Sine me nihil potestis facere. & f Cum hæc omnia feceritis, dicite, f Luc. 17. 10 quia serui inutiles sumus*: id est quicquid egeritis, ob id vile vobis esse censete, & aliquid apud Deum valoris, quod cuneo id signatum est meo: nam alioquin inutilia vobis essent, & in iisdem vos pariter essetis inutiles; talesque vos censere debetis pro eo, quod ex vobis est.

E Operanostra bona ea sola celestis valoris, quæ Christo ut signaculo sine obsignata.

9 Quartus sensus. Cor nostrum qua ratione præbere debemus Christo crucifixo. Pro 4. 23. h Pro. 23.

Insuper dicens, *Pone me ut signaculum super cor tuum*, id ipsum ait, quod duplici ea sententia expressit & sapiens: *g Omni custodia serua cor tuum: quia ex ipso vita procedit. & h Præbe, fili mi, cor tuum mihi. Præberi sibi exposcit & Christus cor ab anima, edocetque*

Tertius sensus. Cordis diuagatio quomodo exercenda

a Mat. 6. 21 b Isa. 57. 17 Timor Domini quomodo in corde custodiendus.

c Isa. 33. 7 Christus ut thesaurus noster quomodo intra nos custodiendus. d Col. 2. 2 Christi crucifixi memoria & imitatione custodi re debemus thesaurum timoris Dei & robur diuinæ gratiæ.

8 Orationes nostræ ut valide sint, debent esse obsignata Christo ut signaculo.

Operanostra bona ea sola celestis valoris, quæ Christo ut signaculo sine obsignata.

e Ioan. 15. 5 f Luc. 17. 10

9 Quartus sensus.

Cor nostrum qua ratione præbere debemus Christo crucifixo. Pro 4. 23. h Pro. 23.

edocetque & rationem, qua illud ei præbere debeat, A ponendo scilicet ipsum *super idem cor suum & signaculum*. Enimvero, tamen si cor humanum esset obduratū, non dico inlato cera, sed & inlato æris, ac ferri, si Christus crucifixus super ipsum fuerit adhibitus, mollescit illico; eiusdemque Christi impressam suscipiens formam, illius esse conuincitur : quandoquidem is & ignis vehementissimus est dilectionis igneaque vi sua molle reddere aptum est & ceram, & ferrum. Mollesfacto vero corde, per semetipsum suam in illud imprimit imaginem, cum sit & signaculum : Impressa vero sui imagine, suum omnibus declarat esse cor illud, ac vndique ipsum ambiens omni illud seruat custodia. Idque & in vi pariter operatiua eiusdem animæ efficere satagens, addit: *Ut signaculum super brachium tuum, scilicet pone, aut circumpone me, iuxta scholion Græcum.*

Iuxta quintum litteræ sensum, explicari hæc possunt quadruplici dicto, Apostoli Pauli. Velenim id ipsum hic ab anima deuota petit Christus cruci affixus, quod nobis in epist. ad Hebr. apertius suadet Paulus, dicens : *i Aspicientes in auctorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit Crucem, confusione contempta. Recogitate eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem, vt ne defatigemini animis vestris deficientes.* Vt tantumdem sit, *Pone me vt signaculum, &c.* ac habeto me iugiter ob oculos, siue cum contemplationi operam das, siue cum quid extrinsecus operari tibi contigerit cum fratrum contradictione.

Vel secundo id eidem suadet animæ, ne vlllo pacto comitat, vt ipsius imago ab eius dimoueatur corde, ab eius & operatione, quam tantis doloribus cruci affixus in illa formauit, quando sub eadem arbore ipsam à gratia matre eius genitam suscitauit sibi in sp̄sam electam. Quem sensum suggerit Apostolus ijs verbis, quibus Galatis exponit, quantos subeat dolores, vt amissam hanc Christi formam denuo in illis imprimit dicens: *k Filioli mei, quos iterum, & iterum, cum doloribus parturio, donec formetur Christus in vobis: id est, filioli mei pro quibus nouos quodammodo partus dolores subeo; vt in vobis denuo formam inducam Christi, sicut & Christus ipse prius doloribus multo vehementioribus eam in vobis prius formarat.*

Vel tertio, iuxta illud Apostoli dictum : *I Sicut portamus imaginem hominis terreni, portemus & imaginem celestis: qualis terrenus, tales & terreni: & qualis celestis, tales & celestes.* Id in hisce exposcit à pia ipsa anima, vt quandoquidem celestis sponsi sponsa sub crucis arbore facta est, ita in sua conuersatione celestem se referat, & cruci cum sponso suo confixam; vt plane omnibus conspicuam exhibeat, quam defert, eius imaginem.

Quamquam per verba Clementis Alexandrini, quibus ait (sint nobis signacula columba, vel piscis, vel nauis, quæ celeri cursu à vento feratur, vel lyra musica, vel ancora nautica: & si sit piscans aliquis, meminerit Apostoli, & puerorū, qui ex aqua extrahuntur. Neque enim idolorum sunt imprimenda facies, quibus vel selum attendere prohibetur est; sed nec ensis, nec arcus ijs, qui pacem persequuntur, nec pocula ijs, qui sunt moderati, & temperantes. Multi autem libidinosi nudatos habent eos, quos amant, vel amicas; vt ne si velint quidem, possint affectionis amoris obliuisci, quod libido, & intemperantia eis perpetuo in mentem reuocetur) admoneamur, & quod ait Apostolus, *a* & quod ait hoc loco sponus, ita intelligendum, vt totum studium nostrum in eo collocemus, vt veluti in annulo signatorio imaginem Christi crucifixi portantem, illum nobis præ omnibus dilectum significemus, sic cogitationes, desideria, factaque nostra ad eius imitationem conformemus: vt omnibus conspicuum fiat, nos omnia ad illius facere exemplar; quod portamus, haud quidem in digito materiali, sed in interno cordis, & in vi operatiua, quæ brachij appellatione signatur; ne nobis id

eueniat, quod de aliquibus per quemdam Prophetam dictum fuit: *b Facti sunt abominabiles, sicut ea, quæ dilexerunt, conformati nimirum huic sæculo.*

Vel quarto ex eo, quod in epist. ad Galat. idem c. Apostolus ait: *De cetero nemo mihi molestus sit. Ego enim stigmata Domini nostri Iesu Christi in corpore meo fero: duplex alius subindicatur sensus istorū verborum sponi, Pone me vt signaculum, &c.* quod enim ait Apostolus, duobus modis accipi potest: Aut vt de cetero, & iam ex tunc nemo illi molestus esset, persuadens ipsi, vt haud tantis se subiceret persecutionibus, tantatue subiret ærumnas, afflictiones, & dolores in ministerio verbi, & in obsequio Dei; quandoquidem insignia passionis Christi libentissime in corpore suo impressa portaret, iuxta id, quod & alias dixit: *d Semper mortificationem Domini nostri Iesu Christi in corpore nostro circumferimus, vt & vita eius manifestetur in nobis: quandoquid e Christus passus est pro nobis, relinquens exemplum, vt sequamur vestigia eius.* Sic quod hic exposcit Christus cruci affixus nihil aliud erit, nisi vt mente, & opere in perferendis pro nomine eius tribulationibus, & ærumnis ipsum imitetur: vtue per mortificationem corpori suo insignia imprimat passionis eius. Aut, vt amodo nemo de vlla alia re huius mundi, de vlllo mundi respectu, de vlllo interesse sibi aliquam ingerat molestiam: quandoquidem ipse iam sit liber à seruitute mundi, Christi sanguine emptus de vana sæculi conuersatione, seruusque effectus eiusdem Iesu Christi, cui seruit in libertate spiritus. Exprimit vero hæc omnia Apostolus efficacissima hæc oratione, *f Ego enim stigmata Domini Iesu Christi in corpore meo porto, ad duas alludens consuetudines; ad eam qua serui quibusdam notis igne candenti signari solent, vt quocumque tetenderint, illis notis dignoscantur, & quod ferui ac mancipia sint, & cuius sint serui. Ita ergo Paulus seruum, ac mancipium Christi solius ab omnibus haberi, & in omnibus, vt talem se exhibeat, indulgere se ait, ac si notis, & stigmatibus illius corpori suo impressis exhiberet: Idque & ipsemet Christus ab anima efflagitat, cum illi ait: *Pone me vt signaculum, &c.* Vult autem has notas & super cor, & super brachium animæ poni, innuens, id optare: vt sicut operibus suam coram proximo exhibet Dei seruitutem, ita & intrinsecus mente pura, & in intentione sancta eandem exhibeat & coram Deo.*

Quamquam fortasse magis ad rem fuerit, vt dicamus, Apostolum Paulum in præcitatīs verbis alludere ad alteram illam consuetudinem, qua (vt dictum est in prima litteræ expol.) qui vehementi inuicem se diligunt charitate, id moris habent in aliquibus Regionibus, vt cadente ferro quasdam dilecti notas vel in corde imprimant, vel in brachio, quibus & ipsimet excitentur iugiter ad maiorem dilectionem ipsam suam tum eidem dilecto notam illam faciunt tum singulis alijs, quibus contingerit, notas illas inspicere. His ergo notis, se Christum duntaxat diligere, testari ait Apostolus; similibus se imprimi à pia anima super corde, & super brachio ipsius exposcit & Christus. Quod si vlterior exquiratur, quænam istæ sint notæ, ab eodem Apostolo Paulo id audiamus: *g Qui, scilicet Christus, & signauit nos, & dedit pignus in cordibus nostris. &: h Credentes signati estis spiritu promissionis sancto. Quis vero nesciat, Spiritum sanctum esse & ignem multo efficaciorum, quam candens quodlibet ferrum, & amorem? Quia in re pendendum discrimen, quo Christus vt animæ dilectus notis se signauit ipsius animæ, quibus immensam suam in illam protestaretur charitatem, quoue in eadem notis pariter signari se velit. Enimvero Christus acutissimo clauorum ferro illius stigmata sibi imprimenda curauit, idque summo cum dolore: propterea namque apud Isaiam dixit: *i Numquid obliuisci potest mulier infantem suum, ut non misereatur filio utero sui? Et, si illa oblita fuerit, ego autem non obliuiscar tui.* Id, quod notis ipsis, atque stigmatibus manuum clauis cruci affixarum probat, subiiciens: *Ecce in manibus meis descripsi te, ferro nimirum, atque sanguine.**

b Osee 9. 10.
c Gal. 6. 17.
In tribulationibus tolerandis Christum crucifixum imitari debemus.
d 2. Cor. 4. 10.
e 2. Pet. 2. 21.
Mortificatione inprimenda corpori nostro stigmata Christi.
Christi seruus liberum se seruire debet à qualibet re, & inuere se mundi, & carnis.
f Gal. 6. 17. Allusio.
Seruitus Dei à pia anima est exhibenda & coram proximis, & coram ipsomet Deo.
Allusio.
Charitatis & Spiritus sancti notis protestamur Christi seruitutem.
g 2. Cor. 1. 22.
h Eph. 1. 13. 11.
Charitatis stigmatibus ferro signari voluit Christus, sic in suis manibus iustos describens.
i Isa. 49 5.

Christus sponus super cor mollesfactum illud sua obsequat imagine, idque efficit in vi operatiua anima.

Quintus sensus. Christus crucifixus in mente, & ob oculos semper habendus.
i Heb. 11. 2.

Christi imago magnis doloribus impressa seruanda per iugem crucifixi memoriam.

Gal. 4. 19.

10
11. Cor. 15. 49.
In conuersatione nostra Christi imaginem exhibere debemus.

Cle. Alex. lib. 3. Pæda. cap. 11.

21. Cor. 14. 48.

H h h l sanguine.

fanguine. Quod si ferro animam in Christi manibus descriptam apertius significatum videre quis velit, prophetiam illam legat, qua apud Zachariam ait Dominus: *Adducam seruum meum orientem, quia ecce lapis (id est, corpus, & caro) quem dedi coram Iesu* (quando nimirum Verbum carnem assumpsit; quando incarnari feci filium meum, ut esset lapis angularis, & Iesus, & Saluator mundi) *super lapidem unum septem oculi sunt*: multa nimirum, & innumera vulnera super vnum eius sunt corpus, quæ septem dicuntur, vulgatissima illa sacrarum Scripturarum phrasi, qua numerus septenarius pro indeterminato ponitur, secundum quam August. lib. 3. de doctrin. Christ. cap. 35. tantumdem esse, inquit, quod dicitur in Psal. 118. *Septies in die laudem dixi tibi*, atque id, quod dicitur in Psal. 33. *k Semper laus eius in ore meo*. Vocat autem vulnera Christi oculos; quia tamquam oculis quibusdam ijs similibus, quibus decorus est pauo inter aues pulcherrimus, Christus iisdem insignitus, ac decoratus sit vulneribus: aut melius, quia per illa tamquam per interni cordis sui oculos fideles, atque dilectas aspiciat animas, iisdemque summa prospiciat charitate. Id, quod ipsemet in præcitate Isaia loco subindicauit, quando, postquam dixit, *Ego autem non obliuiscar tui, Ecce in manibus meis descripsi te*, addit illico: *a Mui tui coram me*: cum scilicet manibus ipsis meis, & per vulnera, quibus in manibus meis te descripsi, tuique rebus prospiciam vniuersis. Porro, quia inter vulnera Christi, ea in primis stigmatum, & notarum amoris eius erga animam nomen sortita fuere, quæ ferro vel in manibus, vel in pedibus, vel etiam in corde impressa fuerunt, in prophetia Zachariae, quam præ manibus habemus, addit Dominus: *b Ecce ego calabo sculpturam eius*. At vero idem Christus ab anima sponsa sua haud huiuscemodi, tantoque dolore plenas sui exposcit notas, & stigmata; sed quas summa cum voluptate imprimere sibi queat, notas igne Spiritus sancti in corde, atque in brachio signatas: ut tantumdem sit, *Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum*, ac si dicitur.

Zach. 3. 4
Vulnera in Christi corpore vt plures oculi in corpore pauonis.
Augustin. Psal. 118. 164.
k Ps. 33. 2. simile.

Vulnera Christi sunt oculi quibus iustos aspicit.
a Isa. 49. 16

b Zach. 3. 9
Spiritus S. notis obsequari se vult Christus in pia anima.

Paraphras. c 1. Thef. 5

d Gal. 5. 2. 1.

e Rom. 8. 9.

12
Lex Dei ponenda: a nobis super cor, & super brachium vt signaculum Christi: impressum.
f Psal. 9. 7.

Paraphras. fis.

g Psal. 1. 2.

h Psal. 14. 1.

Spiritum noli extinguere (vt aliquando dixit Apostolus c) *me in interno Spiritus sancti seruire habeto in penetrabilibus cordis tui*, meque habeto pariter & in externo brachio operationum tuarum, opera illa exhibens, quæ sunt fructus eiusdem spiritus, de quibus Paulus ait: *d Fructus autem spiritus, charitas, gaudium, pax, benignitas, &c.* Id demum ab anima in his. *Pone me, &c.* exposcit Christus illius sponsus, quod idem Apostolus in epistol. ad Rom. ait: *e Vos in carne non estis, sed in spiritu: si tamen Dei spiritus habitat in vobis. Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Si autem Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum: Spiritus vero viuunt propter iustificationem, &c.*

Haud tamen prætereunda est noua ratio explicandi hæc ipsa sponsi verba, *Pone me ut signaculum, &c.* per celeberrimum illum Psalmi locum, quo David affectu magno gratias Deo agens, ait: *f Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine, dedisti lætitiā in corde meo. Quem locum, tametsi plures intelligant de signaculo imaginis Dei in nobis, alio tamen pacto intellectus, alium nobis istorum suggerit sensum: vt tantumdem sit, Pone me ut signaculum super cor tuum, & super brachium tuum, ac si clarius diceretur.*

Imprime super cor tuum legem meam, meditans in ea die, ac nocte, cordisue voluntatem, desiderium, affectum, atque propensionem in eadem lege mea habens, prout dicitur in primo Psal. 9 de beato illo viro. Imprime pariter ipsam lege meā super brachium tuum: quo opera exercere soles, operans in illa, vt & tu quoque digna sis, quæ in cœlesti meo habites tabernaculo, iuxta illud Psal. 14. *h Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam, animæ nimirum, quæ in lege præcipitur. Declarantur autem hæc omnia per præallata verba Psal. 4. Enimvero si prædicti Psal. consideremus textum, plane intelligemus, per*

A lumen vultus Dei Prophetam intellexisse diuinam legem: cum enim in præcedentibus nonnulla dixisset de euitandis peccatis nedum externis, sed & internis, dicens: *i Irascimini, & nolite peccare: quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini*: cum & aliqua de bonis, quæ & extrinsecus, & intrinsecus forent facienda, significasset subiiciens: *Sacrificate sacrificium iustitiæ & sperate in Domino*: Tandem, quia multi excusationes ad prædicta prætexerent, dicentes: *Quis ostendit nobis bona?* quis nos edocuit bona, quæ agere debeamus, vt iusti simus, & peccata vitemus? Respondet: *k Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine. Beneque adjicit: Dedisti lætitiā in corde meo, iuxta illud:*

B *l Lætabor ego super eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa.* Porro ipsam Dei legem, quæ docet & bonum, quod sit faciendum, & peccatum, quod sit euitandum, admodum congruenter hoc expressit vocabulo luminis vultus Dei: nam si Salomon de sapientia viri prudentis loquens, ait: *m In facie prudentis lucet sapientia*, ita vt fortasse haud male exinde inferri queat, sapientiam prudentis esse, & nominari posse lumen faciei illius: multo certe congruentius id de lege Dei dici potest, in qua, & per quam Deus veram nobis exhibuit sapientiam: Atque, vt hoc nobis melius persuaderetur, effecit, vt & Moyses, n per quem tanquam per mediatorem id nobis exhibuit lumen, à facie, vultuque suo, lumen emitteret, dum legem ipsam populo deferret: vt lumine illo, quod in vultu Moysis effulgebat, ij, qui legem Dei ab ipso accipiebant, intelligerent, pari ratione eandem legem à diuino vultu instar lucis emissam esse: atque adeo & lumen vultus Dei dicendam, prout per Salomonem significatum est, vbi legem aperte lucem appellauit, dicens: *o Mandatum lucerna est, & lex lux.*

Hoc supposito, dum Prophetam Regius hæc diuinam legem vt lumen vultus Dei signatam super nos, dumque & sponsus cœlestis à pia exposcit anima, vt ipsum ponat super cor, & super brachium suum, vt signaculum, indicatur, diuinam ipsam legem in corde hominum esse instar typorum, atque characterum, quibus prælo per arte typographiæ indelebiter imprimitur, quicquid promptum habere volumus ad legendum: Typi siquidem illi sunt etiam signacula quædam, cum imprimant sui characterem æque ac signacula, quæ & sigilla nuncupamus. Ideo bene Prophetam eo vsus est verbo, *signatum est*, id, quod fortasse Dominus apud Isaiaem subindicare voluit ijs verbis: *p Signa legem meam in discipulis meis*: Quamuis non ignorem, ea alium quoque habere sensum antecedentibus congruentiorem. Porro legis appellatione haud Moysis duntaxat legem intelligimus, sed multo magis legem Christi, & legem naturalem, quam alia appellatione aliqui dicunt lumen naturale, de quo lumine locutus Dauid, cum dixit: *Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine*: communio tenet Sanctorum Patrum sententia. Quis vero dubitet, hanc naturæ legem, cui facillime consentiens extitit & lex Moysis, & multo magis lex Christi, à Deo super nos impressam? Quomodo ergo sponsus, hanc ipsam denuo à pia anima imprimi exposcit, super illius cor, & brachium; quia impressio ista admodum diuersa sit ab impressione characterum sensibilem? Enimvero, cum per lucem fiat, facillime offuscatur, & quodammodo tollitur è corde hominis, vt primum illud penetrarint tenebræ peccati, & obstinationis, atque contemptus: *a Quæ enim societas, ait Apostolus, luci ad tenebras?* Atque adeo nil frequentius in sacris repetitum obseruamus, quam vt in corde nostro sedulo custoditam seruemus legem Domini: Et de Redemptore nostro, qui libere pro omni tempore dicere pergit: *b Vt facerem voluntatem tuam, Deus meus, vultui, & legem tuam in medio cordis mei, asseueranter ait Ioannes: c Et tenebræ eum non comprehenderunt:* cum è contra singulis hominibus & Domini nostri competant verba, quibus apud eundem Euangelistam dixit: *d Adhuc modicum lumen in vobis est: ambulat, dum lucem habetis, vt non tenebræ vos comprehendant.* Et: 35.

E
Simile.
Lex Dei in corde iusti est instar typorum, & characterum typographiæ.
Psal. 4. 7.
Lex Dei super cor nostrum impressa à Deo, denno imprimi dicitur à nobis, & quomodo.
a 2. Cor. 6. 14.
b Ps. 39. 9.
c Ioan. 1. 5.
d Ioan. 12. 35.
Quis

Lex Dei est lumen vultus illius.
i Psal. 4. 5.
k Psal. 4. 7.
l Psal. 118.
m Pro. 6. 24.
n Exod. 34.
o Pro. 6. 23.
Psal. 4. 7.
Lex Dei super cor nostrum impressa à Deo, denno imprimi dicitur à nobis, & quomodo.
a 2. Cor. 6. 14.
b Ps. 39. 9.
c Ioan. 1. 5.
d Ioan. 12. 35.

Lex Dei quomodo tolli dicatur à corde hominis. Simile.

Qui ambulat in tenebris, nescit, quo vadat. Sed tamen licet per tenebras contemptus, inobedientie, peccatorumque reliquorum facile, vt dixi, quodammodo lex ipsa Domini tollatur è corde nostro: facile etiam eadem denuo imprimitur. Et ratio est; quia tollitur eo ipso modo, quo per tenebras è thesauro dicitur tolli pretiosissimæ, ac fulgentissimæ gemmæ: quoue per eandem tolluntur & flores multicolores è campo, floribus ipsis pulcherrimo. Sicut enim tenebræ ita gemmas illas, illosue flores tollere dicuntur; quia ab humano eos tollunt aspectu: Licet enim adhuc sint in thesauro, atque in campo: ita tamen sunt, ac si non essent, quoad splendoris, & coloris pulchritudinem: Vnde fit, vt statim ac lux tenebras depulerit, cum denuo appareant, illico pariter & denuo thesauro, & campo reddantur: In eundem modum lumen naturæ, quod super nos signatum à Domino est, lex naturalis, necnon & lex vel per Moysen, vel per Iesum Christum à Deo exhibita, cum lux fit, facillime per tenebras offuscatur, & suo modo ex humana tollitur anima. Verum, cum impressio ista non atramento facta fuerit, sed luce, vt primum ipsamet anima signaculum cordi suo apposuerit lucis, illico denuo fieri dicitur illius eadem impressio: Ac propterea eiusdem animæ sponfus, qui est vera lux, illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum, nunc illi ait: *Pone me vt signaculum super cor tuum: vt nimirum perpetuo legis suæ hæc in eius corde perseveret impressio.*

14 Lex Dei imprimi non potest nisi in corde puro.

Legis Dei signaculum Christus, legis vero seculi mundus, ideoque hæc imprimitur tenebricofo atramento, illa autem imprimitur luce. Eph. 6. 12. Col. 1. 13. Lex mundi ab ijs legitur, qui sensum tantum lumine vtuntur: lex vero Dei melius legitur absque hoc lumine sensu.

Psal. 18. 1.

g Ps. 18. 9. Lex mundi laboriosa, lex vero Dei facilis, & inuicanda.

h Ps. 93. 20

Io. Chrysol.

Congruit autem optime hoc loco istud impressio- nis vocabulum, cum subindicet nobis, quando Christus ab anima exposcit, vt ponatur ab ea super cor veluti signaculum, quo imprimatur lex Dei: id pariter exposcere, vt studeat idem cor suum ei exhibere purum instar chartæ candidæ; alioquin enim impressio prædicta fieri minime posset. Ex eodem quoque impressio- nis vocabulo præclarum colligere nobis licet discrimen legis Dei, atque legis huius mundi, quæ ambe in hominum cordibus imprimi solent. Nam lex Dei pro signaculo proprio habet Christum veram lucem, qui est & primum ipsius exemplar; atque adeo non atramento, vel colore alio imprimitur, sed luce, vt iam explicatum est: At vero lex mundi pro signa- culo proprio ipsum habet mundum, quem tenebras appellauit Apostolus, vbi ait; *e Aduersus mundi rectores tenebrarum harum.* & cum f aëreo spiritus appellauit potestates tenebrarum harum; atque adeo nigerrimo fit atramento. Ex quo aliud consequitur discrimen, vt lex mundi ab ijs duntaxat legatur, qui sensuum lumi- ne eam humano cordi impressam intueantur; sicut impressio litterarum, quæ atramento facta sit, per sen- sibile duntaxat lumen, atque per sensus legitur; tan- tum enim abest, vt ea quid conferat lucis, vt frequen- ter etiam legētibus tenebras afferat cæcitatibus: E con- tra lex Dei tunc melius legitur cordi impressa, cum sensuum lumine minime inspicitur; cum enim sit luce impressa, tunc melius legitur, cum sensuum ad sint tenebræ, prout & de ea impressione, quæ per fulgentiam sidera cælis facta est, quæ *celi ipsi enarrant gloriam Dei*, dicere opere peritum est: tantumque abest, vt hæc legis Dei impressio legentium obcæcet oculos, et- iam si illi numquam ab ipsa amoueantur, vt eos potius illuminet, iuxta illud Psal. *g Præceptum Domini lu- cidum, illuminans oculos.* Est denique & tertium discrimen, quod lex mundi, quæ atramento, vt dictum est, imprimitur, maximis laboribus opus habet, vt im- pressa exhibeatur: sicut & impressio ipsa atramenti, quæ tunc in plurimis fit, ac sub durissimo prælo. Vnde David in Psal. 93. *b Deum alloquens, ait: Num- quid adhaeret tibi sedes iniquitatis, qui singis laborem in præ- cepto? id est, Numquid aliquid tibi commune est cum throno, quo durissime, & iniquissime imperat mundus iste, qui totus in maligno positus est, vt & tu con- das legem laboriosam, & duram? (Aut secundum Ioan. Chrysostrum aliosue Græcos,) qui scilicet mundus, & sceleratorum hominum thronus fingit, formatque laboriosa loco statuti, & legis: cum è con-*

A tra lex Dei facillimo negotio cordi nostro imprima- tur: i est namque *iugum suauis, & onus leue*; sicut facile, vt facile fit aëris illuminatio, imprimatur: Cum enim luce, vt pariter dictum est, imprimatur, vt primum lucis signaculum Christum animarum sponsum super cor nostrum ponimus, illico fit eius impressio: atque etiam tamdiu impressio eadem perseuerat, quamdiu idem super cor nostrum persistit signaculum: opus enim habet iugi adhesionem signaculi, & Christi. Quia vero haud sat est, vt legem Dei quis custoditam ser- uet in corde, nisi & extrinsecus pariter eandem cus- toditam ostendat in operatione, prout de Beato illo viro in Psal. 1. nedum dictum est, *k In lege Domini vo- luntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte*: Sed, vt ostensionem operationum eius secundum eandem legem intelligeremus, adiectum est: *l Et erit tanquam lignum quod plantatum est secundum decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo*: non alium certe fru- ctum quam fructus lucis, de quibus Apostolus Pau- lus: *m Fructus lucis est in bonitate, & iustitia, & veritate*: quæ enim aduersus legem Dei sunt opera, n merito ab eodem Apostolo opera vocabantur, & infructuosa, & tenebrarum. Ideo sponfus, qui signaculum legis est, & lucis, atque vt tale super cor sponse poni po- poscit, consequenter addidit: *vt signaculum super bra- chium tuum, scilicet pone me: quod idem est, atque il- lud, quod in Euangelio ipsemet alijs expressit verbis ijs: Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est.*

1 Mat. 23. 30.

Lex Dei per operum ostensionem exhibenda est impressa super brachium nostrum.

k Psal. 1. 2.

l Psal. 1. 3.

m Eph. 5. 9. n Eph. 5. 11.

Verf. VI. cap. VIII. Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum.

EXPOSITIO IV.

De tertia Sponfa, quæ est B. V. Maria.

Q uomodo Gloriosa Virgo Christum cum in hoc sæculo degeret, super cor positum habuerit, sat ex ijs constare potest Euangelij verbis: *a Maria autem conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo, quæ sapius in superioribus à nobis tacta fuerent.* Quomodo vero positum pariter vt signaculum super brachium suum eundem gestarit, sat obuix quæque illius imagines nobis id persuadent, quas tum ab antiquis, tum à recentioribus vbi que ob oculos habemus propositas, in vlnis filium ipsum, sponsumque suum baiulantes. Porro, quia quamdiu in hac vita persistit Virgo Be- nedicta, vt doloris signaculum illum, & in corde ha- buit iugiter, & in brachio, siue cum paruulo ad bra- chium gestabat, vt signum, b cui iuxta Symeonis Pro- phetiam contradicendum erat: siue cum eundem inter brachia tenuit mortuum è cruce depositum: siue cum iugibus eius cor perfoderetur puncturis gladij illius, de quo per eundem Symeonem sibi dictum ac- ceperat: *c Tuam ipsius animam pertransibit gladius: ita vt propterea & in hoc Cantico ipsamet hæc exponens dixerit: d Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi: inter vbera mea, id est super cor meum, commorabitur.* Et: *e Manus meæ distillauerunt myrrham.* Ideo congruum quoque fuit vt iam ex illa lacrymarum valle divedens, cum in cælum progredederet, innixa super dilectum suum (vt visum est supra) Christus ipse eius dilectus totum se eidem tribuerit vt signaculum, quousque ad celsis- simum cælorum thronum peringere posset, eo que penetrare, vbi per Euæ matris eius corruptionem fortissimis feris, atque signaculis aditus omnes fue- rant ob signati. Dicit autem ei, *Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum*: quia tunc in hanc formam illi innixa, cælos scanderet: vt

15 Maria Christi parvulus posuit super cor, & super brachium vt signaculum. Luc. 2. 19.

Maria posuit Christum super cor, & super brachium vt signaculum doloris. b Luc. 2. 34.

c Luc. 2. 35.

d Cant. 1. 1. e Cant. 5. 5.

Maria in cælum ascen- dens Christo innixa, eum habuit vt si- gnaculum aduersus si- gnacula, qui- bus aditus paradisi ob- signati erant.

H h h h j ei simi-

ei similis sit locutio, qua sponsus teneram ad thalamū deducens dilectam tibi innitentem in hunc modum blande illam alloquitur. Innitere super me, innitens- que pone me super cor, & super brachium tuum: instar signaculi tibi ero, quo viso à custodibus ædium nostrarum penetralia adibus vniuersa.

Verum magis ad rem nostram erit, magisque & antecedentibus, & subsequētibz consonum, si dicamus, his verbis cœlestem sponsam alludere ad morem illum Principibus magnis consuetum, quo cum cuiusdam summum exhibere volūt dilectionis, & confidentiæ indicium, suum illi prædent signaculum, quo rata, validaque reddantur quæcumque vel ad gratiam spectant, vel ad iustitiam. Sicut enim nullo isto maius à Rege exhibere potest amoris specimen, quo vna cum signaculo & Regiam pariter dignitatem, & auctoritatem largiti videtur, quibus nihil habet charius, nihil præstantius: Ita & Christus Rex ille pacificus, sponsusque cœlestis, postquam in præcedenti versu B. Virgini significauit, se tunc maxime ipsam ad preces pro Iudæo populo fundendas suscitasse, cum super crucis throno tamquam Rex Iudæorum esset affixus, cum & illa sub arbore mali iuxta crucem staret, vbi eius mater corrupta & violata fuit Synagoga: Nunc vterius procedens, eo inquit suam erga ipsam processisse dilectionem, vt sicut illa particeps passionis suæ sub arbore exitit mali: ita ipse vicissim eandem participem reddiderit dignitatis, & auctoritatis Regiæ: seipsum ei largiens vt signaculum eorum omnium, quæ vel Dei conspectum adire merentur, vel è cœlesti regno ab omnipotente ipso Deo profluunt. Siue quæ ad iustitiam spectant, siue quæ gratiam concernunt, benignitatem, & misericordiam: vt conscia diuinorum secretorum effecta & ea, quæ è corde ipsius prodeunt desideria, precesque, & supplicationes, robur id omne habeant, quod ipsamet Dei voluntas haberet: & brachium pariter defensionis, quo dilectos suos tutari satagit, vires fere easdem habeat, quas habet & brachium ipsius Dei.

Simile.

Maria à Christo Rege facta pariter dignitatis ac potestatis Dei cum in se ipsum ei dederit vt Patris signaculum.

Actum est: Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. a Luc. 9. 23.

Theodoritus per animæ cor vim contemplatiuam accipiens, per brachium vero actiuam, Vult, ait, Saluator noster, vt eum pro signaculo in contemplationibus, & in actionibus nostris habeamus, & notam ipsius in omnibus tum dictis, tum factis imprimeremus; Sic enim erunt vt numismata Regia non adulterina, sed regiam imaginem præferentia.

Theodorit. Imago Christi & in contemplationibus & in actionibus nostris esse debet impressa.

Eadem fere & Tres Patres, licet & alterum quodque indicent sensum, quem iam iam afferam: ita enim hæc reddunt. In me exemplari per maneto, mente seruans imaginem per veram contemplationem, & desiderium mei: vt autem, qua ad agendum vales, similitudinem seruans per actionem minime simulatam, ardentemque declinationem à malo: Sic enim ipse quoque in te manebo, tuasque vt signaculum, tum intelligendi, tum agendi potentias à rerum fragilium, & caducarum affectionibus integras conferuabo.

Tres Patres.

Ad eundem primum sensum referenda sunt, quæ dicuntur à Gregorio Papa, & ab Aponio. Signum sancta mens interius, & exterius portat, ait Gregorius, quia dum eius meditationibus assidue laborat, in exteriori actione eum imitari non cessat, quo eius dilecta esse dubitari non debeat.

Greg. Papa.

Secundum Aponium vero idem est, ac si Christo dicatur: Habe me in corde vt symbolum militibus à Duce traditum, quo amicos ab inimicis agnoscas: habe, vt signum in brachio, quo prohibeatur gladius commilitonis. Addit tamen Aponius, in his etiam verbis significari, frustra sibi plaudere animam, si Christum non crediderit Dei sapientiam, quod est signaculum cordis, & Dei virtutem, quod est inuictum brachij signaculum. Quem sensum affert & Beda.

Aponius. Vt militiæ symbolum, & signum habentis à nobis Christus.

Beda.

Secundo sensu principali vocabulum, signaculi, refertur ad munimen; quia signaculo obfirmari solent, quæ tuto seruanda sint. Hoc sensu Hieronymus ad ad finem epist. 22. ad Eustochium, ait: Quotiescunque te vana saculi delectauerit ambitio, quoties in mundo videris aliquid gloriosum, ad paradysum mente transgredere; esse incipe, quod futura es, & audies à sponsulo tuo: Pone me sicut umbraculum in corde tuo, sicut signaculum in brachio tuo: & corpore pariter & mente munita clamabis, & dices: b Aqua multa non poterunt b Can. 6. 7. extinguere charitatem, & flumina non operient eam.

Christus hæc bndus pro munimine nostro. Hierony.

Clarius autem Gregorius Papa lib. 29. moral. c. 4. Idcirco, ait, signaculum rebus ponitur; ne qua diripientium presumptione temerentur. Sponsus ergo in corde signaculum ponitur, quando fidei eius mysterium in custodiam nostræ cognitionis imprimitur, & aduersarius noster, cum signata fide corda considerat, tentando ea irrumpere non præsumat.

Gregorius Papa.

Alio modo Beda, Dominus noster ponendus est, inquit, vt signaculum super cor nostrum, & signaculum super brachium nostrum; vt cuncta, quæ in carne gessit, vel dixit, arcana esse, & cœlestia nouerimus.

Beda.

Et alia pariter ratione Anselmus: Pone me regentem cor tuum, & cogitationes tuas: vt pateat amicis, te continere mea secreta: & inimicis item pateat, ab eis secreta, quæ habes, esse clausa: habeasque me vt rectorem in omnibus operibus tuis.

Anselmus.

Tertio sensu principali idem signaculi nomen pro annulo sumitur, atque pro signo memoriæ, quale deferri solet in digito, aut in brachio: vt Christus ab Ecclesia, seu ab anima hoc petat, vt ipsum iugiter in corde, ac cogitationibus per fidem habeat, necnon & in brachio per dignam operationem: vtue eius memoriam semper habeamus, ac recte in illum credentes, fidem ipsam bonis operibus exornemus. Ita Cassiodorus, Beda, & Iustus Orgelitanus, indicatque Bernardus sermon. 15. in Cant.

Christus & in corde & in oratione habendus vt signum iugis memoriæ.

Cassiodor. Beda.

Præter tres istos est & sensus Ruperti Abbatis, qui haud sponso sed sponsæ hæc tribuens, per Christi cor sacras intelligit scripturas; per brachium mirabilia eius opera narrata in iisdem scripturis: vt Ecclesia, aut

Iust. Org. Bernard. Rup. Abb. Scripturæ sanctæ sunt cor Christi,

Verf. VI. cap. VIII. Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum.

Appendix Expositionum, Ex antiquis Patribz collecta.

16 Paraphrasis Chaldaica. Dicent filij Israel in die illa Domino suo: obsecro te, pone nos sicut sculpturam annuli super cor tuum, & sicut sculpturam annuli super brachium tuum, vt non addamus vltra esse exules.

Dei imago & intrinsecus & extrinsecus seruanda, & exhibenda.

Veteres, quotquot vidi Patres, vno excepto Rup. Abbate, sponso hæc tribuunt, & Christo Domino: Multiplices autē eorū sensus ad tres reduci possunt præcipuos iuxta triplicem signaculi operationem, & acceptionem. Qui communior est, nititur in eo signaculi effectu, quo sui imprimit characterem, & in eiusdem acceptione pro imagine, & caractere ipso impresso: ac si dicatur: Tene imaginem meam super cor, & super brachium tuum, vt exhibeas te mihi similem, & in passione, & in omnibus alijs, & intrinsecus in cogitationibus, & extrinsecus in operationibus: & ex operibus tuis amici intelligant, te esse mihi similem; & inimici ab eorum moribus te videant alienum. Ita fere Anselmus, sæpiusque Ambrosius in Psal. 118. ferm. 15. verf. 5. & ferm. 22. verf. 8. lib. de Isaac cap. 8. lib. de initiand. myster. cap. 7. lib. 6. de sacram. cap. 2. lib. de instit. Virg. cap. 17. & epist. 12. ad Irenæum.

Anselmus. Ambros. Christi crucifixi imaginem in nobis exhibere debemus. Philo Carp.

Ad peculiarem Christi crucifixi imaginem, & imitationem refert hæc ipsa eodem sensu Philo Carpathius, vt simile quid sit ei, quod alias à Domino di-

quas tuatur
Ecclesia vt
signaculum.
pia anima ab ipsomet Christo poscat , vt ponat eam
vt signaculum defensionum predictorum : & tantum-
dem sit, ac si dicat : Confidat in me *cor tuum*, roboretur
ex adiutorio meo *brachium tuum*, sicut imperiale
signum contra Iudæos, Paganos, & Hæreticos.

A istud inferni, & Hebræa vox חַיִּטּוּ fceol fumatur
aliquando in sacris litteris pro sepulchro : Est enim
grauissima de hac re dissensio inter sacrarum litterarum
peritos. At saniori, vt dictum est inhærens sententia,
quæ communis fere omnium sanctorum est Patrum, pro loco poenarum illud accipio : vt sponsus
ad amplificandam, quoad fieri poterat, amoris, &
charitatis vim, & tenacitatem, tres allumpserit simi-
litudines rerum earum quæ communi hominum
consensu validissimæ habentur, mortis, inferni, atque
ignis vehementis : quæue in eo in primis suum exhibeant
roborem, vt nulli rei cedentes, tenacissime id seruent,
quod obrinuerint. Id quod aperte significat epithetum
dura, indicatque quod adiectum est ad similitudinem
ignis. *Aquæ multe non poterunt extinguere charitatem.*
Sc. Vnde apparet, & primum epithetum *fortis*, eodem
sensu sumendum, prout apte illud sumpsit Symmachus,
cum vertit, *ἀναραυδύτης* in *inexpugnabilis*. Sicut autem
hæc mihi sunt certa, ita & illud est certissimum, vt
æmulationis, ac zeli nomen in bonum hoc loco fumatur :
ita vt ex eo haud quippiam prauæ suspitionis de labe
vlla in puritate amoris argui, aut inferri possit. Tame-
si non ignorem, aliter alios sensisse, & in primis Aloysium
Legionensem, qui arbitratu est, dilectum verbis hæc monere
sponsam, gaudio se efferentem, ne quid suo erga ipsum
amore indignum aliquando committat: eique amandi
leges præscribere hoc potissimum loco, atque tempore,
quando (vt ex superioribus constat) ipsorum mutuus amor
ad summum peruenerat : Ac si dicat : Si meus erga te amor
eatenus tibi charus est, ac esse debet, caueto, ne labe aliqua
fidem, qua mihi es obstricta, commacules, aut amorem
imminuas, quo me hæctenus es persecuta. Volo, vt me
semper gestes in oculis, de me vno cogites : Etenim ipse
amo te ardentissima charitate. Amore autem huicemodi
vt nihil est vehementius : ita nihil est ad quamuis minimas
offensiones magis irritabile. Irritatus porro gignit
suspiciones grauissimas ; adeo vt infernus ipse, ipsaque
mors præ eis flocci facienda sit.

Ex Verf. VI. cap. VIII. Quia fortis est
vt mors dilectio: dura sicut infernus
æmulatio.

EXPOSITIO I.

Iuxta sonum litteræ.

18 S At plane ex adhibita causali particula constat id,
in quo Expositores omnes conueniunt, allatam in
his rationem in maiorem præcedentis petitionis per-
suasione. Et quidem, etsi non desint, qui vt verba
sponsæ hæc necessario sumunt, cum eidem & præce-
dentia tribuerim : ipse tamen non ambigo sponsi potius
illa esse sicut & superiora. Illud vero aliquid mihi
ingerit difficultatis, atque adeo quæ dubitationis quod
de dilectione, & multo magis quod de æmulatione
asseritur: cum nullum adiectum sit pronomen, ex quo
colligi possit de cuiusnam dilectione, & æmulatione
hic verba fiant, & de quo æmulationis genere. Est
enim duplex æmulatio, seu duplex zelus, vterque
de vehementi confurgens amore. Altera æmulatio bona
que proprie est vehemens amor ille, cui adiunctus
sit impetus, seu studium vlciscendi iniuriam amato
illatam, & (vt vno verbo dicam) charitas, quæ ferre
nequeat malum in amato : & reducitur potius ad
perfectiorem amorem, qui dicitur amicitia, & vult
bonum amato, quam ad amorem concupiscentiæ,
qui non tam amati vult bonum, quam amantis : qua
æmulatione & zelo sæpius exaruisse legimus sanctos
quosque : ita vt Elias aliquando dixerit : *o zelo zelatus
sum pro Domino exercituum*. Altera vero æmulatio haud
adeo bona ea est, quæ & ipsa vehemens est amor cum
adiuncto simili impetu vlciscendi iniuriam: in hoc
tamen à prima differt, quod impetus iste eius, cum
nitatur in imperfectiori amore concupiscentiæ, directus
magis est ad vlciscendam iniuriã eiusdem amantis,
quam amati: ideoque zelus, atque æmulatio hæc, cum
nimio studio malum in æmulante ipso, atque zeloty-
po ferre nequeat, damnatur sæpius nedum apud
profanos, sed & in sacris litteris, iuxta illud Ecclesiast.
a Dolor cordis est luctus, mulier zelotypa : In muliere
zelotypa flagellum lingue omnibus communicans: quatenus
mulier, in qua talis est æmulatio, lingua sua assidue
flagellat, & affligit virum suum querimonijs, ita vt in
omnibus, quæ ab eo aguntur, semper querula sit, omnibus-
que hominibus suas aduersus illum exponat querelas.
Denique & vocabulum inferni auget præsentis loci
difficultatem: cum incertum sit, an vere pro ipso
sumendum sit inferno, vt communior, & sanior Ex-
positorum pars tenet : an vero sumendum idem sit
non tam pro loco illo poenarum, quam pro sepulchro,
& loco, in quem conduuntur cadauera : quod fere
communitè asseritur ab Hebræis, quos libenter
sequuntur Hæretici : quamuis non desint & plerique
etiam Catholicorum, qui id ipsum sentiant, inter
quos Theodoritus quoque annumerari potest, qui item
pro morte idem sumit vocabulum, ac si vna duntaxat
similitudo sit in vtraque parte.
Non est præsentis loci disputare, an vocabulum

C
D
E
His suppositis, cum adhuc incertum sit, de cuius-
nam amore hic verba fiant, sponsine, an sponsæ:
cumque illud vnum sit certissimum, Salomonem in
hæc omnes intendisse neruos, vt inexplicabiles,
quoad tamen fieri posset, explicaret charitatis vires :
tripliciter exponi hæc possunt : ac sicut nihil prohibet,
quin & de amore ipsiusmet sponsi ea dicta sumantur,
& de amore sponsæ, & etiam de amore in genere,
qui sic celebretur, quomodo & in libro Proverb. & in
lib. Sapient. & in lib. Eccles. sapientiam in genere
sæpius celebratam videre est : ita nil prohibet, quin
triplicem pariter eorumdem afferamus sensum.

Primus
sensus.
Primo enim, si de sponsi amore hæc accipiantur,
congruentissimam simul, & efficacissimam idemmet
sponsus affert in his rationem, qua id iure à sponsa
eflagitasse significet, quod in præcedenti sententia ab
illa poscit, cum dixit. *Pone me vt signaculum super
cor tuum*, Sc. quando quidem ipse ita illam diligeret,
vt nulla vi eam à suo diuelli patiatur corde, vel oculis.
Et eadem ratione efficacissimo medio id ipsum ei
persuadet, cum exploratum sit, aliasue à nobis probatum,
amoris nullam efficaciorē posse assignari causam,
quam ipsummet amantis amorem. Porro adhibitis
similitudinibus, & id tandem efficit in hac ratione, vt
simul quoque præbeat illi modum, quo diligi ab illa
velit, positus vt signaculum super ipsius cor atque
brachium: Æque est autem, ac si dicat.

Debes autem me instar signaculi habere charum,
Paraphra-
cordique tuo instar signaculi habere impressum, at-
que in cunctis etiam operibus tuis habere ob oculos,
vt vnicum dilectum tuum, cum & ipse pari ratione
vt charissimam, maximeque dilectam meam ita in-
delebiliter te meo impressam habeam cordi, vt nulla
H h h h iij vi,

Æmulatio
et zelus du-
plex.

e 3. Reg. 19
20.

a Eccl. 26. 8

Inferni vo-
cabulum, quid
significet, di-
ci comparatur
æmulatio.

Theodor.

Legiones sit
sensus.

19

Primus
sensus.

vi, nullaque ratione diuelli ab eo queas: Est enim erga te mea dilectio fortis æque ac mors, cum æque ac mors nulli cedat rei: quin adeo ingens tui vlciscendi, ac defendendi meus est affectus; vt præ tenacitate ipsi non cedat inferno, qui quod semel apprehenderit, nulla vi à se finit auferri: Vel alio modo.

Paraphra-
sis.

Quia & ipse ita te vt signaculum habeo super cor, ac super brachium meum; ita te impressam in corde meo habeo, & in vniuersis operibus meis, vt præ tui dilectione mortuus in me sim, adeoque pro tui defensione, & cura sim sollicitus, quo iugibus tibi opem feram auxilijs, nouisque semper operibus meum tibi, alijsue vniuersis patefaciam amoris ardorem, vt præ sollicitudine ipsa duris inferni cruciatibus videar pressus.

Secundus
sensus.

Secundo, si de sponsæ potius dilectione, & æmulatione hæc dicta sumantur, aliam idemmet sponsus prædictorum hic affert rationem innixam facilitati eorum: sicut iuxta secundum istum sensum, quod hic dicitur, tale est.

Paraphra-
sis.

Neque vero difficile tibi id erit, vt ponas me vt signaculum super cor, & super brachium tuum, iugique me verians memoria, vt vnicum dilectum tuum, iugique sollicitudine ea operari satagens, quæ vel mihi censeas grata, vel pro defensione dilectionis meæ æstimes necessaria: quia eamet dilectio, qua me prosequeris, id in te effecit, vt transformata in me, mortua iam sis in te met. Quin & tanta tua est sollicitudo, qua ex eiusdem dilectionis vehementia, perpetuaque æmulatione amoris, honorisue mei extrinsecus angeris; vt non vereat libere asserere, æmulationem istam tuam duram tibi esse instar inferni, cui nihil in ipsa cedit duritie.

Amor similis
morti, &
quomodo oc-
cidat.

Vt prima mortis similitudo absque hyperbole allata sit ad asserendum id, quod communi & antiquorum Philosophorum & Theologorum dicitur effatu, Animam eius, qui diligit, esse magis, vbi amat, quam vbi animat: de quo sapius in nostris hæc commentarijs.

Secunda vero similitudo inferni sit hyperbolica, summa energia vim exprimens æmulationis sponsæ, qua iugiter pro suo sollicita est dilecto.

Tertius

sensus.
Amor riualem ferre
non potest.

Tertio denique, si de dilectione, & æmulatione, ac zelo in genere hæc verba fieri velimus, tertiam præallatæ suæ petitionis idem sponsus assignabit rationem, per quam sponsa de eorum necessitate reddatur certior. Ratio autem ista in eo nititur, quod amor ex sui natura duos simul compati nequeat riuales: Æque enim est, ac si ipsemet sponsus dicat.

Paraphra-
sis.

Me vnum, vt vnum duntaxat signaculum, vnumque dilectum tuo condas corde, mihi que vni opere te exhibeas dilectam: quia amor eius est naturæ, vt fortissimus sit ad riualem quemlibet comprimendum. Ac sicut mors nulli parcat, ita nec ipse cuiquam indulget; estque instar inferni inflexibilis. Colligitur istius sensus veritas ex altero loco eiusdemmet Salomonis, qui in fine cap. sexti libri Prouerborum loquens de adultero, exprimensque, quomodo is ferri nequeat ab eo, qui vnus est mulieris vir, atque dilectus, hæc habet: *a* Qui autem adulter est, propter cordis inopiam perdet animam suam: turpitudinem, & ignominiam congregat sibi: & opprobrium illius non delebitur. Explicans autem apertius hæc omnia, simulque eorum afferens rationem, adjicit: *Quia zelus, & furor viri non parcat in die vindicte, nec acquiescet cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima.* Quibus sane postremis verbis quasi egregia paraphrasi ea exponuntur, quæ duabus similitudinibus mortis, atque inferni à sponso hic dicta habemus. Quin ex eodem loco colligere quoquo modo possumus, hæc à sponso dicta pro ijs, qui ad stabant eius sodalibus, quosue supra in vers. 4. dilectæ suæ pulchritudinem admiratos audierat, non quod aliqua de sponsa ipsa ei suboriri potuerit suspicio, quam toties in præcedentibus, atque in isto vlti-

a Pro. 6. 32.

mo in primis Actu, vniuersum ipsa vni amorem suum feruare perceperat.

Ex Vers. VI. cap. VIII. *Quia fortis est vt mors dilectio: dura sicut infernus æmulatione.*

EXPOSITIO II.

De prima Sponsa, quæ est Ecclesia sancta.

Si id maxime Deo est in optatis, vt à tota Ecclesia vnicus habeatur dilectus, cui adscripta ferantur vniuersa, quæ in ipsa sunt, bona vel doctrinæ, vel morum: ita vt propterea ab illa poni se super cor, ac super brachium, & poni vt signaculum, atque annulum signatorum, efflagitarit, quo illi ea omnia custodita turissime feruantur: Admodum congruenter modo efficacissimum eidem Ecclesiæ proponit motiuum, quò ad id absque vlla resistantia impelli ea debeat: quia ipse solus ita eam dilexerit, vt dilectioni suæ nihil passus sit obistere, quomodo nec morti obistere quicquam potest. Quod quam verum sit, explicatur per optime ab Apostolo verbis hæc: *b* Commendat Deus

20
Primus
sensus.

charitatem suam: quoniam, cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Multo igitur magis nunc iustificati in sanguine ipsius salui erimus ab ira per ipsum. Enimvero si quid est, quod Dei dilectioni erga Ecclesiam obistere possit, peccatum certe est quam maxime. Quod si nec peccatum ipsum ei obstat, quis ambigat, recte illam dictam esse fortem vt mortem? Atque adeo bene dicebat Paulus: *c* Commendat Deus

b Rom. 5. 8.

Charitas
Dei nihil
obstare po-
tuit, ideo di-
cta fortis vt
mors.

c Rom. 5. 8.

charitatem suam, id est palam facit, & manifeste ostendit vim charitatis suæ, quodue in eiusdem charitatis fortitudine exprimens nulla aptior adhiberi queat similitudo, quam fortitudinis mortis, quam nil est, quod valeat impedire. Hinc factum est, vt nec mors ipsa, quæ peccato debebatur, eandem Dei charitatem demorari potuerit: quandoquidem cum adhuc peccatores essemus, ait Apostolus, ita vt & peccatis nostris, & mortis sententia Dei charitatem impedire debuissimus, tantum abest, vt eam impediuerimus, vt maiores potius illi dederimus vires, quibus mortem ipsam subire fecerit Deum carne indutum: quin & inexpugnabilem mortem eandem deuicerit, quando

Charitas
morti subie-
cit Deum.

d Eph. 5. 2 5.

(vt per eundem Apostolum dicitur) *d* Christus dilexit Ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea, nimirum in mortem, vt eandem Ecclesiam sanctificaret, mundans eam lavacro aque in verbo vite. Porro per id, quod ab eodemmet Deo, qui tam valide dilexit Ecclesiam, eidem Ecclesiæ hic dicitur, *Dura sicut infernus æmulatione*, duo præclara significantur. Primum est, vt Dei æmulatione, vehemensque affectus Ecclesiam defendendi ob ingentem duritiem, & tenacitatem, atque soliditatem non modo tenacissimo rerum omnium non cedat inferno, à quo numquam dimittuntur, quos in se susceperit: verum, quemadmodum in præcedentibus verbis, ita fortis dicta est eiusdem Dei dilectio, sicut & mors, vt & morti ipsi in eadem præclara sit fortitudine: eadem ratione in hac inferni similitudine ita duritiem, validissimamque soliditatem æmulationis suæ, studijque ardentis tuendi Ecclesiam, duritici Deus assimilat inferni, vt & inferno ipso illam in eadem præferat duritie. Quod factò ostensum est: quandoquidem ipsa eius æmulatione Deum impulit, vt & infernum ipsum durissimum adierit, eiusue soluerit dolores, ne dum carnem suam ab eius eruens corruptione, vt Petrus Apostolus ijs contestatus est verbis: *a* Quem Deus suscitauit, Christum scilicet filium suum, soluitis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat, teneri illum ab eo,

Æmulatione
Dei erga Ec-
clesiam du-
rior ipso in-
ferno.

Charitas
Dei supera-
uit infernum,
cum in illum
Christus de-
scendit.

a 2. ad. 2. 24.

asserente

b Pf. 15. 20. *asserente David b in illius persona: Non delinques animam A meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptione:*

c Ose. 13. 14. *Ero mors tua, o mors, morsus tuus ero, inferne: per qua designat, charitatem emulationemque suam in Ecclesiam tantum in fortitudine excelluisse, atque in duritie, & soliditate, vt pra fortitudine fortissimam rerum omnium occiderit mortem, quando pro hominum salute eidem se subiecit; & pra duritie durissimum pariter deuicerit infernum: quippe qui morderi ab illo permisit, sed, cum morfu illo penetrari & teneri ab illo nequiuerit, vt ipso admodum durior, ab eius fauibus & eos eripuit Ecclesiae sanctos: qui ab illo deuorati iam fuerant. Quod si quis & id pariter ostendi sibi velit, quomodo Dei erga Ecclesiam emulatio inferno extiterit durior, nedum quoad illam eius partem, in qua sancti ante Christi aduentum detinebantur, quamve alio nomine Limbum appellamus: verum etiam quoad partem illam, qua alio nomine dicitur infernus inferior, in quo est maxima illius durities, cum in eo nulla sit redemptio: hoc pariter ex dictis a Redemptore nostro ad Beatum Petrum Ecclesiae caput sat euidenter probare possumus. Quid enim sibi volunt ea verba, d Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, & portae inferi non praeualebunt aduersus eam, nisi adeo solide super te durissimam petram aedificabo Ecclesiam meam, vt nec infernus ipse, qui rerum omnium est durissimus, ei resistere valeat? Quantumuis enim duras, & impenetrabiles habeat portas, tibi tamen obistere ea nequibunt, vt tuam impediant sententiam, qua quempiam ad illum destinatum ligaueris. Siquidem ex mea, qua pro te sollicitus sum, quae ue tutor emulatione, qua dura est sicut infernus. Tibi dabo clauas Regni caelorum: & quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis, id est, sententia tua, qua aliquem ligaueris super terram, tradens illum satanae, & ni eum poenituerit, etiam inferno eundem condemnas, rata erit & apud me in caelis: adeoque firma, dura, atque tenax, vt ne durissimi inferni portae obistere ei valeant, quin ad tui iustum damnatos admittant.*

Emulatio Dei in Ecclesiam durior inferno inferior.

a Matt. 16. 18. *Ecclesia inferno est potentior.*

Zelotus & Emulatio nomen in Deo summa eius indicat bonitatem.

Deus, cum punit peccatorem, quodammodo inferni doloribus afficit dicitur.

e Iere. 31. 20.

Alterum, quod per eadem verba, *Dura sicut infernus emulatio*, significari dicebam, &c. ex altera desumitur significatione istarum vocum. *Dura*, & *Emulatio*: Na si emulationis nomine designatum sumptimus ardens Dei studiū tuendi Ecclesiae, quo illius puritatem illibatam seruare satagens, acriter eos castigat, quos illi idololatriae, haereticis, scelerumque aliorum maculas inure animaduertit, & adiectiuum *dura* pro dolorum grauitate, & duritie designanda positum acceperimus: praclarissimum bonitatis Dei in hisce subindicatum aduerrere est encomium, quippe qui, cum aliquando zelotem, & emulatorem se exhibere cogitur, zelans Ecclesiam dilectam suam; ac propterea illos punire contendens, qui sceleribus eam deturpant, dolores ita in seipso sentiat graues, vt ipsis inferni doloribus comparari queant. Non quod vere Deus aliquo afficiatur dolore, sed quod castigatio illa ita ab eius natura, & bonitate sit aliena, vt si instar hominis dolore concuti is posset; ob istiusmodi emulationem dolore cruciaretur tali, qui durissimis affimulari posset doloribus inferni, eo ipso modo, quo Antropopathas apud Ieremiam, ipsem dixit: *e Ex quo locutus sum de eo, vt scilicet illum punirem, adhuc recordabor eius: idcirco conturbata sunt viscera mea super eum.*

Ex Verf. VI. cap. VIII. *Quia fortis est vt mors dilectio: dura sicut, &c.*

EXPOSITIO III.

De secunda Sponfa, qua est Anima Iusti.

Dilectissimus Christi discipulus Ioannes Apostolus f. *Qui non diligit, inquit, manet in morte: & Dominus Iesus in eiusdem Ioannis Euangelio ait: g Si quis sermonem meum serauerit (meminimus diligens: quia h qui non diligit me sermones meos non seruat) mortem non gustabit in aeternum: Et nihilominus idemmet Iesus piarum animarum sponsus, vt sponsa suae persuadeat, ipsum iugiter habeat vt signaculum in corde, atq; in brachio, eius imaginem impressam habens in cogitationibus desiderijsve, atque etiam in operibus suis, quo illi id persuadeat, facillimum istud futurum asserit ei, qui ardentem ipsum diligit: quandoquidem ipse dilectio quaedam mors est, cum & vim habeat separandi, quomodo & mors: Nam sicut mortis est proprium vt animam separet a corpore, idque fortitudine tanta, vt in ea separatione nullus sit, qui ei valeat obistere: ita ardenti charitati pia animae in Deum id quoque peculiariter competit, vt robore sane maximo animam ipsam a semet separatam mortuam quidem reddat in sese, sed in Deo, quem diligit, viuentem, ita vt verissime dici illa debeat, quamdiu diligit, & per ipsam, qua Deum diligit, charitatem manere in morte, iuxta illud i Apostoli: *Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in gloria.* Bene in gloria: quia viuens in Christo eam ipsam gustat mortem, qua in se mortua est: vt propter gustum istiusmodi audacter cum eodem Apostolo dicat: *Mibi uiuere Christus est, & mors lucrum.* Ex quibus verbis rationem sane optimam colligere possumus, qua illud omnem diluatur difficultatis, quod ex praecitatis uel eiusdem Christi, uel dilecti eius discipuli uerbis aduersus ea, quae hic dicuntur, insurgere uidetur. Ratio enim, ob quam, qui non diligit Christum, manere dicitur in morte, ea est: quia is, qui non diligit Christum, pro Christo diligit mundum, & per dilectionem mundi imaginem in se impressam gerit eiusdem mundi, quae mortua est. Porro, cum per amorem iam is sibi mortuus sit, cum ue uiuere satagat in mundo, qui mortem affert, ita manere dicendus est in morte: vt nihil ex morte ei proueniat lucri, praeter mortem ipsam, & mortem sempiternam: quodque grauissimum illi futurum est, vt mortem ipsam gustaturus sit in aeternum gustu sane omnium amarissimo. At uero is, qui Christum diligit, Christi in se gerit imaginem, in qua est uita, tamen per charitatem mortuus sibi sit: in Christo tamen uiuit: sicue mirabili sane connexionem uitam simul habet, & mortem: mortem quidem manifestam, propter quam sicut dicitur mortuus, ita & dici potest manere in morte: uitam uero absconditam in Christo, & in eius imagine quam in se impressit, quam ue per dictam lucratum est mortem, dum eius mortis dulcedinem suo percepit gustu. Unde apparet, iam charitatem, ac mortem ita redditam esse similes, ut nedum pari ratione sint fortes, sed & sibi inuicem nomina communicent, & arma atque effectus; cum & charitas, quae uita est, mors dicta appareat: mors uero lucrum praetare dicatur, quod exhibeatur a charitate: & mors uitam afferre asseratur: charitas uero iaculis ipsius mortis uulnus inferre praedicet, iuxta illud: *a Vulnerata charitate ego sum.**

21. *Secundus sensus. f. 1. Io. 3. 14. g. 7o. 8. 52. h. Io. 14. 24.*

Charitas est mors quaedam.

i Colof. 3. 3

k Phil. 1. 22

Mundum diligit, quomodo dicatur manere in morte.

Diligit Deum habet simul uitam & mortem.

a Cant. 2. 7. iuxta Sept.

Per id, quod in secunda huius sententiae parte adicitur, *Dura sicut infernus*, nedum id ipsum magis confirmat caelestis sponsus, quod nimirum facillimum sit
H h h h iij dil-

dilectæ suæ cum ponere *super cor*, & *super brachium* ut *signaculum*, quandoquidè summa eū prosequatur & dilectione, & æmulatione, ardentique affectu, de eius sollicita sit honore: sed & simul mirum in modum hæc illius æmulatione, & sollicitudinē extollit. Enimvero per hoc, quod inferno similem eam asserit, triplicem in illam confert laudem. Primam, quod, cum quid contra Dei honorem fieri viderit, ob vehementissimos dolores, quibus afficitur, ipsa eius sollicitudo dura, acrisve sit sicut infernus: Quod & David aperit contestatur in Psal. 17. *b* *Circumdederunt me*, inquit, *dolores mortis*, & *torrentes iniquitatis conturbaverunt me*, ac si dicat: Quia iniquitas, qua Dei honor cõculcatur, instar torrentis rapidissimi per orbem terrarum inundat, conturbatus quã maxime sum; ita vt dolores mortis me circumdederint; quin & dolores, qui nedũ doloribus mortis, sed & durissimis adæquari queant doloribus inferni: ideo bene subjicit: *Dolores inferni circumdederunt me*. Laudem porro secundam in eo sitam subindicat, quod ob eamdem æmulationem ita sollicita est de dilecti sui honore; vt haud ad modicum tempus doloribus ita grauibus ex Dei offensis angatur, sed & ob continuam sollicitudinem istam doloribus angatur perpetuis; quippe qui, tametsi doloribus mortis comparari debeant propter eorum acerbitatem; ab illis tamen non occiditur, sed quasi in inferno iugi conteratur dolore: Quod enim David metaphorâ expressit comestionis, cum dixit: *Quoniam zelus domus tuæ comedit me*: per illud explicatur, quod ab eius filio Salomone in principio libri Prouerb. dicitur: *d* *Deglutamus eum sicut infernus viuentem*. Enimvero id, quod in hoc mundo comeditur, saltem per comestionem ipsam occiditur, occisoque nil reliquum est doloris: at quod infernus comedit, comeditur viuens; ita vt iugibus comestionis conteratur doloribus. Vnde sub alia metaphorâ Propheta Regius iuges hosce exprimens dolores, ait: *e* *Tabescere me fecit zelus meus, quia obliui sunt verba tua inimici mei*. &: *f* *Vidi prauaricantes, & tabesceram, quia eloquia tua non custodierunt*. Tabes quippe est febris, quæ consumit quidem, sed longo cruciatu tempore. Tertiam denique æmulationis huius piæ animæ laudem per tertiam subindicat inferni proprietatem, quam idemmet Salomon affert in lib. Prouerb. vbi infernum ipsum numerat inter quatuor, quæ asserit esse insaturabilia. Siquidem nec pia animæ æmulatio exsaturari potest accessionibus augmenti gloriæ, honoris, & altitudinis Dei dilecti sui, quæ æmulatur, & pro quibus sollicita semper est magis ac magis.

22
Zeli Dei laudes tres. Zelus honoris Dei quã acridolore crucietur sanctos.
Psal. 17. 8.

Zelo Dei estians iugi cruciatur dolore ob Dei offensas.

ad Pro 1. 11.

Psal. 118. Zelus Dei quomodo quedam tabes viro sanã.
Psal. 118. 158.
Irou. 30. 16

Zelus honoris Dei insatiabilis sicut infernus.

23
Tertius scilicet.

Charitas est fortior morte.

Charitas Deum occidit quod per se efficere nequit mors.

1. Io. 2. 16

Circa tertium literæ sensum, quo ea, quæ hic dicuntur, accipiuntur vt dicta in laudem charitatis in genere, multis philo sophari licet. Ac primo notandum, neutram allatarum similitudinum esse sufficientem, seu adæquatam intentioni cœlestis sponsi, cum altera plus explicet, quam per illam intendatur; altera vero plus, & minus.

Consideremus primo primam. Quid aliud mortis similitudine explicare voluit Spiritus sanctus, cum dixit, *Quia fortis est, vt mors dilectio*, quam quod charitas sit fortissima omnium, quæ sunt, quæve excogitare mens possit? Nam mortis tanta est fortitudo; vt nullus sit, qui resistere ei valeat, cum sic occidat leonẽ, sicut & agnum; sic elephantem, sicut & culicem; sic denique fortissimos quosque hominum, sicut & maxime debiles. Nihilominus tam ingens eiusdẽ mortis fortitudo haud adæquatur fortitudini charitatis, quæ multo est illa fortior, id quod quinque confirmari potest rationibus.

Primo, quia mortis fortitudo haud tanta vnquam extitit, vt increatum Deum vel aggredi ausa sit: at charitatis vires eo peruenere, vt nedum immortalem sint aggressæ, sed & eum, qui alioquin inuincibilis est, vicierit, & occiderit. Per hoc siquidem maximas charitatis vires arguendas, docet B. Ioa. cum in epist. sua prima, quæ tota encomium est ipsius charitatis, ait: *g* *In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animã*

A suam pro nobis posuit. id est charitatis vires in eo, quod illa in Deo effecit, cognoscemus peroptime. Quod vero potissimum charitatis viribus factum est in Deo, occisio est: Quam enim mors efficere nequit anima emissionem, ipsa effecta est charitate, propter quam vnã ille posuit animam suam pro nobis.

Secunda ratio exinde desumitur, quod quæ fortissima est mors, ab ipsa deuicta est charitate, quando simul in Christo ad singulare certamen deueneret. Siquidem tametsi primo impetu in eo certamine charitas ipsa vnã cum Christo à morte visa sit superari; attamen instar præfortis illius Ducis, qui ab aduersario in terram se primo prosterni sinens, reassumptis postmodum viribus, gladio illum confodit, & victor tandem per campum obambulat: Et ipsa tunc temporis, cum Christus in cruce emisit spiritũ, prostrata quidem visa est: reassumptis nihilominus, seu potius auctioribus exhibitis viribus, postmodum mortem ipsam penitus debellauit, iuxta illud Pauli: *a* *Absorpta est mors in victoria*: Sicut per mundi campũ victrix obambulans, eademque irridentis ait: *Vbi est mors, victoria tua? vbi est mors, stimulus tuus?* Putabas, te fortiorem me esse, qui & inuincibilem Deum superauit? Putabas, te ex me reuexisse victoriam: cum tibi aliquando cedere visa sim, quando immortalem tibi subiectum esse permisi? At vbinam est nunc ista tua victoria? vbi est nunc stimulus tuus ille peccati, quomẽ confodisse videbaris? Iam superata es: iam absorpta es in victoria, vt ad mei comparisonem debilis maxime, maximeque infirma. Tertio patet charitatem ipsa morte esse fortiorẽ ex eo, quod mors, postquam animam seiunxit à corpore, iam nihil amplius potest: at vero charitas nedum animam separat à corpore, æque ac mors: sed & (quod multo est fortius) post animæ separationem, imo per separationem ipsam arctiori illam vinculo iungit cum corpore suo. Etenim primum celsiori quadam ratione à carne separatur animam vnies eam Christo dilecto illius, adeo vt ea propterea dicat: *b* *Vno ego iam non ego, visit vero in me Christus*: Tum per hanc ipsam separationem eam multo arctius iungit cum corpore suo quam iuncta eidem fuisset ante prædictam separationem: Mirabili nãque mysterio propter validissimas eius vires ablata difficillima illa dissensione, & pugna, quæ ante separationem prædictam erat inter animam ipsam, & corpus, inter carnem, & spiritum, arctissima vnione & anima, & corpus inter se iunguntur, vincita funiculis eiusdem charitatis, quibus ita inuicem in vno colligantur Christo, vt & anima nihil aliud, quam Christum velit, & caro eidem animæ subiecta, vnum in sensibus vniersis exquirat Christum. Ideoque Paulus dum primam doleret dissensionem illam, & pugnam, propter quam infelicem se censebat, hæc magnopere exoptans, separationem, atque vnionem eorundem, ait: *c* *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* subdit, & faciendas per vnã charitatem, quam nomine gratiæ Dei appellat ob id, quod præstantissimus sit eiusdem gratiæ effectus, dicens: *Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrũ*: Ac si dicat, Ipsa duntaxat charitas vires habet, vt hæc facere queat separationem: & per hanc carnis, & spiritus separationem perfectissimo modo corpus mortis cum anima in vno vniet Iesu Christo Domino nostro.

Porro ex admirabili hac vnione quartam quoque colligere licet rationem probantem, morte fortiorem esse charitatem. Siquidem mors, separans animã à corpore, sensus quoque omnes separat, haud ob id fortior dici debet, cum seiuncta à corpore anima, per ipsius animæ abscissum ipsi corporis sensus ita sint vinciti, vt iam nil amplius supersit virium: At charitas fortissima iure proclamanda est, multoque eadem morte validior, cum post separationem animæ à corpore, vnionemque eorum in vno Christo, validissimis viribus præfortes ac liberos in corpore

Charitas mortem debellauit in Christo. Simile.

1. Cor. 15. 14. Charitas irrisit mortẽ à se superatã.

Charitas non solum separat animã à corpore vt mors sed & separat arctius eidem iungit.

Gal. 2. 2

Rom. 7. 26

Charitas fortior morte in eo quod separata anima à corpore, sensus deuincit adhuc viuentes.

pore ipso persistentes sensus deuincat, ita vt ipsos trahat secum, quodcumque ei liberit, vtiturque eis vt feruis. Post hanc quippe victoriam nec oculus quidpiam intueri, nec auris quicquam audire atterat, quod charitatis non sit obiectum: nec manus quid operis aggrediuntur, quod imperatum non sit à charitate, nec aliquid lucrantur quod ad Charitatem non referant, nec pedes pariter quoquam tendere audent, quo non impulerit charitas: sicue per charitatem in sensibus vniuersis sentit Christus eius animà dilectus; vt audacter anima ipsa cum Apostolo dicat: *d. Mihi viuere, atque adeo & sentire, Christus est.*

Phi. 1. 12.

Charitas fortior morte, cum non consumatur, nec habeat finem.

Quinta demum, & extrema ratio ex soliditate defumitur, & perpetuitate eiusdem charitatis, vt pote cuius tanta est fortitudo, vt cum à re nulla superari queat, numquam consumatur, nullumue habeat finem. Etenim mors fortissima certe est: cum viribus suis rem quamque consumat, & finem omnibus afferat: Nihilominus multo illa fortior dicenda est charitas, quam nec mors ipsa consumere valet. Mors, cum nihil altud sit, quam separatio animæ à corpore, post eum separationis actum nusquam iam est, sicue ipsidem viribus, quibus alia consumit, consumit pariter & seipsam. Sed charitas tamen per mortis vires ad tempus separetur à corpore, dum ab illo separatur & anima; haud tamen consumitur, aut finem habet: quinimo perfectior effecta, perseverat in caelo validior, iuxta illud Apostoli: *e Charitas numquam excidit, siue prophetia emacuantur, siue lingua cessabunt, siue, &c.*

1. Cor. 13.

Secunda, quæ in encomium eiusdem charitatis in genere allata est similitudo inferni, cum ob ambiguitatem adiectiui *dura*, dupliciter (vt visum est in præcedentibus) queat accipi.

24.

Charitas in nullo qui uiuat in hac vita dici potest: dura sicut infernus nisi per hyperbolelem. f. Rom. 8. 35

Vel vt per illam exprimat tenacitas durissima charitatis, eiusdemque affectus vehementissimi in amatum: hoc sensu accepta dum sermo est de charitate, & æmulatione cuiusque sancti, qui in hoc sæculo adhuc vitam degat, hyperbolica est: Nam licet qui in charitate radicans, & fundatus est instar Pauli vna cum ipso Paulo ob firmum propositum in charitate perseverandi, firmamue fiduciam in Dei ope, dicere queat: *f. Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio? an angustia? an fames? certus sum, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, &c.*

Neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro: haud tamen adhuc vere nisi per hyperbolelem ea dici potest *dura sicut infernus*, qui numquam admittit, quod apprehenderit: quia ipsa eius charitas haud ei tollit libertatē arbitrij, propter quam semper à charitate potest declinare.

Charitas beatorum dura vt infernus. Charitas Dei durior inferno.

Vnde fit vt nec certitudinem habeat quis eiusdem in se existens charitatis, præter quam vel per reuelationem, vel coniecturalem, quam habuit Paulus.

Vt tamen charitas, & æmulatio in genere charitatem, & æmulationem comprehendit Beatorum, atque etiam ipsius Dei, tunc eadem inferni similitudo haud hyperbolica est, sed adæquata quoad significatum immutabilis, & inflexibilis tenacitatis. Neque enim fieri potest, vt Beatus quis charitatem dimittat: sicut nec fieri potest vt infernus dimittat, quos comprehendit. Quinimo respectu charitatis Dei ipsamet inferni similitudo, sicut & prima similitudo mortis, deficit, nec totam exprimit eiusdem charitatis, & æmulationis duritiem, & tenacitatem: quia infernus saltem per absolutam Dei potentiam dimittere eos potest, quos apprehenderit: cum charitas nullatenus à Deo queat dimitti, cuius natura est bonitas, ipsaque charitas: vnde & verissime dicere potuit: *a In charitate perperua dilexi, addens, & diligam te.*

1. Ier. 31. 3.

25. Æmulatio & zelus honoris Dei & saluus proximi dicitur dura sicut infernus hyperbolice.

Quod si per adiectiuum, *dura*, non tam ipsa exprimat tenacitas, quam acerbitas dolorum, & cruciatum comitantium æmulationem ardensque eius charitatis studium defendendi dilectum, illiusue offensas vliscendi: tunc certe eadem inferni similitudo hyperbolice semper sumenda est, de quacumque æmulatione sit sermo: præsertim dum celebratur æmu-

latio Dei, quem nullus reuera attingere potest dolor. Estque hæc locutio, *Dura sicut infernus æmulatio*, ei similis, qua & Moyses ob ingentem, qua erga populum Israel flagrabat, charitatem, ardentissimumque studium, eundem vindicandi ab ira Dei, dixit ad Deum ipsum: *b. Ant dimitte eis hanc noxam aut dele me de libro vitæ: quæue & Paulus ob similem æmulationem ea protulit verba: c. Optabam ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis.* Ambo enim sancti isti ardentissima præditi charitate hyperbolicam istius sententiæ, *Dura sicut infernus æmulatio*, sua expressere exhibitione: quandoquidem nil in inferno magis damnatorum cruciatum animam quam deletio de libro vitæ, & separatio à Deo, quam Theologi pœnam appellant damni.

Quamuis autem dicta inferni similitudo sic hoc loco sumpta hyperbolice semper sit accipienda; haud tamen de qualibet æmulatione pari accipienda est hyperbole: Nam quoad dolorum acerbitatem æmulatio Christi erga genus humanum multo maiorem cum inferno habuit analogiam, quam vlla alia æmulatio: nam, etsi verum sit, quod à Theologis asseritur, Christi dolores dolorum omnium, qui in hac vita percipi queant, acerbissimis inferni doloribus minime æquiparandos: vere nihilominus de eius charitate, & æmulatione dici id potuit, *Dura sicut infernus æmulatio*, quatenus eius æmulatio dolores illi causauit simillimos ipsis doloribus inferni. Enimvero cum in sensibilibus inferni doloribus tria sint maxime acerba: traditio potestati dæmonum, omnium partium, singulorumque sensuum, atque potentiarum cruciatu; & priuatio omnis consolationis: eorum similitudinem & Christus, quoad fieri potuit, in sua exhibitæ æmulatione, in suis doloribus. Quod enim potestati dæmonum se subiecerit, ex illiusmet patet verbis ijs: *d. Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum:* Quod in singulis membris, sensibus, atque potentijs idem acerbissimis affectus sit doloribus, tota passionis eius exponit narratio omnium Euangelistarum: Quod denique & omni destitutus fuerit consolatione, ipse sat per ea designauit verba, quibus morti proximus dixit: *c. Deus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?* de quibus alias actum à nobis est.

Dolores Christi quodammodo duri sicut infernus.

Luc. 22. 53

Mat. 27.

Demum illud hoc loco haud prætermittendum, istud æmulationis encomium, *Dura sicut infernus æmulatio*: maxime & in ea verificari æmulatione, qua veri pœnitentes per contritionem ob id in primis de peccatis à se iam admissis dolent, quod per illa Deum offenderint, quem super omnia diligunt, cuius & offensas omni studio satagunt vindicare. Nam & contritio ipsa *dura* quodammodo est sicut infernus: quia sicut dolores inferni sunt super omnes dolores, ita & eiusdem contritionis dolor est super omnia, quatenus vniuersos excedit dolores alios, quibus dolendum esset pro qualibet alia re.

Contritio vera dici potest dura sicut infernus.

Ex Vers. VI. cap. VIII. Quia fortis est vt mors dilectio: dura sicut, &c.

EXPOSITIO IV.

De tertia Sponsa, quæ est B. Maria.

HAUD admodum laborandum nobis erit hæc exponere, si de ijs verba fiant, dilectione & æmulatione Gloriosæ Virg. quibus Christum profecuta est, dum secum in hac vita is degeret, dumque illum vt si gnaculum poneret & super cor, & super brachium; vel quâdo paruulum illum baiulauit in vlnis, vel quâdo mortuum eum in suo habuit sinu.

26. Mariæ dilectio erga Christum secum in hac vita degenem illi mortem causare apta erat.

Quod

Quod enim ipsa eius dilectio fortis extiterit, æque ac mors: ita vt ni à Deo singulari fulsa esset ope, per dilectionem neque ac per mortem necata fuisset: ea, quæ sæpius citata sunt, indicant Symeonis verba, *Tuam ipsius animam pertrāsibit gladius.* Quod vero eiusdem æmulatio, & sollicitudo pro Christo dura, acerbaque extiterit, ita vt nulla aptiori similitudine explicari debuerit, quam acerbatis inferni, sicut ijs constat, qui magnitudinem, & fortitudinem prædictæ eius dilectionis penetrare studeant. cum ea vulgata sit regula, vt amor, ac dolor æqua se habeant ratione circavnam eamdemque rem, quæ fuerit dilecta.

Inc. 2. 35.
Morie sollicitudo pro Christo dura sicut infernus.

Alius sensus. Marie Christus diuinum impertit potestatem in faciendis gratis: quomodo illa est conformata voluntati Dei, eiusdemque zelus.

Congruunt tamen peroptime, quæ hic dicuntur, si fumantur vt ratio prædictorum, *Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum,* iuxta eum sensum, quem in 4. illorum expositione ultimo loco attulimus, vt hæc locutio similis ei sit locutioni, qua Princeps dilectissimo cuipiam suum largiens signaculum, vt supra dictum est, ita illum alloqueretur: *Meum tibi trado signaculum, vnaque cum signaculo isto meo meam tibi impertio potestatem quoad gratias, & quoad iustitiam: quia fat mihi est compertum, quam à te diligar, quam ve meæ sis æmulator voluntatis: sed & id quoque mihi est exploratissimum, quanta honoris, & maiestatis meæ flagres æmulatione ac zelo.* Pari siquidem modo Rex quoque pacificus & Rex Regum Christus dilectissimæ genitrici suæ Mariæ iam in cælo regnanti diuinam impertiens potestatem, & suammet Regiam dignitatem, semet illi largiens vt Dei signaculum, quo illa preces, & desideria sua necnon & vni defendendi, ac protegendi deuotos suos ipsos vt Regio, diuinoque signaculo redderet & rata, & valida, congruentissime hæc adjicit: *Quia fortis est vt mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio: ac si dicat.*

Libentissime me tibi exhibeo signaculum Dei Patris; quinimo rogo, vt me ponas vt signaculum super ea, quæ è corde tuo procedunt, vel desideria, vel preces: & super brachium, & robur, quo tuos defendere fatigis deuotos: Quia fat noui dilectionem qua Deum prosequeris, fortem esse vt mortem: dum propter illam perfectissima ratione diuinæ conformata sis voluntati; & in te mortua, viuentque in illo, nil penitus velis nisi quod velit & ipse. Nec ignoro, quo flagres zelo honoris, & maiestatis eiusdem, cum æmulatio ipsa tua instar inferni tenacissima sit; & si regnanti in cælo dolor contingere posset, huiusmodi sane ob eadem cõcitereris dolorum acerbitate, quam summa illa sit dolorum durities, qua cruciantur, qui in infernum sunt detrusi: Vt efficacissima sit hyperbolica locutio.

Ex Verf. VI. cap. VIII. *Quia fortis est vt mors dilectio: dura sicut, &c.*

Appendix Expositionum, Ex antiquis Patribus collecta.

27 Paraphrasis Chaldaica. Quoniã fortis est vt mors dilectio deitatis tuæ, & robustus sicut gehenna zelus populorum, qui zelant nos.

Duas partes habet sententia, vtraque seunctim pertractanda. Exordiamur à 1. quæ hisce constat verbis, *Quia fortis est vt mors dilectio: eum dilectionis vocabulū duplicis sit significationis: Vel enim Dei in homines designat charitatem: Vel hominum charitatem significat, qua & Deum prosequuntur, & proximum: Si primo modo sumatur, vnus, ac facilis est Patrum sensus: vt Dei, Christive dilectio dicta sit fortis sicut mors: quatenus Christus Iesus ea exarist dilectione erga genus humanum, vt ab ipsa morti subiectus sit, quatenus dilectio morti eum fecit. Ita Ambr. lib. de Isaac ca. 8. Cassiodor. Greg. Papa, Iustus Orgelit. & Beda.*

Charitas subiect Christum morti. Ambros. Cassiodor. Greg. Papa. Iustus. Beda. Charitas cur dicta fortis sicut mors.

28

Quod si secundo modo idem sumatur dilectionis vocabulum, tunc multiplices vnus huius sententiæ, *Quia fortis est vt mors dilectio, à Patribus afferunt sensus.*

A Et quidem Augustin. in epistol. 39. ad Hieronym. tres tangit modicis hisce verbis: Merito charitas dicta est sicut mors, siue quia nemo eam vincit, sicut mortem: siue quia in hac vita est vsque ad mortem mensura charitatis, sicut Dominus ait: *Maiores charitatem nemo habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis: siue potius, quia sicut mors animam auellit à sensibus carnis, sic charitas à concupiscentijs carnalibus.* Atque ad hos tres sensus facile reducuntur, quæ varijs in locis vel ab ipso Aug. vel à ceteris Patribus dicta reperiuntur. Enimuero, quam tertio loco affert Aug. huius dicti rationem, assignant, per tractantque idemet Augustin. enarratione in ps. 121. & tractat. 65. in

August. 270. 15. 153

B Ioan. Tres Patres apud Theod. Cassiod. Greg. PP. homil. 7. in euang. & lib. 10. moral. c. 12. Beda, Hugo de S. Victor. in principio libelli de laudibus charitatis, & Ansel. Hucque spectat, quod dicitur ab Ambrosio in lib. de Isaac c. 8. charitatem fortem dici sicut mortem: quia sicut mors est finis peccatorum; ita & charitas: quoniam qui diligit, peccare desinit. Id quod melius declaratur ab ipso Ambr. ser. 15. in ps. 118. vers. 8. his verbis: Valida est charitas sicut mors: Charitas enim culpam & omnia peccata mortificat. Charitas mortis ictus interimit. Denique morimur flagitijs, atque peccato dum Domini mandata diligimus. Charitas est Deus, charitas Dei verbum est, quod est validum, & acutius omni gladio acutissimo, vsque ad diuisionem quidem animæ, ac spiritus, artusque, & intima penetrans medullarum. Similia habet & Bernardus epist. 43. ante dimidium.

Charitas separat animam à corpore sicut mors. August. Tres Patr. Cassiodor. Greg. Papa. Beda. Hugo Victor. Anselmus. Ambros.

C Quem secundo loco assignauit Aug. sensum, vt quatenus mors est charitatis terminus, charitas ipsa sicut mors, id est mors dicatur fortis: quandoquidem pro charitate tuenda mors ista contemnitur, afferunt pertractantque Amb. serm. 19. in ps. 118. vers. 4. Philo Carpathius, & Beda.

Bernard. Charitatis terminus est mors, id est sicut mors fortis ea dicitur. Ambros. Philo. Beda.

Quem vero primo loco attuli de inuincibilitate mortis pariter, atque charitatis, quodve tam mors, quam charitas omnia vincant, nec sit, qui eis obistere queat, afferunt idemet Aug. enarrat. in ps. 94. & in ps. 121. Theodor. qui addit charitatem morte ipsa esse fortiorem, quia & ipsam superat mortem; atque Anselmus dicens: Sicut mors impediri nõ potest, quin veniat: nec charitatem Dei impediri posse, quin saluationem faciat. Quamquam hoc quod ait Anselmus, spectare videatur potius ad primam dilectionis acceptionem pro dilectione Dei in nos; Vnde addit, per mortem intelligi hic posse diabolus, vt sensus sit: Sicut diabolus inuincibiliter damnationem confert; ita dilectio Dei saluationem.

August. Theodor. Anselmus. Charitas Dei impediri nequit sicut mors.

Secundam partem, *dura sicut infernus æmulatio*, communiori sensu in bonum interpretantur veteres Patres, sumentes æmulationis vocabulum pro vehementiori dilectione, vt quod in ea dicitur, ad idem spectet charitatis encomium: qua vero ratione istiusmodi dilectio & æmulatio comparetur inferno, & in duritie, diuersimode explicatur ab iisdem: Nam si æmulatio, & vehementior Christi in homines dilectio celebrata sumatur, duobus modis *dura sicut infernus* ea asferitur. Primo secundum Cassiodorum, & Bedam: quia sicut infernus nescit misereri, & à poenis mitigari: sicque & Christus non potuit à misericordia cessare, nec desistere ab amore humani generis obvilas improbitates. Secundo iuxta sententiam Philonis Carp. quia ob eiusdem dilectionis vim eo adductus est, vt & in infernum ipsum descenderit.

29 Charitas magna quomodo dicitur sicut infernus, plures rationes.

Quod si non tam Christi in nos, quam nostra in Christum ipsum dilectio, & æmulatio celebrata sumatur, sicut infernus dura ea dicitur multipliciter: Vel quia sicut infernus quos semel accepit, nunquam dimittit, at durissime hos retinet semper: ita & vera, vehemensque dilectio, & æmulatio Dei durissime retinetur, ita vt, ac si à re nulla, nulloque tempore auferri queat, dicat Apostolus: *Quis nos separabit à Charitate Dei? & certus sum, quia neque mors, neque vita, &c. poterunt nos separare à Charitate, quæ est in Christo*

30 Charitas quomodo dura sicut infernus. Cassiodor. Beda.

Ro. 8. 35. separabit a Charitate Dei? & certus sum, quia neque mors, neque vita, &c. poterunt nos separare a Charitate, quæ est in Christo

Christo Iesu, prout asserunt Cassiodor. & Beda.

Ambros.

Vel quia qui hac succensus sit dilectione, nec suis ipsis parcit: quomodo nec infernus, ut asserit Ambrosius tum in lib. de Isaac cap. 1. tum in ferm. 15. super Psal. 118. versu 8.

Anselmus.

Vel tertio, quia ardens dilectio est insatiabilis in faciendo, & dando pro dilecto, sicut & infernus insatiabilis est, ut ait Anselm.

Hugo Viç.

Quamquam idem Anselmus addat, etiam per æmulationis vocabulum accipi posse effectum ipsius æmulationis, qui ob id durus dicatur, quia efficere ea, quæ dilectio Dei exigit, ut plurimum durissimum est carni. Et Hugo de S. Viç. in libello de laudibus charitatis ob id eandem æmulationem duram dictam asserit, quod faciat dura tolerare. Singulariter vero Philo Carpath. æmulationem nostram duram dici, inquit, sicut infernum; quandoquidem precibus ex huiusmodi æmulatione provenientibus animas à Purgatorio liberamus: frequens est enim & in Ecclesia mos, ut purgatorium inferni appellet vocabulo. Contrario Rup. Abbas duram eandem æmulationem dici, inquit, sicut infernum: quia inferno vero addicit, quatenus dilectio, & æmulatio, Ecclesiæ, qua Christum prosequitur, quæ sanctas illius tuetur scripturas, eos, qui aliquid contra easdem scripturas dicunt, quæ cõtra diuinam Christi potentiam, & aduersus eius gesta quid prædicant, & morri, & inferno nulli parcens addicit per censuras Ecclesiasticas.

Philo Carp.

A purgatorio liberans animas dicitur charitas nostra dura, ut infernus. Rupert. Abb.

31 Theodor.

Secundum Theodoritum haud noua similitudine per hæc celebratur æmulatio, & charitas: Inferni enim vocabulo mortem significatam censet ex opinione, ait, quæ inualuit, ut animaduersum à nobis fuit in prima expositione. Nec ab hac sententia crediderim, dissensisse Tres Patres apud eundem, quippe qui ita hæc reddunt, Æmulatio propter me malo non cedit, sed tamquam infernus ratione repugnates motus vincit, vincitque ne progredi possint, coercet.

Tres Patres.

Cassiodorus. Æmulationis vocabulum pro inuidia. Beda. Synagoga æmulata est Ecclesiam Gentium.

Non desunt tamen, qui æmulationis vocem in malum sensum accipiunt pro inuidia. Vnde Cassiodor. Quidam, ait, hoc, quod dicitur, *Dura est ut infernus æmulatio*, ad synagogam proprie referunt, quæ gentes æmulabatur, & inuidebat saluti eorum. Quam æmulationem duram dici sicut infernũ, inquit Beda, quia animam, quam ceperit impietatis peste consumit, ut in his verbis synagoga admonetur, ne huiusmodi æmulatione contra Ecclesiam teneatur, cum eam viderit de deserto vitiorũ ascendisse, ac delicijs cœlestibus affluentem, irreuocabili mente suo adhærere dilecto, ne forte alijs inuidendo, quæ ipsa habere poterat, amittat.

Iudeorum æmulatio contra Christi duram sicut infernus. Greg. Papa

De eadem synagogæ æmulatione, at diuerso modo, ita hæc interpretatur Greg. Papa, *Dura ut infernus æmulatio*: quia dum synagoga Christum ad inferos posse transmittere se putauit, eique ad mortẽ corde immisericordi inuidit, *Ut infernus æmulatio dura* extitit: quia sicut infernus sine misericordia, quos tenet, cruciat: Sic Iudaica plebs Christum apprehendens sine respectu pietatis ad mortem trahebat.

Aponius. Hæreticorum æmulatio quomodo dura sicut infernus.

Superbam hæreticorum æmulationem hic damnatam censere videtur Aponius, quæ *dura sicut infernus* dicatur: quia superbe æmulando Ecclesiam, atque Catholicos, per omnia æquatur diabolo, qui inferni vocabulo nuncupetur: quod instar inferni, qui neque precibus, neque lacrymis potest mollescere, & is ita est durus, ut nequeat à sua duritie molliiri.

A Interpretes exhibitã est occasio. Licet enim vox prædicta magis proprio significato prunas significet, & carbones accensos: vsurpatur nihilominus frequenter in sacris litteris ad exprimentum eiusdem ignis effectus & proprietates: quin & ad ea, quæ similes quoque habent effectus, ut ad aures, & volatilia, quæ ignem in celeritate imitantur, ut Iob. 5. versic. 8. ob eandemque rationem & ad sagittas, ut pl. 75. vers. 4.

Ob id vero quod citato instar ignis conficiant, ad pestiferam ægritudinem, ut Deutero. 32. versic. 24. Quin ob eandem rationem transfertur ad significandum quoque diabolum, ut Habacuc 3. versic. 5.

B *Egredietur diabolus ante pedes eius.* Porro, quia in ignitis carbonibus varij percipiuntur effectus, nempe lux, scintillatio, & scintillæ, flammæ celeritas, atque impetus in erumpendo; noster interpres effectum huius exprimens, cui tamen adiunctus sit eiusdem ignis calor, optime vertit: *Lampades eius lampades ignis*, id est ignitæ, atque flammarum, quomodo & scholion Græcum legisse, inuenimus in annotationibus codicis Sept. in Vaticano impressi. Sexta editio expressit potius effectum scintillationis, cum vertit: *Scintille eius, scintille ignis.* Symmach. effectum vehementiæ, & impetus, sic enim vertit: *impetus (in plurali) impetus ignis.*

Symmach.

C Septuag. cum verterint, *περιπτετα αυων; περιπτετα πυρεος φλως αυων; Ala*, seu volatilia eius ala, seu volatilia ignis, flammæ (in recto pluraliter) eius, ut certum quidem reliquerunt, ad effectum velocitatis se respexisse, at dubitandi ansam præbuerunt, An per alas, seu volatilia translate significare voluerint velocissimas ignis flammæ; An vero item per translationem nõ tam celerem intelligere voluerint flammæ, quam celerissimas sagittas, quas ut alas nouimus in psal. 90. volantes dictas: *A sagitta volante in die*, in psal. 75. appellatas *potentias arcuum*, ubi Hieron. ex Hebræo, *volatilia arcus*; siquidem vtrumque sensum ac figuram patitur locus iste.

a Ps. 90. 6. Hieronymus Sagitta alarum est volatillum nomine appellata.

D Quamquam ipsum alarum nomen etiam proprie ab illis accipi potuit, cum nouerimus apud antiquos amori datas & alas, ut duplex sit vnus eorum versio nis intellectus.

Primus, *Ala eius*, scilicet charitatis, & æmulationis, sunt *ala ignis*, in quorum declarationem subiicitur, *flammæ eius*, scilicet sunt ista illius ala.

Secundus, *sagitta eius* celerissima *sagitta ignis*, id est ignitæ, *flama eius*, scilicet sunt ipsæ eius sagittæ. Porro ijdem Septu. vltimam quæ in Hebræico textu est, voce *שׁלח בתי* scilicet *salthebethaih flammæ* (in genitio singulari) *Dei*, Hebræa phrasi illa, qua nomẽ Dei addi solet ad exaggerationem, quæ & *montes Dei* dicitur, & *cedri Dei*, qui celsissimi sunt montiũ, & quæ celsissima sunt cedrorum, legisse videtur *שׁלח בתי* scilicet *salthebetha*, quod facile fieri potuit, cũ adhuc adhibita nõ essent puncta, ideoque bene verterunt *flama eius* pluraliter in recto. Noster autẽ interpres quod Hebræica phrasi dicitur *flama Dei*, id est ardentissima, optime explicauit vertens, atque *flamarum*, iuxta aliam sacrarũ scripturarũ phrasim, qua (ut alias me quoque notasse recolo) in numero plurali pronũtiatur aliquid per epithasim, & amplificationem: ut tantumdem sit, *lampades ignis, atque flamarum*, ac lampades ignis inflammatisimi: seu, lampades ignis & flammæ maximæ.

F Hæc pro cognitione variarum lectionum lógus fortasse dicta videatur cuipiã: at certe nõ abs re dicta ea sunt, quippe quæ ad plenum lectionis nostræ intellectum conferunt, & multiplices quoque suggerunt sensus, præsertim cum de spiritalibus agitur.

In asserendo autem sensu soni litteræ totius huius sententiæ haud conueniunt Expositores. Quidam enim ad cruciatum hæc referunt æmulationis, quam supra sponus dixerat duram sicut infernum: ac si dicatur: *Æmulatio, & zelus animam vrit æque ac ignis, flammæque infernales.* Quem sensum ex R. Salomone desumpsere Agathius, & Soto Maior. Neque à sensu isto admodum differt is, quem asserit Legionen-

2 Zelotypia quæ ardentibus vrit suspicionum flammis R. Salomon Agath. Soto Maior. Legionensis.

Ex Vers. VI. cap. VIII. Lampades eius lampades ignis, atque flammarum.

EXPOSITIO I.

Iuxta sonum litteræ.

EX multiplici significato Hebræicæ vocis אשׁ רעסיעph multiplex quidem versio nis apud

gionensis, hæc referens item ad cruciatus suspicio-
num Zelotypi: ac si dicatur.

Non sic corpus vrunt igniti carbones, faceq; ac-
censa, ac suspiciones illæ quas æmulatio gignit, ani-
mum ægritudine, atque cura conficiunt. Cui sensui
ea fauet lectio Sept. *Sagitta eius sagitta ignis, flamma*
eius.

Verum cum in superioribus verbis, *Dura sicut infer-
nus æmulatio*, iam ex toto hoc loco, in quo præstantis-
simum omnium præallatorum exponitur dilectionis
encomium, vniuersas reiecerimus suspiciones: sim-
plicius dicendum, in hisce tertia similitudine vehe-
mentis ignis, qui & res fortissima est, cui obfistere
vix quicquam potest, sponsum robur idem exprime-
re charitatis, quod iam duabus expresserat similitudi-
nibus mortis, atque inferni. Et necessario post prædi-
ctas similitudines sumptas è rebus, quarum fortitudo,
& robur situm est in consumptione duntaxat &
corruptione, tertiam hanc adhibuit similitudinem
ignis, quem iuxta Philosophorum dogmata maxime
actiuum esse nouimus.

Quod si adhuc contendens, & ignem quoque esse
maxime consumptiuum, quod certe non abnuo, que-
rat quis: in quonam actiuitatis eius robur appareat,
quod haud consumptio sit, sed perfectio? Ex varijs
certe præsentis sententiæ versionibus facile illi res-
ponderi poterit. Quod enim, vt est in accensis car-
bonibus, suum ipsum adhibitæ materiæ impertit ca-
lorem, quin & igneam sui naturam, perfectio est:
Quod scintillis item, quas è se emittit, escam accen-
dit, perfectio est, licet per accidens efica illa corrup-
tatur: Quod flammis volantibus illico calore humi-
do impertiat aeri, perfectio est: Ac demum quod
facibus splendoris sui lumen effundat, perfectio est.
Quo loco notandum, quam egregie nolter Interpres
vniuersas perfectiones hæc expresserit lampadam
metaphora, legens: *Lampades eius lampades ignis, atque
flammarum.*

Ac si diceretur.

Nedum instar mortis *dilectio est fortis, duraque* instar
inferni: sed & fortissima quoque est in agendo, per-
ficiendo: est enim instar ignis, atque adeo veluti ac-
censis lampadibus sui exhibet indicia; & quæ intrin-
secus amatis cor reddit igneum, extrinsecus pariter
luce beneficiorū, & granarum scintillis sese manife-
stat; simulque quasi facibus ignitis cor pariter succē-
dit amati, idque summa cum celeritate, & vehemen-
tia. *Lampades* namque *illius* haud sunt simplicis ignis,
sed sunt *lampades flammarum* summo cum impetu in-
flammanes.

Porro sensus iste facile accommodari potest tum
ad sensum primum præcedentium verborum, iuxta
quem commendabatur dilectio sponsi, tum ad sen-
sum secundum, in quo celebratur charitas sponsæ:
tum denique & ad tertium, iuxta quem ibi actum vi-
dimus de amore in genere.

Nititur autem præsens dilectionis encomium, iux-
ta hunc sensum acceptum, super tribus fundamen-
tis, circa quæ multa forent dicenda, ni sæpius de ijs
actum à nobis fuisset in superioribus. Quorum pri-
mum id est, quod communi tum sacrarum, tum pro-
fanarum litterarum effectu amori, & charitati effectus
tribuitur ardendi, & vrendi; atque adeo & vulgato
ignis vocabulo nuncupatur: pro quo fat illud sit,
quod in Euangelio dictum reperimus à cœlesti spon-
so: *a Ignem veni mittere in mundum & quid volo, nisi ut ac-
cendatur?* Secundum vero, ea est conclusio, quam &
Philosophi, & Theologi certissimam supponūt, amo-
rem nullam habere sui causam validiore, quam amo-
rem, vt optime probat S. Thom. q. 27. ar. 4. sicut ignis
præ ceteris omnibus ignem in alio accendit: Ex hoc
enim prouenit, vt dilectio, quæ intra cor ardet aman-
tis, cum foras erumpit, instar ardentis facis etiam cor
succendat amati, iuxta illud; Si vis amari, ama.

Vnde & Ioannes dilectus Christi discipulus hanc
ipsam conclusionem vt irrefragabilem supponens:

A b Nos ergo diligamus Deum: quoniam Deus prior dilexit nos: b r. 16. 4.
ac si dicat: Cum Deus nostri combustus sit dilectio-
ne, certe qui in illius præcordijs exæstuat ignis, cor-
da quoque nostra sui succendit charitate: quamob-
rem, hoc igne flagrantem, cum diligamus.

Tertium denique eiusdem sensus fundamentum id
est, quod & quotidiano probamus experimento,
per beneficiorum exhibitionem quasdam quasi per
lampades internam manifestari dilectionem, iuxta
illud Gregorij.

Ostensio dilectionis, exhibitio est operis, ipsaque
beneficiæ nedom lucem exhibere dilectionis sed &
ignis quoque ardorem, igneamque amorem vehe-
mentius, celeriusve impertire, suscitare, atque suc-
cendere, vel si in inimicum conferantur, iuxta illud
c Prouer. ab Apolt. in epist. ad Rom. vsurpatum: *d Si
esuruerit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi: Sic
enim carbones seu prunas congeres super caput eius: Quem*
locum Aug. ser. 168. de tempore circa medium, re-
iecta opinione illa, quæ de prunis ignis infernalis eū
intelligit, ex sententia sanctorum Patrum intelligen-
dum asserit de carbonibus, & prunis charitatis, qui-
bus per beneficia ipsa mens vel ipsius inimici succen-
ditur. Placētque mihi quam maxime quod in com-
mentarijs super citatum Prouerb. locum notat Cor-
nelius Ianfenius ponderans vim verbi, *congeres, & coar-
cerabis*, quo ibi vsi sunt Sept. Beneficia ipsa tales esse
prunas, quæ totum hominem amore succendant in-
star prunarum in aceruum ita magnum congestarū,
vt earum vis caput hominis excedat. Id, quod multo
efficacius hoc loco idem expressit Salomon, cum de
dilectione verba faciens & de æmulatione, qua dile-
ctio ipsa impetu magno in dilectum erumpit, haud
fat ei fuit dicere, *Lampades eius lampades ignis*: sed & id
quoque addidit, *atque flammarum*, maxime scilicet ele-
uatarum: & quibus nedum caput superetur amati,
sed & summa celeritate idem vehementissima suc-
cendatur charitate: quæve sic succēdant, vt nil eis ob-
sistere queat vel si grauissimum præcesserit odium,
implacabilesve inimicitia: sunt enim lampades, ac
iuxta lectionem Hebr. *pruna ignis flammæ Dei*, cui ni-
hil est, quod resistere valeat.

Quæ omnia apertius forte designantur per versio-
nem Septuag. Nam siue eam legamus: *Alas eius, alas
ignis, flammæ eius*, scilicet dilectionis & æmulationis,
significat, beneficia studiaque, quibus instar flamma-
rum foras erumpit dilectio, quæ instar ignis in corde
ardet amatis, esse alas eiusdem dilectionis alasve præ-
dicti ignis, quibus præcordia exurantur eiusdē aman-
tis, esse inquam eius alas, quibus perniciosissimo vo-
latu ignis ille inflammationem efficit cordis, & eius,
in quem ipsa confert beneficia.

Quod si legamus: *Sagitta eius sagitta ignis, flammæ
eius*, modus pariter istorum omnium per eadem sig-
nificatur, vt tantumde sit, ac si dicatur, Beneficia eius,
quæ ex successo intrinsecus igne dilectionis, instar
flammarum splendendum, atque ardentium foras
erumpunt, sunt *sagittæ, & sagittæ ignis*: utpote quæ ab
ardente amantis corde in cor ei aculantur amati, suc-
censoque illius corde, totum plane illum eodem adu-
runt igne charitatis: iuxta id, quod in sensibilibus
quoque febribus animaduertimus, vt feruentibus
præcordijs, ijs ipsis, qui circa illa ardent, æstibus, vni-
uersum quoque corpus adustum sit.

Quod si legamus: *Sagitta eius sagitta ignis, flammæ
eius*, modus pariter istorum omnium per eadem sig-
nificatur, vt tantumde sit, ac si dicatur, Beneficia eius,
quæ ex successo intrinsecus igne dilectionis, instar
flammarum splendendum, atque ardentium foras
erumpunt, sunt *sagittæ, & sagittæ ignis*: utpote quæ ab
ardente amantis corde in cor ei aculantur amati, suc-
censoque illius corde, totum plane illum eodem adu-
runt igne charitatis: iuxta id, quod in sensibilibus
quoque febribus animaduertimus, vt feruentibus
præcordijs, ijs ipsis, qui circa illa ardent, æstibus, vni-
uersum quoque corpus adustum sit.

Paraphra-
sis.

Amor ardet,
& vrit.

a Luc. 12.
49.

Amoris cau-
sa potensissi-
ma amor.

Beneficia
indicia sunt
interni amo-
ris.

Gregorius.
Papa.

Beneficia
collata ad
amorem
accendunt
etiam inimi-
cos.
c Pro. 25.
11.
d Rom. 12.
Augustin.

Iansenius.

Primus
sensus.

Beneficia
sunt alas.

Secundus
sensus.

Beneficia
sunt sagittæ
amoris.

Ex Verf.

Ex Verf. VI. cap. VIII. Lampades eius lampades ignis, atque flammarum.

EXPOSITIO II.

De prima Sponfa, quæ est Ecclesia Sancta.

4 a Luc 11. 33 Pafionis tēpore Chriſtus ut lampadem accenſam ſe exhibuit ſuper crucis candelabrū. b Iob 12. 5

Nemo a accendit lucernam, & ponit eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo ſunt, ait Dominus Ieſus Eccleſiæ ſponſus: quodque verbo in hiſce ſignificauit, idiptum in lacra paſſione ſua exhibuit & factu, quando & iuxta id, quod dicitur in libro Iob, b Lampas fuerat contempta apud cogitationes diuinitum, atque in eorum aſſimilatione, quibus diuitiæ lucebant, & res huius ſæculi, parata tamen ad tempus ſtatutum, vt lucret, & arderet, adueniente præordinato iſto paſſionis ſuæ tempore, ſemetipſum vt lucernam ardentem ſuper crucis candelabrum videndum omnibus expoſuit, charitate combuſtum, prout viſum eſt in ijs, quæ habita fuere ſupra in cap. 3. iuxta Hebr. lectionem: c Medium eius combuſtum charitate propter filias Ieruſalem: Et charitatem ipſam ſuam, vt facem ardentiffimam ſuper idem candelabrū erexit: quin vna cum maxima lampade iſta ſua, atque ex lampade iſta plures emiſit ipſiuſmet dilectionis ſuæ ſcintillas, quæ haud eſſent inſtar aliarum ſcintillarum cito tranſeuntium, & deficientium, ſed inſtar carbonum, prunarumque, ac etiam inſtar lampadum ignitorum, & inſtar plurimarum flammarum, & flammarum Dei.

c Cant. 3. 10 Charitas ſuper crucem a Chriſto exhibita, dicitur lampas, habens plures lampades. d Iſa. 62. 1.

Bene autem Chriſti dilectio ſuper Crucem exhibita & vna dicitur lampas, & plures lampades habens: Dominus enim Ieſus, qui in natiuitate egreſſus fuerat vt ſplendor, in paſſione ipſa ſua accenſus eſt, vt lampas, prout per Iſaiam prænuntiatum fuerat, vbi dicitur: d Propter ſion non tacebo, & propter Ieruſalem non quieſcam donec egrediar, vt ſplendor inſectus eius, & ſaluator eius vt lampas accendatur: id eſt, Chriſtus Dominus iuſtus noſter mundo exoriens, è cœlis egreſſus fuerit vt ſplendor, clamante eius luce, tunc ipſe tacebo, & quieſcam: idque multo magis, cum idem propter nimiam charitatem ſuam ſalutem ſuper crucem operans in medio terræ, vt lampas accenderetur clamante ſimul, & inflammante ipſa eius dilectione lampade illa ardentiffima, quæ toto in eius corpore ſplendet. Plures vero habuit lampades vna iſta Chriſti corporis, ac dilectionis lampas, totque, quot in eodem corpore fuerunt & vulnera: ſed illa in primis, quæ in manibus, pedibusve, & in latere ipſius charitatem illuſtrant: vt verè cœcus dicendus ſit, qui iſtorum vulnerum luce illa non videat. Porro vulnera iſta haud lampades dilectionis Chriſti, dicuntur ſimpliciter, ſed lampades ignis: vt, qui ex eis proueniunt, ſubindicaretur effectus illis omnino ſimiles, quos & ignis efficere ſolet: Siquidem præter prædictum effectum illuminationis, & præter innumeros alios compaſſionis, cōtritionis, abominationis peccatorum, ſpei cœleſtis patriæ, atque inexplicabilium cōſolationum, præceſter vniuerſis charitatis ignem in nobis accendunt, diuinæque gratiæ nitorem nobis impertiunt, atque per Sacramentorum exhibitionem purificatos nos roborant.

Vulnera Chriſti lampades ſunt charitatis illius.

Vulnerum Chriſti effectus varij.

Vulneribus Chriſti expellitur ab Eccleſia frigus, & torpor ſegnitiæ, ac tenebra ignoſtantia.

Neque vero ſine myſterio lampades iſtæ dilectionis Chriſti nedum dicuntur lampades ignis, verum etiam lampades flammarum: Nec enim ſunt vt reliquæ lampades dilectionis humanæ, quæ exiguam, & tenuem habent flammam ignis charitatis: ſed plurimum, ijsque maximis flammis ardent, quibus & vniuerſum terrarū Orbem illuſtrant, focordiæque; frigus ab eo expellunt, & vel corruptiſſimos quoſque

Aſpiritus purgant, tutam periclitantibus indicant confugium, & tandem maximè lætitiæ exhibent ſignum.

Simile.

Enimvero, quemadmodum in magno exercitu, quando præ ingenti frigore militum corpora algēt, nocturno tempore complures per campum accendi ſolent flammæ, quibus & tenebræ ſimul, & frigus fugentur: Ita cœleſtis quoque Eccleſiæ ſponſus, eiudemque exercitus Dux, vigente torporis atque focordiæ tigrate, tenebris que ignorantia vndeque diſſuſis in campo huius mundi, ita vt homines nec ſcirent, nec poſſent ſe ſe mouere ad bene operandum, magnas hæc lampades flammarum, vulnera ipſa ſua accendit, quibus & ignorantia tenebræ, & torpor omnis ab hominibus poſſent expelli.

Quamquam & ob id patier eandem accendit lampades: vt ſicut aer corruptus, ac peſtilens plurimis, magniſve flammis ſolet purgari, prout Athenis ab Agrona eximio illo Medico factū ferunt, & teſte Cœlio Rhodigno li. 24. var. le. ct. cap. 22. Ita & ipſe flammis hiſce vulnerum ſuorum accenſis, in corpore ſuo vniuerſum orbem à maxima peccati peſtilentia, animarumque corruptione ſeruaret.

Vulneribus Chriſti purgata anime à peſte peccati. b Hodiginus.

Quod ſi in editiſſimis turribus magnæ accendi ſolent lampades flammarum, vt per eas qui in mari periclitantur, intelligant, quo confugere debeant ſiue iactentur à fluctibus, ſiue pyratarum periculo ſubſint. Et Chriſtus quoque ſuper excelsam crucis turrim ſacrorum iſtorum vulnerum accendit lampades flammarum, vt qui in mari magno, & ſpatioſo, manibus in hoc ſæculo naufragantur, vel demonum tentationibus iactati, vel perſecutionum, ærumnarum ac tribulationum concuſſione turbati, horum vulnerum aſpectu intelligant tutiſſimum ſibi paratum in crucis ipſius turri confugium: ita vt libere cum Propheta dicere poſſit: Quoniam tu es Domine ſpes mea, aliſiſſimum poſuiſti refugium tuum.

Vulneribus Chriſti, vt accenſis lampadibus ſuper turri oſtenditur fidelibus tutum confugium. Simile.

Quinimo, quemadmodum & quando Rex quiſpiam poſſeſſionem adit alicuius Regni, vel etiam cū inſigne aliquod munus, ſeu priuilegium concedit populo, aut cum celebrem ex hoſtibus reuexit victoriam, frequentes, & maximæ ſuper editiora loca accenduntur lampades flammarum in ſignum lætitiæ exultationis & ſolemnitatis: Ita & Rex noſtra pacificus Eccleſiæ ſponſus eorundem vulnerum, & lampades accendit, & flammam in ſignum lætitiæ, vt ea intuentes, celeberrimam agamus ſolemnitatem, maximoque exultem gaudio, cum a Dominis regnaui à ligno: cum inſignis illa Domino contigerit victoria, qua b Princeps huius mundi eiectus eſt foras, & c abſorpta eſt mors in victoria; cū ſingulare illud redæptionis priuilegium ſideli collectum ſit populo, vt iam ſit gens ſancta, populus acquiſitionis, & regale ſacerdotium.

Vulnera Chriſti & lampades & flammæ accenſe in ſignū lætitiæ.

Porro vulnera iſta ſanctiſſima, quæ iuxta lectionē Vulgatæ dicta vidimus lampades dilectionis, & emulationisve Chriſti, lampadesve flammarum, in textu Hebræico dicuntur carbones eiudem dilectionis, & carbones ignis, necnon & flammæ Dei. Et quidem carbones ea bene dicuntur, quia inſtar carbonum nigra, & ignominioſa infidelibus, ac prauis videantur hominibus, iuxta illud Apoſtoli: d Verbum crucis pereuntibus ſtultitia eſt: cum è contrarijs, qui ſaluſi ſunt, id eſt, fidelibus, Dei virtus ſit: Vtpote quibus eſt Chriſti vulnera carbones ſunt, nō ſunt tamen carbones extincti, ac turpes, & nigri: ſed carbones ignis, charitatis ignem præferetes; his quippe eſt exploratum: quia placuit Deo per hæc vulnera operari mirabilia: quia inclinauit cœlos, & descendit, quando è cœlis ipſis in terram deſcendit, ſed & vulnera, quæ prius inſtar nigerimorū carbonū habebantur, cū hominibus inſtiterentur, paſſionis tēpore ſuper Crucis focū vt carbones ſuccendit in corpore ſuo, ita vt propter charitatis ignē, quo ſuccēſa erant vulnera ipſa ſua, iā dicerentur & carbones ignis, & carbones f deſolatorij, vtpote per quos terra ab omni deſolata ſit malitia, & iniquitate, animæque credentiū ob omni deſolatæ ſint nequitia.

1. Pet. 2. 9.

Vulnera Chriſti ſunt carbones igne ſuccēſi. d 1. Cor. 1. 18.

Pſal. 17. 10

Vulnera Chriſti carbones ignis & deſolatorij. f Pſ. 119. 4.

Quamquam ob aliam quoque rationem eadem A
vulnera, & carbones desolatorij dicta sunt & carbo-
nes ignis: nimirum, quia Christi corpus ab eius sa-
cratissima desolatur anima, & quia totum idem
Christi corpus eodem charitatis igne combustum
reddiderunt, vt super crucis altare aeterno Patri esset
gratum, & acceptum holocaustum, cui iam vetera
illa agnorum ac vitulorum holocausta essent abomi-
nationi, prout alias ex loco Psalmi 39. relato ab
g Heb. 10. 5 Apostolo in epistol. ad Hebr. g *Sacrificium, & oblationem non voluisti; corpus autem aptasti mihi; holocaustum & pro peccato non exposuisti, & c. sat probauimus.*

studium, adeoque tenax & durum, vt & propterea
inferno comparetur, vt visum est. Quod & ob id
potius charitati eae tribuuntur, vt per eas ipsa
magis firmemur charitate, quod illa significat
anima, quae huius soliditatis, & quietis in chari-
tate tenetur desiderio, atque adeo cum Propheta
exclamat: a *Quis mihi dabit pennas sicut columbae, & vo-* a Tsal. 54. 7
labo, & requiescam? volare cupiens, simul atque
quiescere: volare quidem in studio amulationis
legis Dei, & in solitudine obsequiorum eius-
dem, at per volatum ipsum requiescere in charitate
ipsa radicata.

Vulnera
Christi di-
cta sunt
flammae Dei.

Cum autem haec ratione in holocaustum Patri
oblarus sit Christus, totus per carbones huius igne
combustus charitatis, nil mirum si eadem eius vul-
nera, ijdemque carbones ignis dicti sint & flammae Dei,
quibus nimirum Deus ardet, quandoquidem sicut
flammae charitatis Dei tantae sunt, vt Deus sit & totus
ignis, & totus charitas, prout in sequenti expos. ex-
plicabimus: Ita & vulnera Christi eae extiterunt
flammae in illo, sicve illum charitate succensum ex-
hibuerunt, vt ille & ignis merito dici poterit, & cha-
ritas, prout longius ostensum est in loco paulo supe-
rius citato ex capitul. 3. huius Cantici, vbi dicitur:
h *Media charitate costravit, vel ex Hebraeo, Medium eius succensus a siliabus Ierusalem.*

h Cant. 3. 10

Vulnera
Christi sunt
sagittae cha-
ritatis.

Denique quam bene eadem Christi vulnera iux-
ta versionem Septuaginta, nedum flammae dilectionis
eiusdem Christi dicta sint, sed & illius charitatis
sagittae alatae, ipsamet testificari potest pia, deuotaque
anima, quae in eorum praesertim meditatione veluti
sagittis potentis acutis configi se sensit, atque adeo
bis in superioribus dixit: i *Vulnerata charitate ego.*

i Cant. 2. 5.
Cant. 5. 8.
iuxta Sept.

**Ex Verf. VI. cap. VIII. Lampades eius
lampades ignis, atque flammarum.**

EXPOSITIO III.

De secunda Sponsa, quae est Anima Iusti.

6
Zelans ho-
norem Dei
eiusue legem
habet alas
flammarum
quibus volat

Haec ad encomium si spectent amulationis pia
animae, qua ex vehementissima Dei charitate
pro eiusdem Dei honore, ac lege maxime sollicita
est, prout sat congruenter spectare videtur, vt pro-
nomen eius ab substantium id referatur, quod im-
mediate praecessit, vbi dicebatur: *Dura sicut infernus*
amulatio; aptius eidem encomio congruere ea cre-
diderim iuxta versionem Sept. qua dicitur: *Alae eius*
alae ignis flammae eius, & c. Hae enim significatur, eam
ipsam sollicitudinem, qua veluti flammis vehementi-
bus ita intrinsecus pro Dei offensis aduersus pra-
uaricatores legis exurit, vt propterea amulatio ipsa
dicta sit *dura sicut infernus*: has inquam flammis, hos-
que vehementissimos dilectionis Dei affectus esse
alas, & alas ignis, ob velocitatem nimirum, quam
ex praedicta habet sollicitudine: quae vbi Dei hon-
or tuendus sit, vbi idem propagandus, vbi eiusdem
Dei obsequio sit indulgendum, & via mandatorum
illius proterenda; nedum currit, sed & volat,
alas nimirum habens, & non quascunque alas ignis,
alas nimirum Spiritus sancti, qui in linguis, &
flammulis ignis in die Pentecostes descendit super
Apostolos.

Amori data
alae ab anti-
quis, ad de-
signandam
illius incon-
stantiam.

Pier. Valer.

Quo loco notandum, multo congruentius, &
verius in sacris litteris charitati alas tribui, quam
apud antiquos Idololatrias eadem tribuerentur vel
amori profano, vel falso eiusdem amoris Deo. Illae
enim antiquis inconstantiam, maximamque hu-
mani amoris instabilitatem designabant, vt recte
ex Propertij tetractico probat Pierius Valerianus
lib. 21. pag. 115.

Cum tamen eadem in sacris litteris ei tribuan-
tur charitati, quae firmissimas habet radices, eique
amulationi Dei; quae tenacissimum est charitatis

Vbi notandum, aptissime a tali anima columbae
pennas, & alas ad hunc volatum, atque quietem ex-
petitas: cum & Spiritui sancto, cui in sanctissima Tri-
nitate appropriatum nouimus amorem per essen-
tiam, alae tribuantur columbae, ex quo super Chri-
stum Iesum b descendit item in specie columbae:
eidemque sessionem tributam nouimus, & mansio-
nem, tum quando super ipsum Iesum corporali vo-
lauit specie, & super eum mansit, vt magnus ille Ba-
ptista contestatus est, dicens.

Charitati
datae ale
columbae,
&
cur.

b Ioan. 1. 32

Quia vidi Spiritum descendentem quasi columbam de
caelo, & mansit super eum: tum etiam quando ma-
gno illo sono, atque impetu descendit super Aposto-
los in die Pentecostes, vnde legimus: c *Seditque supra* c Act. 2. 30
singulos eorum.

Et sanctis quoque illis spiritibus, qui ab ardore cha-
ritatis nomen Seraphim fortitunt, lex quidem alas
apud Isaiam tributas nouimus, eosdemque & volasse
legimus; cum tamen simul de iisdem legamus: d *Seraphim* d Isa. 6. 2.
stabant super illum.

Charitatem
habens, &
volat & fir-
missime
d Isa. 6. 2.

Quae sane omnia peregre hoc loco significa-
uit & sponfus, dum haec charitatis, & amulationis
alas asserit esse alas ignis, ipsas nimirum flammis.
Nouimus autem, sensibiles flammis quasi volatu
quodam celerrime per aera se eleuare, attamen
quo altius volant, eo accendi tenacius, solidiorem-
que igni causare firmitatem: Atque adeo bene
D in sacris litteris, cui tribuuntur charitatis alae,
eidem semper tribuitur & ignis. Sic Spiritui sancto
sicut species tribuitur columbae, ita & species tri-
buitur ignis: sic cum multas alas caelestibus assi-
gnant Spiritibus, ijs potissimum eas assignant, qui
ignei charitate Seraphim, id est, combusti, ardentel-
ve dicuntur.

Et si apud e Ezech. dantur alae mysticis illis
quatuor animalibus, quae illuc gradiebantur, vbi
erat imperus spiritus, cum eadem describuntur,
de eis dicitur: f *Et similitudo animalium, & aspectus* f Ezech. 1. 13
*eorum quasi carbonum ignis ardentium, & quasi aspectus lam-
padarum.*

e Ezech. 1. 2

Porro in mystica hac sanctorum animalium nar-
ratione tria consideranda mihi occurrunt quae faciunt
ad intellectum praesentis encomij amulationis, vehe-
mentissimaeque charitatis pia animae. quae Dei hono-
rem zelatur, si id legamus iuxta versionem Sym-
machi. *Impetus eius, impetus ignis, atque flammarum:* quae
certe pulcherrima est, & efficacissima.

7
Charitatis
flagrantes
quam recte
designari per
quatuor ani-
malia Eze-
chielis.

Enimvero praedictis animalibus dicuntur primo
fuisse alae: tum additur eadem habuisse aspectum ignis
non simpliciter fulgentis, sed fulgentis simul
& ardentis: ideo enim puto, eundem aspectum assi-
milatum lampadibus, & prunis ardentibus. tertio de-
F mum cum de motu istorum animalium fit sermo,
nil dicitur de volatu, sed hisce explicatur verbis:
g *Vbi erat impetus Spiritus, illuc gradiebantur.*

g Ezech. 1. 12

Vt exinde intelligeremus, sanctos, qui per qua-
tuor illa animalia designantur, esse succensos charita-
tis igne, quo nedum lucent per bona quae proximo-
rum oculis obijciunt, sed & ardent per feruorem,
quo illa operatur: habere & alas, quibus per eamdem
charitatem, & Dei amulationem in eiusdem Dei ob-
sequijs nedum currunt, sed & volant: quoniam istum
eorum volatum multo in claritate, & in efficacia, &
robore quolibet sensibiliu volucru superare volatu.
Si qui dem

Charitatis
volatus, quae
celerior, &
efficacior vo-
latu volucru.

Siquidem volatus cuiuscumque volucris pernicissimi, & fit in tempore, & volante fatigat, & facile obiecto a quo detineri potest impedimento: Nec mirum; quia per alas sit pennarum, quæ leuis res sunt, & tenuis, ita vt obiectum rejicere nequeant impedimentum. At vero volatus charitatis fit in instanti sapius, & tamenti iugis ille sit, haud tamen ullam affert defatigationem, ita vt de ijs, qui eo volant, dici id queat quod in libro Ecclesiastici dicitur de sideribus: *a No deficiet in vigilijs suis: quod ve maximum est omnium, nullo retardari potest impedimento, cum alis fiat eiusdem charitatis, quæ foris est vt mors, cui nihil obistere valet, & dura sicut infernus: cuius & alæ alæ sunt ignis, atque flammarum: obiectum enim impedimentum quodlibet inexplicabili propellit impetu. Nec mirum, cum illuc iste fiat volatus, vbi sit impetus Spiritus sancti, & nouimus, nescire tarda molimina Spiritus sancti gratiâ. Licet enim innumera piæ animæ in Dei obsequio volanti obijciantur obstacula, eo illa omnia propellunt impetu Spiritus, vt plane dici queat, ipsam ea nec esse, & vix percepisse.*

a Ecclef. 43. 11.

Charitatis impetus qualis.

Quæ optimè exprelsit Symmachus pro, alis, hoc loco vertes, *impetus*, vt charitatis, & emulationis Dei *impetus*, qui certe idē sunt cum impetu Spiritus sancti, dicantur esse *impetus ignis, atque flammarum.*

Quorum certe impetuum ignis quanta sit & celestas, & vis ex impetu incensarū bombardarū facile quis intelliget, & ex impetu ignis tormentarij intraminarū cuniculos subtus cellisissimam, validissimamque molem quamlibet accensit. Hæc si in hilce emulationem sponse commendatam velimus.

8 Sensus lectionis vulg.

Quod si ad encomium charitatis in genere eadē referantur, prout & superiora, & subsequētia referri posse, vidimus, & videbimus: id nobis diligēter hoc loco perferendum quomodo charitas dicatur habere *lampades ignis, atque flammarum*; quæ ratione eadem comparatur igni, præsertim cum etiam apud Ethnicos ignis lampadesque, & faces essent amoris hieroglyphicum.

Amoris cur ab antiquis sit tributus ignis, & faces.

Licet enim illis amor diceretur ignis, sicut & nobis Charitas: diuersissima tamen ratio vtriusque est appellatio: Dicebant quippe illi amorem humanum, atque profanum ignem eidemque faces tribuebant, vel quia eorum amor cruciatibus adureret præcordia amantium; vel vt dictum est in prima expositione, quia potentissimus ille sit ad mutuum sulcitandū alium amoris ignem in amato, & per beneficia, quasi per scintillas; ac lampades quasdā ardentes & se manifestet, & sui ipsius communi- cer æstus.

Charitas cur appellatur ignis in scriptura.

b Ioan. 4.

Dionys.

Altiori tamen ratione nos vna cum sacris litteris charitatem appellamus ignem: Ea vero nititur celsissimæ eiusdem charitatis dignitati, vt atque naturæ, quæ sane huiusmodi sunt, vt ipsemet Deus illius nomen nō dedigneret, atque adeo & charitas dicatur, & vna cum charitate sit, iuxta vulgatissimum illud Ioannis: *b Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.*

Porro, cum Deus, atque diuina, vt bene asserit Dionysius lib. de celestihierarch. capite 5. nulla alia re frequentius in sacris litteris explicetur, quam eigne, consentanea pariter ratione, & charitatem eandem ignis similitudine aptius, quam vlla alia exprimi, operæ pretium est, præsertim cum ignis proprietates, & charitati competant, sicut & Deo: ac per eiusdem ignis excellentias & Dei exprimitur sublimitas, & celsitudo celebretur charitatis.

Ignis proprietates a que competunt Deo ac charitati.

I. c Eccl. 16. 18.

Affert in loco supra citato Dionysius complures ignis proprietates, quibus diuina exprimitur essentia, sed per eas haud minus exprimitur charitas, qua summus describitur & Deus.

Primo enim, sicut ignis præ elementis ceteris sensu percipitur; & Deus super omnia agnoscitur, quem sentiunt vniuersa etiā insensibilia, iuxta illud: *c Ecce*

A celis, & celi cælorū, abyssus, & vniuersa terra, & omnia, quæ in eis sunt, in conspectu Dei commendentur.

Ita pariter & charitas præ omnibus percipitur, quippe quæ in lingulis, quæ a Deo condita cōspicimus, agnoscitur, nec apud Deum quid opera nostra reddit magis percipua, quam charitas, line qua nil quicquam apud illum apparet, prout longius probat Apollolus in Epist. ad Corinth.

d 1. Cor. 13

Sunt enim Deus, & charitas in rebus, & in operibus lingulis, omnia absque vlla confusione, vel offensione, aut deturpatione penetrates, eque ac ignis per omnia sine vlla sui admixtione proficitur, & ab omnibus profus excipitur: nam nec quid conseruari potest, ni Deus in illo esset; & charitas, per quam & perficitur & conferuatur, prout increata sapientia de se ait in lib. Eccl. e *Gyrum cæli circumi sola, & profundū abyssi penetrasi, & in fluctibus maris ambulasi, & in omni terra stasi.*

II.

c Eccl. 14. 8

Quod si ignis cum lucidissimus sit, non admoda tamen sibi materia, in qua vim suam ostendat, manet in seipso occultus præ summa sua subtilitate, & simplicitate. & Deus præ immensa sui simplicitate, tamenti per se sit maximè omnium intelligibilis, in seipso nihilominus est incomprehensibilis. neque enim alia ratione à nobis ille agnoscitur, quam in operibus, in quibus suam patefacit virtutem, iuxta illud: *f Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur.* Charitas pariter quamuis per se sit lucidissima, vt pote fons lucis omnis, quæ in virtute effulget: haud tamen alio pacto potest intelligi, quam per opera, quæ per ipsam exhibeantur, iuxta illud Gregorij: Ostentio charitatis exhibitio est operis: Ideoque Paulus g elemosynam ostensionum dicit ipsius charitatis.

III.

III.

f Rom. 1. 20

Greg. Pap.

g 2. Cor. 8. 24.

Etsi immensurabilis est ignis, cum iuxta philosophiam semper crescat in infinitum, vnde & Salomon in li. Prouerb. ait: *h Ignis nuquam dicit: Sufficit: & Deus immensus est, ac infinitus: Immenita pariter est charitas, cui nullum est assignare terminum: quæ enim posuisse visus & i lefus, cum dixit.*

IV.

h Prou. 30. 16.

i Ier. 15. 13

Masorem charitatem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis: is ipse excolesit, & pro inimicis animam suam ponens: Ideoque Paulus: k Oro inquit) vt charitas vestra magis ac magis abundet.

k Philip. 1. 19.

Quodli ignis primus est, & præstantior inter alia elementa, ac Deo nihil adæquari potest: Charitas quoque virtutibus supereminet vniuersis, teste Apollolo dicente.

V.

l Nunc autem manent tria hæc, fides, spes, charitas, quæ vt virtutes Thæologicæ virtutum reliquarum sunt præstantissimæ: maior autem horum est charitas. Communicat quidem ignis ei omni, quod sibi fuerit appropinquatum, igneam sui naturam atque calorem: & Deus omni animæ & appropinquanti sibi calorē impertit gratiæ, confortemque reddit diuinæ naturæ, quemcumque inhabitare dignetur: Charitatum pariter reddit & charitas cuiumque infederit; quinimò & maximè distantibus suum impertit calorem, propterea dicebat Paulus; a Græcis & Barbaris sapientibus & insipientibus dabit os suum: Ideoque secundum eundem b Christus Iesus pacem euangelizauit ijs, qui longe, & pacem ijs, qui prope. Et quis est, qui se magis alteri communit, & præbeat quam is qui charitatis igne sit succensus? cum eundem Apollolum ita sese Christo, quem diligebat præbuisse nouerimus, vt dixerit: c Nino ego iam non ego; vniuerso in me Christus.

V I.

l 2. Cor. 13.

a Rom. 1. 14

b Eph. 2. 17

c Gal. 2. 20

Suo vitali calore renouat omnia ignis, vt patet in metallis, quorum consumit rubiginem, & in phœnice; & Deus sua vitali gratia quasque renouat animas d *Per laudum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti, quem effundit in nos abunde per Iesum Christum Saluatorem nostrum, vt dicitur in epist. ad Titum. Et charitatem quoque calore suo animas renouare, idē testatur Paulus cu ait: e Renouamini spiritu mentis vestra: e Eph. 4. 23*

VII.

d Tit. 3. 6

e Eph. 4. 23

Induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est, in iustitia, & sanctitate veritatis. Quid enim est iustitia, & sanctitas veritatis, nisi charitas, qua lex & omnis iustitia impletur, quæ est vera sanctitas, utpote vinculum perfectionis?

VIII. Quod si, ut item in metallis patet, ignis vim habet discernendi aurum à quocumque metallo cui sit commixtum, idque sine vlla sui mutatione, & Deus absque sui mutatione vlla bonos discernit à malis, vt palam facturum se pollicetur Dominus noster in die iudicii. Per charitatem pariter virtutes discernuntur à vitijs, tuncve quodlibet optime examinatur opus, cum ad charitatis ignem fuerit appositum, atque adeo suadebat Apostolus, ut omnia nostra in charitate fierent.

f Mat. 25. 32. g I Cor. 16. 14.

IX. Ignis superiora semper petit, nullaque vi adigi potest, ut inferius descendat, & impulsus deorsum resilit illico, ac leuitate sua fertur in altum: Deum quoque in altis iugiter habitare, testatur David; b quinimo cum ab amore in terram fuit impulsus, ab altissimo tamen calorum habitaculo non recessit.

h Ps. 112. 5

Et pariter charitas petit semper celestia, nullaque vi adigi potest, ut ad terrena descendat: & si quando ob corporis necessitates, carnisve imbecillitatem deorsum impellitur; resilit illico in Deum, quem vnũ suum constituit obiectum, quod in omnibus exoptas Paulus ait: sine manducatis, sine bibitis, sine aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.

i I Cor. 10. 31.

X. Si in suis actionibus ignis est omnium maxime agilis, & celerrimus, & de Dei sapientia legimus, omnibus nobis mobilior est; Attingit autem ubique propter suam munditiã: & l Attingit a sine vsque ad sine foriter: Certe quam agilis, celerve sit & charitas, ex ijs Prophetæ verbis intelligere est, quibus ait.

k Sap. 7. 34 l Sap. 8. 2.

m Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum: calore certe non alio, quam ipsius charitatis, propter quem & Paulus n cor suum dilatatum esse ait erga Corinthios, eodemque suadet Corinthijs vt dilatentur.

m Psal. 118. 32. n 2. Cor. 6. 11.

XI. Si ignis semper eodẽque motu se mouens in sua sphaera, simulque mouet & inferiora: Deus operatur semper, iuxta illud.

o Ioã. 5. 17

p Pater meus vsque modo operatur, & ego operor: simulque rebus vniuersis tribuit operari, iuxta illud: vniuersa opera nostra operatus es nobis Domine: Charitas enim numquam otiosa, perpetuo cietur motu ad bona opera, ipsaque est, quæ vniuersos ad bona promouet exercenda: atque adeo illius motum intelligens Apostolus, q Seclatamini (inquit) charitatẽ.

p Is. 26. 12. q I Cor. 14. 1.

Ac si dicat, currentem sectamini, haud renitentes illius impulsui: & Charitas Christi urget nos, ait alibi.

r 2. Cor. 5. 14

XII. Si ignis nequit adstringi ab vlla re: neque Deus adstringi à quoquam potest: Charitas pariter vndequaue peruadens nusquam potest adstringi, & coangustari. Idcirco bene Corinthijs ait Paulus: r Cor nostrum dilatatum est; non angustiamini in nobis, angustiamini autẽ in visceribus vestris, id est, ex quo ostendimus nobis latitudinem cordis nostri per charitatem, nõ habetis à vobis exemplum, nec causam, vnde angustiamini: sed si hoc facitis, angustiamini quidem, sed non ex nobis, imo ex visceribus vestris, & ex vobis. Si in angustum redigitis charitatem vestram, & ex vobis certe id est, non ex charitate ipsa, cuius natura est, vt haudquaquã in angustum redigi se patiatur.

r 2. Cor. 6. 11.

XIII. Si ignis in sua sphaera haud alio eget, clamve sibi met incrementa suppeditat, & Deus in excelso folio gloriæ residens, bonorum quidem non indiget; Exaltatur tamen, & glorificatur in concilio sanctorum: Charitas quoque per se quidem in fidelium cordibus nullius extrinsecẽ rei indiget, & latenter ibidem sibi ipsi incrementa suppeditat per interna desideria, perque internos affectus: Vnde fit, vt nullus sit, qui excusationem prætexere queat, si Deum non diligit,

s Psal. 12. 3 t Psal. 88. 8

atque proximum; tametsi nihil habeat in bonis, tametsi & corporis teneatur ægritudine: u Charitas namque, Dei, ait Apostolus, diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis.

u Rom. 5. 5.

Quamquam oblata occasione summam eadem illico ostendit quantum possit & in externis magnitudinem suam; Non fecus ac Deus in ijs, qui ei non ponunt obicem, vim suæ exhibet omnipotentia, quacũque oblata occasione, & ignis in quolibet fuscipiente materia suam manifestat virtutem. Et demũ, sicut ignis attritu, id est, ex contusione, insufflatione, & persecutione veluti irritatione quadam lucidã eleuatur in flammam; & Deus quo magis nostris irritatur peccatis, eo magis lucidissimas bonitatis suæ excitat flammam, iuxta illud Isaia: x Ideo Deus exaltabitur parcens vobis; quia Deus iudicij est: Ita & charitas pariter quo maioribus atteritur persecutionibus, probris, atque grumnis veluti irritatione quadam ex natura sua in ardentiores, & splendidiore flammam excitat, quales fuscitatas nouimus in sanctis Martyribus.

XIV.

XV.

Cum autem tot, tantæque inter Deum, & ignem, & inter Charitatem, Deum, atque ignem sint similitudines, congruentia, & analogia; tres tamen potissimum à sponso in hac sententia, quam præ manibus habemus, Lampades eius lampades ignis atque flammarum, nobis proponuntur: nempe exhibitio luminis, infusio, & communicatio sui ipsius absque vlla sui diminutione, qualem in accensis obseruare lapadibus, ac facibus, dum alijs lampadibus suum communicat lumen. Quod certe sicut proprijsimum est Dei, ita & charitati maxime competit.

B

C

Ex Verf. VI. cap. VIII. Lampades eius lampades ignis, atque flammarum.

EXPOSITIO IV.

De tertia Sponsa, quæ est B. Virgo Maria.

SI præcedentibus verbis, Quia fortis est ut mors dilectio, dura, &c. acerbitas designata est anxietatis, & sollicitudinis, atque dolorum, quibus B. Virginis cor iugi verborum Symeonis memoria transixum fuit pro imensa, qua Christum prosequeretur dilectione; facillime & hæc quoque intelliguntur, vt dicta in eorumdem amplificationem.

IG Maria. cor combustum lampadibus ignis ob emulationẽ Christi.

Verum, quia præter hunc sensum alterum quoque addidimus in quarta prædictorũ expositione, nimirum, vt per ea verba Christus ipsimet Virgini contestatus sit compertissimum sibi esse, quam ipsa Deum diligit, quamve de Dei honore semper fuerit sollicita: Dicendum per hæc pariter id ipsum ab eodem exinde confirmari, quod pluribus id patentissimum sit eius dilectionis, & æmulationis indicijs: Ac si dicatur.

Alius sensus. Maria in omnibus exhibet signa suæ dilectionis in Deum.

Porro huiusce dilectionis, & æmulationis, qua erga Deum ardentissime flagras, vndique conspice re est signa. Siue enim iustos promoueri ad maiores progressus exoptas: siue peccatorum conuersionem exposcas, quasi accensis lampadibus, maximisque flammis in caelum elatis, tuam ipsam ostẽdis æmulationem tenacissimam honoris, & gloriæ ipsius.

Paraphras. sis.

Possemus quoque non incongrue dicere, vbera ipsa gloriosissimæ Virginis lampadam metaphora hic celebrata, vbera, inquam, quibus suam Christo patefecit æmulationem, & sollicitudinẽ honoris Dei, dum ea filio ostendit, quando pro peccatoribus illum deprecatur.

Mariae vbera dicta lampades dilectionis illius erga Deum.

Qua vbera bene dicantur & lampades, in quibus ignis exhibetur dilectionis non tam oleo quam lacte exhibitus illo, quo ea Deum pro peccatoribus paruulum

parvulum in carne effectum aluere, & lampades flammam emulacionis, quas e purissimo Virginis corde erumpentes ob oculos ponunt dilecti sui.

que audientium corda penetrabat. Et vere ala ignis: quia eloquia Domini eloquia casta, argenti igne examinatum. d. Spiritus quoque sanctus descendit, & replens totam domum, in qua erant plurimi sedentes, & visa sunt dispersa lingue tamquam ignis. Bonae alae charitatis, verae alae quae volitabant per ora Apostolorum, & alae ignis, quae purgatum sermonem loquebantur.

c Pf. 11. 7. d Act. 2. 2.

Ex Verf. VI. cap. VIII. Lampades eius lampades ignis, atque flammarum.

Appendix Expositionum, Ex Antiquis Patribus collecta.

11 Paraphrasis Chaldaica. Et inimicitia quam referunt nobis, similis est prunis ignis gehennae quem creavit Deus, ut succendantur in eo cultores idololatriae.

Duas dilectiones, Dei nimirum ac proximi, duas charitatis alas esse, ait Philo Carpath. legens Alae ignis, carbones ignis, flamma ipsius.

Philo Carp.

Eadem dilectionem sequuntur & Tres Patres apud Theodorit. per alas tamen charitatis intelligunt illius opera. Porro charitatem ipsam ignem, prunas, atque flammam dictam, inquit, quia illustrat in luce veritatis mentem per contemplationem, atque ignorantiae tenebras discutiat; per actionem, atque opera mandatorum malitiam omnem ut flammam materiam accensu facilem absumat, & incrementum suggerat.

Tres Patres. Charitatis alas sunt opera.

Theodoritus varias miscens versiones legit: Scintilla eius, scintilla ignis, sed alae eius alae ignis, prunae ignis flammam eius. Ita fortis, ait, est charitas (ut dictum est) quia primum volucris est, deinde circum alas suas habet flammam ignis & scintillas etaculatur. Quid autem cum tam ignea, flammamque sit, ea possit esse vehementius?

Theodor. Charitatis alas sunt vnde.

Iusti sunt lamp. des dilectiois. Casiodor. Beda. Anselm.

Apud eos, qui nostram Vulgatam exponunt, communiore sensu in bonam partem haec sumuntur. Et quidem Casiodorus, Beda, atque Anselm. per lampades dilectionis designatos putant Sanctos, seu eorumdem sanctorum praecordia, in quibus vi in vasibus dilectio habitat.

Porro, has lampades ignis quidem dictas, inquit: quia in corde ardent per amorem, dictas vero flammarum: quia exterius lucent per operationem.

Iustus Casti sunt lampades dilectionis.

Ad hunc reduci potest & sensus Iusti Orgel. qui ait lampades dilectionis esse vasa, in quibus castitas habitat, quae dicuntur ignis, atque flammarum: quia semper sunt splendida, & Spiritus sancti igne ferventia.

Anselm. Lampades dilectionis sunt ardores spiritus sancti Aponius. Invidus comburitur lampadibus ignis. Greg. Pap.

Alio modo Anselmus, Ardores, ait, dilectionis sunt ardores Spiritus sancti, qui est ignis: suntque tales, ut etiam luceant: quia eos, qui diligunt, lucere faciunt, ut verbo, & exemplo illuminent.

Aponius quoque ad fulgorem Spiritus sancti haec referens, obscurissimis sane verbis inquit, vivacitas verbi Deitatis, & flammarum illuminationis mentium illuxit de lampade Spiritus sancti.

Verf. VII. cap. VIII. Aquae multa non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam. Si dederit homo omnem substantiam domus suae pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.

EXPOSITIO I.

Iuxta sonum litterae.

Haec sententia duas habet partes, & in utraque non nihil diversitatis in varijs reperitur codicibus, etiam Vulgatae. Coplures enim in prima parte, non potuerunt in praeterito, legunt: non poterunt in futuro, quod magis consonum est Originali. Hebr. & Sept. Codex tamen Vaticanus nuper emendatus id habet in praeterito, sicut & in secunda parte in singulari legit, despiciet, quod in plurali, despicient, legunt alij, ut habent pariter & Hebr. & Septuaginta.

I

Illud vero quam maxime in secunda parte notandum, ultimum pronomen, eam, haud referri posse ad dilectionem, cum in Hebraeo sit וְהָיָה לְהוֹמִינִי generis, & אָהָבָה ababah dilectio, sit feminini: id eoque referendum ad substantiam, quae est generis masculini, וְהָיָה hon: Tametsi Sept. idem retulerint ad hominem: sic enim illi vertere hanc secundam partem: Si dederit homo omnem vitam suam in dilectione, despectu despiciet eum.

Potest autem istamet sententia sumi, ut continens duo dilectionis encomia, sicut duabus constat & partibus: ut nimirum in prima parte, Aquae multa, &c. exinde dilectio ipsa celebretur, quod, cum in cuiuspiam accensa sit corde, nulla vi, nulloque impetu auferri ab eo queat: id quod necessario dicendum erat: quandoquidem contrarium inferri a quoquam potuisset ex verbis praecedentibus.

Primus sensus:

Lampades eius lampades ignis, atque flammarum. Quia enim ignis iste sensibilis ab aquis extinguuntur: Lampades ignis, & flammam charitatis, ait sponsum, haud tales sunt, ut a quoquam aquarum impetu copiose possint extinguuntur.

Est autem metaphorica locutio, per quam ut Aquarum in assumpta perficitur metaphorica vocabulo aquarum multarum, & fluminum, iuxta frequentissimum sacrarum litterarum morem, intruens vis magna aliqua designatur, insurgensque impetus vehementissimi.

Aquarum metaphorice designantur tribulationes.

Rup. Abb.

In malum tamen sensum haec accipit Greg. ut sermo sit de lapadibus emulacionis, & invidiae Iudaicae: Ac si dicatur: Antequam ad aeternum ignem veniat, in praesenti consumuntur: quia in seipsis invidiae ignem portant, qui sine portantis combustione non portatur. Hic ignis invidiae flammam protulit, ait Greg. quando per exempla, in quibus accensus est, etiam in Gentilibus usque ad Christianorum martyria per mundum uniuersum excreuit.

E

Mixte demum eadem fumere videtur Rup. Abbas, dicens: Sicut ignis, cum concitatur, generat flammam: sic dilectio dum quid perceperit non secundum sensum Christi, parit emulacionem lucentem, & ardentem; ardentem quidem inimicos, illuminantem vero amicos.

12 Ambros.

Eorum autem, qui versionem Sept. interpretantur, Ambrosius serm. 19. in psal. 118. vers. 4. legens. Alae eius, alae ignis flammam. Haber, inquit, alas charitas, & alas sicut columba.

3 Pf. 54. 8.

Sunt enim pennae columbae de argentata, quibus euolat, qui diligit. a Ecce elongavi fugiens, & mansi in solitudine: sed & alae sunt ignis, quibus dilectionis inflammat amorem. Clariusve in lib. de Isaac c. 8. idem Ambrosius dicit; Bona charitas habens alas ignis ardentem, quae volitat per pectora, & corda Sanctorum, & exurit quicquid materiale, atque terrenum est: quicquid verosincerum est, probat, & quod contigerit suo igne, meliorat. Hunc ignem misit in terras Iesus, & refulsit fides, accessa deuotio, illuminata est charitas, iustitia resplenduit. Hoc igne in flammavit corda Apostolorum suorum, sicut testatur Cleophas dicens: b Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, cum aperiret scripturas?

b Luc. 24. 32.

Alae igitur ignis in flamma scripturae sunt diuinae. Denique aperiebat scripturas, & ignis exibat, at-

Charitatis pretium aequatum est sola charitatis.

mus persecutionum, cruciatum, ac ærumnarum, A vt satis patet ex principio Psalm.68. In secunda vero parte, Si dederit homo, &c. è vestigio exinde eadè celebratur: quod tam preciosa sit, vt cū habetur, nec vniuersis opibus emi queat, quippe quæ haud aliud habeat pretium sibi adæquatum, quam parem dilectionem, cetera namq; omnia ad eius comparationem quasi nihil æstimanda sunt.

Paraphrasis.

Ac si sponsus de suamet dilectione erga sponsam verba faciens, prout in præcedentibus, dicat.

Qua vero tui flagro charitate, eius est roboris, vt nec grumnis multis, nec maximarum persecutionum impetu extinguui, aut opprimi poterit vniquam. Quidni autem omnibus neruis illegsam feruare studeam.

Quidni & tu per eius lampades, flammæve pari non accendaris dilectione erga me: cū dilectio ipsa tãti sit pretij, vt quicquid pro illa dederit quis, etiã si totam substantiam domus suæ, etiam si vitam ipsam suã, quasi nihil illi despicietur.

Paraphrasis alia.

Seu, cū, si me mutua non prosequaris charitate, quicquid pro dilectione ipsa mea exhibueris, quasi nihil id omne, etiã si tota substantia, etiã si vita quoq; tua id sit, despicietur à quolibet: quãdoquidem exploratissimū cuique est, dilectioni præter parem dilectionem non adæquari pretium aliquod.

Vt adhuc persistatur in persuasione eius, quod in toto præcedeti vers. 6. dilectæ suæ suadere obnixus est sponsus, vt poneret ipsum super cor suum sicut signaculum, & vt signaculum super brachium suum.

Secundus sensus.

Quod si idè sponsus non tam de dilectione propria, quam de dilectione eiusdè sponsæ, quam alloquebatur, in superioribus locutus sit, vt fieri posse ostēdimus, & hic pariter de eadè loquatur, illamve adhuc euehat, vt exinde magis in eo illã confirmet; vt teneat ipsum super cor, & super brachium suum veluti signaculum: Æque erit, ac si dicat.

Paraphrasis.

Fortem sicut mortem noui dilectionem tuam, emulationemque, & vehemens, quo pro me sollicitus es, studiū durum tibi esse instar inferni, sat mihi est exploratum: Compertissima mihi quoque sūt dilectionis, & æmulationis huius tuę indicia: Noui, nec multis grumnis, persecutionibus, atque molestijs, quas pro me subire tibi contigit, vel tantillum opprimi illam potuisse. Cur ergo me non ponas super cor tuum vt signaculum, remque charissimam, cum quicquid aliud mihi exhibueris loco dilectionis, quã vnã à te exquiro, quasi nihil despicietur à quolibet?

Tertius sensus.

Dici quoque non incongrue posset, per hæc à sponso eidem dilectæ suę significatū, è quibus potissimū indicijs certior de eius dilectione ab illa sit factus: cumque ea multas pro ipsius emulatione, & charitate sustinuerit molestias, multisve cōfecta sit grumnis, simulq; ipse multis ab illa donatus sit muneribus, inde potius tutiora desumpsisse se ait validissimè dilectionis eius argumenta, quod grumnas, molestiasque, & persecutiones ita pro ipso sustinuit, vt nec multis tribulationum aquis extincta sit eius erga ipsum charitas, nec per flumina insurgentium aduersum se persecutionum opprimi illam siuerit: Ac si dicat.

Paraphrasis.

Hiscè lampadibus quã maxime mihi tua innotuit dilectio, quod haud extincta est aquis multis, nec fluminibus ipsis oppressa: Nam munera alioquin vniuersa, etiam si detur omnis substantia domus, in comparatione prædictæ charitatis quasi nihil despiciuntur.

Quartus sensus.

Quod si de dilectione in genere & hic verba fiãt, sicut & in præcedentibus, optimus ille est sensus, qui est communior, vt ita illa commendetur ex duplici parte: Primo ex robore, vtpote quæ nedum sit instar ignis, vt in præcedentibus significatum fuerat, verum etiam ipso igne sit fortior multo; quandoquidem & ignis extinguatur per aquas, illa tamen nec multitudine aquarum extinguui, nec flumi-

num impetu opprimi queat. Secundo vero ex præstantia, & incomparabili pretio, quod tale, tantumque est: vt, etiam si homo pro illa dederit omnè substantiam domus suæ, totum id pretij in illius comparatione quasi nihil is ipse despiciet.

Quamquam & id quoque dici admodū probabiliter posset, per vtrumque membrum hic euehi robur veræ dilectionis: Cum enim duobus medijs vti homines soleant, vt quem ab illa abstrahant; vel molestijs nimirum ac persecutionibus, vel blanditijs, atque muneribus: contra vtrumque medium validissimam eam esse, significat sponsus. Siue enim inquit, multa molestiarum aquæ in illam iniiciantur, fluminumque impetus contra eam irruant persecutionum, ipsa nec extinguitur tantillum, nec opprimitur. Siue homo quis æmulator illius pro ea, vt nimirum eum, qui ipsa affectus est, ab illa abstrahat, omnem dederit domus suæ substantiam, quasi nihil id omne ab illo despicietur, qui bene in illa radicatus est.

Ex versione Sept. & sextum colligere licet sensū què affert & Theodoricus, & Ambrosius, vt videre est in Appendice.

Quintus sensus. Charitas nec terroribus, nec blanditijs superatur.

Verf. VII. cap. VIII. Aqua multa non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam. Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.

EXPOSITIO II.

De prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

Quod multæ, quæ Christum circumdederunt, tribulationum aquæ, quando passionis tempore lampades coruscant charitatis illius, lampadesque æmulationis eius in magnas succensæ sunt flammæ, atque impetus fluminum dolorum, & cruciatum, eandem illius charitatem, instar ardentissimæ fornacis in eius corde succensæ nec extinguere, nec obruere quauerint, quæ vulnerato ipsius latere etiam post emissum spiritu exiuit aqua cum igneo admista sanguine, sat confirmat: atque adeo dilectus eiusdem Christi discipulus, qui, cum super pectus illius recubuit, interna illius fornacis sensit ardorem, factum id describens, testem se exhibet de visu, & testem (vs dici solet) omni exceptione maiorem: Sic enim ait: a Sed vnus militum læcæ alatus eius aperuit (vt nimirum quæ super eum inundauerunt aquæ, foras erumperent ab ipso eius charitatis calore succensæ, ideoque illico subdit) & continuo exiuit sanguis, & aqua. Et qui vidit, testimoniū perhibuit, & verum est testimoniū eius: & ille scit, quia vera dicit, vt & vos credatis.

Porro, quod nulla alia re tãta Christi charitas cōpensari possit, præter quam charitate simili, idè ipse contestatus est dilectus eius discipulus in sua prima epistola, dicens: b In hoc cognouimus charitatē Dei, quoniam ipse animã suam pro nobis posuit: subditque cōpensationem æquivalentem: Et nos debemus pro fratribus animas ponere.

Quod aurum omne, omneque argentum, quæve pretiosissima sunt in domus nostræ substantia, quasi nihil despiciantur respectu eiusdem charitatis, quæ vna compensari duntaxat potest charitate, haud obscure contestatur Petrus Apostolorum Princeps in prima item sua epistola, vbi ait: c Scientes, quod non corruptibilibus auro, vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi & incontaminati, effuso nimirum per illius charitatem, subdensque post nonnulla, quomodo tantæ correspondere debeam us charitati, quidve æquivalens tam pretiosæ

Primus sensus Charitatem Christi haud extinguuisse per passionem, & mortem.

a Ioan. 19. 34.

Charitas Christi compensari non potest alio, quam charitate. b 1. Ioan. 3. 10.

c 1. Petr. 1. 18. & 19.

pretiosae charitati Christi exhibendum a nobis sit, ait: *Animas vestras castigantes*, id est, casto amore ei iulibatas seruantes: quod melius explicat, addens, *in obedientia charitatis*, id est, exhibentes animas vestras, vt eius sponsas puras ipsum vnum diligentes, eique ex vera charitate vt vni dilecto obedientiam praestantes. Et quia charitas Dei vera & ad proximum se extendit, addit, *In amore fraternitatis, simplici ex corde inuicem diligentes attentius*. Quod denique quicquid vel externarum substantiarum exhibetur absque charitate, vel etiam si vita ipsa exponatur sine illa, quasi nihil id omnē ab ipsa Dei charitate, seu ab ipso despiciatur Deo vulgatissimo illo Pauli testimonio comprobatur: *Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.*

1. Cor. 13. 3

Vers. VII. cap. VIII. Aqua multa non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam. Si dederit homo omnem substantiam domus suae pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.

EXPOSITIO III.

De secunda Sponsa, quae est Anima Iusti.

31
Tertius sensus.
Ob opera misericordiae datur regnum caelorum.
a Mat. 25.
34

Tametsi misericordiae opera tanti apud Deum aestimentur, tanto ve sint in pretio, vt Dominus noster Iesus Christus ijs potissimum in die iudicij largiturum se dicat Regnum Dei, qui effusione substantiae suae hisce illud emerint operibus: segregatis quippe à damnatis dicitur se ait: *a Venite benedicti Patris mei, percipite Regnum: quod vobis paratum est ab origine mundi*: subdensque pretium, pro quo illis paratum id est, ait: *Esuriui enim, & deditis mihi manducare, sitiui, &c.* Nihilominus in hoc Cantico, vbi ab eodem Christo Iesu non tam vt iudice, quam vt sponso animarum, encomia profertur charitatis, cui certe vni vt vinculo totius perfectionis, & plenitudini legis Regni, & corona debetur gloria: tanti ab illo fiunt ea eiusdem charitatis indicia, quae ex pia anima habet, quando illa tribulationibus, & grūnis, persecutionibus, & cruciatibus subiecta, nequaquam ab illis opprimi se sinit, fortissimam erga illa omnia se exhibens, instar ignis flammaram, adeo magnarum, & fortium, vt nec aquis multis extingui, nec fluminibus opprimi queat. Tanti inquam, haec à se fieri, inquit, vt opera illa misericordiae in eorum comparatione quasi nihil esse videatur: non quod reuera sint nihil: cum & propter illa detur Regnum caelorum, vt dictum est, sed quod habeantur quasi nihil in illorum comparatione. Quod quam verum sit, exinde facile est probare, quod ab eodem Domino dictum aliquando fuit: *b Regnum caelorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.*

Operibus misericordiae praefertur patientia in tribulationibus.

Pati est gratius Deo, quam operari pro ipso.

b Mat. 11. 22.

Sane enim si exactius disquiramus, quinam isti sint violenti, hosce illos esse reperiemus, qui instar vehementissimarum flammaram fortissimi sint aduersus ærumnarum aquas, persecutionumque impetus. Ideo namque Paulus in charitate fortissimus, c *Placeo mihi, inquit, in infirmitatibus meis, in necessitate, & angustiis. cū enim infirmor, tunc potens sum.* Ac si dicat: Robur meum in eo potissimum probo, quod ærumnis pressus, minime opprimor, prout sibi significatū acceperat à Domino ijs verbis: *d Virtus, id est, robur, & fortitudo, in infirmitate perficitur.* Quae apertius explicauit & sapientissimus Salomon, cum in libro Proverbiorum dixerit: *e Melior est patientis viri fortis: Quando qui fortis est in agendo, etiā si misericordiae agat opera, quibus paratum vidimus regnum caelorum, venit in comparatione*

c 2. Cor. 12. 11.

d 2. Cor. 12. 9.

e Prov. 16. 32.

Atem cum viro forti item in patiēdo, & tolerandis tribulationibus pro charitate Dei; cum viro, qui non exandescat in ærumnis, & persecutionibus aduersus eos, qui ipsum persequuntur, tunc certe apparet patientem ipsum esse valde, illo altero fortioem: hoc enim significat vox *melior*, prout declaratur per subsequētia: *Et qui dominatur animo suo, expugnator urbium*, scilicet melior, & fortior est. Et bene; quia vt ait Greg. hom. 35. in Euangel. in expugnatione urbium extra sunt, quae vincuntur; in patientia vero, & tolerantia internus vincitur hostis, fortissimaque possessione propria obtinetur anima charitate insignis, quam alioquin extingueret, & opprimere satagunt potestates renebrarum.

Greg. Pap.

B Propterea & Dominus in Euangelio, cum dixisset, *f Trademini a patribus, & fratribus, & cognatis, & morte afficiet ex vobis, & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum*, subiicit. *In patientia vestra possidebitis animas vestras.*

Luc. 21. 16

Porro, sicut ijs exhibetur Regnum caelorum, qui per opera misericordiae externa, quae possident, ex charitate largiuntur: Ita & multo rationabilius idem ijs competit, qui animam suam, quam per patientiam possident, ex eadem largiuntur charitate.

Patientia tribulationis potissimum est regni caeli praesidium.

Quamobrem si dicere id liceat, quod conijcio, exinde ipse argumentum sumo veritatis huius sententiae: *Aqua multa non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam, si dederit homo, &c.* iuxta tertium litterae sensum accepta: Vnde in principio huius expositionis è vestigio argumentum desumi videbatur aduersus illam ex eo, quod in die iudicij, se iunctis iustis à peccatoribus, datur à Christo iudice regnum caelorum pro operibus misericordiae, nulla mentione facta patientiae, & ostensionis charitatis per tolerantiam ærumnarum.

Enimvero ij, quibus propter opera misericordiae dandum est regnum caelorum, ad iudicium venient, vt iuxta singulorum merita pro mercede id detur regni praemium, quod operum suorum valore adepti fuerint: At ijs, qui fortes extiterint in tolerandis tribulationibus ob Iesu æmulationem, quae ea praedita extiterint charitate, vt lampades eius, lampades fuerint ignis, atque flammaram, quas *aqua multa extinguere* nequiverint: *nec flumina* perfectionum potuerint opprimere; cum & violenti caelorum regnum rapuerint, haud tam vt merces, quae vt tuta possessio illud obuēnit: nam sicut per patientiam possederunt animas suas, ita per eandem possident regnum caelorum, sicut illud possident tuto, vt haud vt iudicandi in extremo iudicio recenseantur, quin potius vt iudices, tanquam veri, & securi possessores vna cum supremo iudice, & tunc Rege sedentes super thronos, opera ipsa examinaturi illorum, qui instar ouium segregabuntur ab haereticis: Quod profecto dicere non auderem, nisi id per supremum ipsum iudicem dictum accepissem in Euangelio, vbi haec ab illo habita sunt: *g Vos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis: & ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus, Regnum: vt edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo. & sedeat is super thronos iudicantes duodecim tribus Israel.* Haecue est ratio, propter quam Sancti de nullo opere gloriandum sibi putant, quantumuis magno, quantumuis eximio; cū tamen hoc vnum gloriae sibi aestimandum & censent, & libere fateantur vna cum Apostolo dicentes: *a Nobis autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, id est, nisi cum per ærumnarum tolerantiam Christo confixi sumus cruci: b Si gloriari oportet, quae infirmitatis nostrae sunt, id est, quae ad ærumnas nostras, & persecutiones sunt gloriabimur.*

Patientes pro Christo in die iudicij sedebunt cum illo vt iudices, & caeli possessores.

F Vnum, quod circa hunc sensum sane pulcherrimum hac in sententia aliquid ingerit difficultatis, est verbum *despiciet eam*. Si enim diceretur, *quasi nihil contempsit eam*, scilicet substantiam in misericordiae opera effusam, bene omnia se haberent ea ratione

g Luc. 22. 28.

Pati pro Christo gloriosius sibi putant sancti quam operari pro eodem. a Gal. 6. 14 b 2. Cor. 12. 30.

Opera bona despiciet diabolus, cum non videt quem pati pro Christo

intellecta, qua eadem explicauimus, sed non video, aut opera illa, quibus cælorum Regnum dari ostēdimus, despici dicantur, & efficacius iuxta Heb. & Sept. despici despectione.

Facile tamen ab hac nos expediemus difficultate, si dicamus, rectè à nostro Interprete, quod obdurius dicebatur in plurali, *despicient*, clarius redditum, *despiciet*, in singulari: vt intelligeremus apud Satanam ea despectui haberi, de quo Dominus apud Isaiam ait: *c Despexit te, & subsannauit te, virgo filia Sion.*

c' Isai. 37. 22

Pati pro Christo maxime formidolosum diabolo, qui alioquin opera despicit.

Hoc est enim proprium Satanæ, eidemque admodum consuetum, vt quælibet despiciat opera, quæ à iustis fiunt: tamen si per idvnum confundatur, quod fortes illos aduertit in tribulationibus pro Dei emulatione perpessis: quodve in illis lampades æmulationis fulgentes aspicit, *Lampades ignis atque flammarum*, quibus intelligit, illorum charitatem nulla vi tribulationum posse extinguere, nullove persecutionū impetu posse opprimi: Id quod is patefecit in Iob, quem licet multis insignem operibus præsertim misericordiæ, vt colligitur ex ijs eiusdem Iob verbis:

d Iob 29. 15

e Iob 1. 7.

d Oculis suis cæco, & pes claudens. Pater eram pauperum, &c. contēptui nihilominus habuit. & quasi nihil ea omnia despiciens, minimè eum considerandum à se putauerit; ita vt quasi id illi exprobrans Deus, dixerit ei: e Numquid considerasti seruum meū Iob, quod non sit ei similis super terram? homo simplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo. Quibus ille ea omnia despiciens, respondit: Numquid Iob frustra timet Deū? Nonne tu vallasti eum, &c. Sed excede paululum manum tuam, & tange cuncta, quæ possidet, nisi in faciem benedixerit tibi. Ac si dicere voluerit: Id vnum reputo optimum æmulationis, & sanctitatis indicium, si eius charitas non extincta sit aquis ærumnarum: Hoc hucusque non percepi in eo, idcirco illum vt despectum minime considerauī: Tange eum tribulationibus, tuncve eum considerabo.

Quod itaque hisce, *Lampades eius lampades ignis atque flammarum: aqua multa non potuerūt, &c.* hoc loco ait sponfus ad piam animam iuxta hunc tertium sensum, tale est.

Paraphras. sis.

Inde & mihi, & ceteris. quin & ipsimet satanæ maxime est exploratum robur tuæ erga me dilectionis, & emulationis, quod charitatis tuæ flammā nec multa tribulationū aqua valuerunt extinguere, nec impetus instar fluminum rapidissimorum vehementissimum persecutionum eandem in te potuerunt opprimere: Nam certe si homo quilibet vel in misericordiæ operibus, atque pro charitate deditit omnem substantiā domus suæ, Satan ille despector, & subsannator bonorum operum quasi nihil vniuersam illā despiciet substantiæ largitionem.

Secundus sensus. Memoria Dei actualis præstantissimæ charitatis effectus. f Psal. 15. 1. g Cant. 8. 6

Iuxta sensum secundo loco allatum in littera, peregregius est locus iste ad amplificandam excellentiam illius effectus charitatis, quo Deus iugiter in memoria habetur, atque ob oculos, quem se habuisse significauit Propheta, vbi dixit: *f Providebam Dominum in conspectu meo semper, quoniā dextris est mihi, ne commonear: quemve tantopere à nobis Deus exposcit, vt visum est, vbi dixit: g Pone me vt signaculum super cor tuum, &c.* Amplificatur autem peroptime, cum præferatur etiam affectibus eiusdem charitatis præstantissimis, vt effusiois substantiæ in elemosynas, necnon & obsequij corporalis Deo exhibitij per totam vitam, iuxta versionem Sept. quæ habet: *Si dederit homo omnem vitam suam, &c.* Sic quod dicitur pro charitate, intelligendū est de charitate actuali, quæ prædicto eius effectui semper adiuncta est: cū qui huic studet, vt iugiter Deum ob oculos habeat, ei quoque studeat operæpretium est, vt eundem actualiter diligat, h benedicens illum in omni tempore semperque illius laudes in ore suo habens, prout facile faciebat idem Propheta, qui iam dixerat: *i Providebam Dominum in omni tempore: cumque vestigio multi sint, qui largissimas profundant elec-*

h Psal. 33.

i Psal. 15. 8

tionem, nihil de Dei cogitantes dilectione, quin & sapius in peccato existentes, & ab illius charitate alieni ad ipsum sapius contingit ijs, qui pro toto vitæ suæ tempore Deo se emanciparunt eiusdemque indulgent seruitio.

A mosynas, nihil de Dei cogitantes dilectione, quin & sapius in peccato existentes, & ab illius charitate alieni ad ipsum sapius contingit ijs, qui pro toto vitæ suæ tempore Deo se emanciparunt eiusdemque indulgent seruitio.

Verf. VII. cap. VIII. *Aqua multa non potuerūt extinguere charitatē, &c. Si dederit homo omnem substantiam domus suæ, &c.*

EXPOSITIO IV.

De tertia Sponsa, quæ est B. V. Maria.

Amplificat in his mirum in modum celestis sponfus Gloriosæ Virginis charitatem illam, qua orat pro peccatoribus, & in primis pro Iudaico populo, necnon & pro ijs, qui ipsam blasphemijs insectantur, peccatis laessunt, quive contra ipsius deuotos persecutiones ciēt, quæ omnia recte subaquarum multarum metaphora designantur, iuxta illud, *k Aquæ multæ populi multi: & sub metaphora inundantium, rapidorumque fluminum: Vt sensus sit.*

5 Mariae charitas maxima in eo, quod orat pro suis persecutoribus.

k Apoc. 17. 15.

Veluti accensis lampadibus ijsve instar flammarum excelzarum tuæ vndique conspiciuntur præstantissimæ charitatis indicia: At eo præcipue, quod nec populi aduertum in insurgentes, aut impetus hæreticorum, qui te, tuosque, persequuntur deuotos, charitatem istam vel tantillum extinguere, vel etiam ad tempus opprimere potuerunt, quin & preces pro illis fundas.

Paraphras. sis.

Sane tantum est istud tuæ charitatis specimen, vt vel si totam substantiam domus suæ, vel etiam si totam vitam suā quis dederit, quasi nihil id omne despiciatur à quolibet in comparatione eius.

Verf. VII. cap. VIII. *Aqua multa non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam. Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.*

Appendix Expositionum, Ex Antiquis Patribus collecta.

Paraphras. sis. Dixit Dominator sæculi populo suo domui Israēl: quamuis congregetur omnes populi, qui comparati sunt aquis maris, quæ sunt multæ, non poterunt extinguere miserationes meas à te: et si cōgregati fuerint omnes Reges terræ, qui comparati sunt aquis fluminis, quod defluit cū impetu, non poterunt euellere te à sæculo: Et si dederit vir omnem pecuniam domus suæ, vt possideat sapientiam in captiuitate, ego reddam ei duplū in sæculo venturo: & omnis præda, quam deprædabitur de castris Gog, ipse erit.

6

Prima istius sententiæ pars. *Aquæ multæ non potuerūt, &c.* cōmuni Patrum omnium consensu omnimodam designat inuincibilitatem charitatis, quæ nec multis tribulationibus, grauiissimisque persecutionibus, nullove tentationum impetu superetur, quādo perfecta ea sit; vt locus iste sit similis ei, quod dicitur ab Apostolo: *a Quis nos separabit à charitate Dei? &c. Certus sum, quia neque mors, &c.* prout declaratū à nobis est in prima expositione.

a Rom. 8. 35

Ita Hieronymus libr. 14. in cap. 47. Ezech. vbi legit: *Aqua multa non poterit restringere charitatem, & flumina non demergent eam: Idemque libro 4. Comment. in cap. 24. Matth. Ita Ambrosius ferm. 19. in Psal. 118. versic. 4. & ser. 2. vers. 5. necnon & lib. 1. de Iacob,*

Hieron.

Ambros.

Cassiodor. Jacob, cap. 27. ac libro item 2. de Jacob, cap. vltim. A
Greg. Pap. Theodoritus, Tres Patres, Cassiodorus, Gregor.
Theodorit. Papa, Philo Carpathius, Iustus Orgelitanus,
Tres Patr. Aponius, Beda, Rupertus Abbas, atque Ansel-
Philo Carp. mus.
Iust. Orgel.

Altera vero pars, *Si dederit homo, &c.* tribus mo-
Aponius. dis exposita à Patribus reperitur: Quidam enim eam
Beda. explicant per illud Apostoli. b *Hæc omnia arbitratus*
Ruper. Abb. *sum vt stercora, vt Christum, id est, eius dilectionem,*
Anselm. *lucrifaciam; vt significetur, eius esse pretij charitatē,*
b Phil 3.8. *vt cum quis pro ea acquirenda dederit omnem sub-*
Cassiod. *stantiā domus suæ, nil se dedisse videatur.* Ita Cassio-
Greg. Pap. dorus, Greg. Papa, Beda, Anselm. & Rupertus,
Beda. tametſi Rupertus non tam de acquirenda dilectione
Anselm. per omnem substantiam, quam de eadem non amit-
Rupertus. tenda, vel si omnis amittenda sit substantia, hic ver-
Aponius. ba fieri censeat, ac si dicatur: Tanta illi inest dile-
 ctio verbi, vt in comparatione talis margaritæ nihili
 faciat, & despiciat omne, quod toris auferri
 potuit. Simili fere sensu Aponius: Si quis in dilecti-
 one incedat, nec periculum cogitat, nec si dederit
 omnem censum domus suæ, sentit.

Alij arbitrantur, hic significari nullius rei vel
 operis quantumvis eximij haberi rationem, si dile-
 ctio ipsa desit; vt quod hic dicitur, simile sit ei, quod
 dicitur ab Apostolo: c *Si distribuero in cibos pauperum*
1. Cor. 13. *omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita vt*
3. *ardeam: charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.*

Ita Philo Carpathius, Iustus Orgelitanus, Apo-
Philo. nius, & Beda, qui cum legit, *despiciet eam,* id refert
Iustus. ad supremum iudicem, ac si dicatur: *Si dederit homo*
Aponius. *omnem substantiā domus suæ pauperibus pro dilectione,* id
Beda. est, pro eo vt diligeret, *quasi nil dederit, ita despiciet eū*
 Iudex, qui cor eius à dilectione vacuum esse conspi-
 cit. Cum legitur, *despiciunt eam,* Aponius id refert ad
 Angelos Satanæ, qui in die iudicij prædicta omnia
 despicient, si charitas desit in nobis.

Qui versionem exponunt Sept. quæ sic habet,
Mundus *Si dederit vir omnem vitam suā in charitate, despiciet eum:* contrario superioribus sensu existimant;
despiciet eos *per hæc significari, ita ab iniquis floccifieri charita-*
qui ob cha- *tem, vt & eos irrideant, qui ob illam se, suaque im-*
ritatem se, *penderint. Qui victum, ait Theodoritus, fortunas, ac*
ſuaque de- *vitam denique profuderit pro charitate, eum con-*
dunt Deo. *temnent, & pro nihilo ducent ij, qui sunt charitate*
Theodorit. *spoliati, ac nudi, iuxta illud Pauli: d *Maledicimur, &**

1. Cor. 4. *benedicimur: persecutionē patimur, & sustinemus, blasphemamur*
13. *& obsecramus; tamquam purgamenta huius mundi facti*
sumus omnium peripsēma vsque adhuc.

Eodemque sensu Ambros. serm. 21. in Psal. 118.
Ambros. *verf. 5. Quoties, inquit, benefacta crimini dantur:*
 quoties virtus opprobrio ducitur: quoties ipsa ingra-
 ta est gratia. Vendidit iustus facultates suas, dispen-
 savit pauperibus, nihil sibi reliquit, contemnitur
 plerumque in ipsa Ecclesia: facta diues esse desijt,
 sicut scriptum est: *Si dederit vir omnes facultates suas in*
charitate, contemptu contemptus erit.

Tres Patres apud Theodoritum ad dæmonēs re-
Tres Patres. ferunt, quod dicitur, *despicient eum:* ac si Christus di-
 cat. Si quis propter suam in me charitatem omnia
 bona sua pauperibus distribuerit, aduersarij potesta-
 tes eum aspernabuntur, eo nimirum contemptu,
 quo Iob, omnibus illi diuitijs ademptis, ita despex-
 erunt, vt eum à me per carnis dolores explorandum
 flagitantes, etiam amicos, ad ipsum contumelijs ve-
 xandum, incitarint.

Verf. VIII. c. VIII. Soror nostra parua,
& vbera non habet: quid faciemus
sorori nostra in die, quando alloquen-
da est?

EXPOSITIO I.

Iuxta sonum litteræ.

DVo sunt, quæ in præsentis loci explicatione nõ
 exigua mihi ingerunt difficultatē: Alterū in
 dijudicando, a quonā hæc fuerint dicta: Alterum in
 definiendo, ad quid dicta fuerint, quidve cōnexionis
 habeat cum superioribus. Neque enim probare pos-
 sum, quod à Francisco Titelmano, & alijs asseritur,
 carmen nouum in hilce exordij ob eandem, quam
 & supra attuli rationem ex necessitate præfiniti nu-
 meri Actuum distinctorū in carminibus dramaticis,
 quale hoc nostrum est. Vnde & pro certo statui to-
 tum id, quod in hoc extremo capite continetur, ad
 quintum, vltimumque actū vnum pertinere. Quod
 verò & hæc ad præcedentia spectent, patebit, vt pri-
 mum statuerimus, cuiusnam personæ ea sint verba.
 Neque enim ex textu, vel ex aliquaversione collige-
 re id licet, ideoque tot hæc in re sūt opiniones, quot
 fere sunt expositores. Sunt quippe, qui sponsæ; sunt
 qui sponsi, suntve, qui & sociarum sponsæ ea esse cē-
 sent, idque diuersimode. Inter complures autem
 exponendi rationes tres sūt potiores, & dignæ, quæ
 hoc loco afferantur, tametſi earum nulla meum
 omnino sedet animum.

Prima, quæ colligitur ex S. Ambros. serm. 12. in
 Psal. 118. verf. 8 prout videre licet in nostra appē-
 dice, vt hæc verba sint sociarum sponsæ, quærentium
 differre tempus nuptiarum illius, atque adeo
 exculantium immaturam eius ætatem. Enimvero,
 cum ex præcedentibus collegissent, sponsum, qui
 hucusque sponsalia duntaxat cum ipsa contraxerat,
 velle iam nuptias celebrare, atque è domo paterna
 eam traducere in domum propriā, moleste ferentes,
 illam ab ipsis seiungi quā maximopere diligebant,
 hæc ipso audiente sponso sibi inuicem colloquun-
 tur. Nititurque sensus iste in more quodam, quem &
 nostris hisce temporibus, præsertim in quibusdam
 rusticorum opidis obseruare est, vt vel multo ante
 sponsalia contrahantur de futuro, vel post aliquod
 temporis interuallum à matrimonio ipso contracto
 nupte à viris traducantur, nuptiarumque celebretur
 dies: cuius moris meminit & S. Augustinus libro 8.

E Confess. cap. 3. his verbis: Institutum est, vt iam pa-
 træ sponsæ non tradantur statim, ne vilem habeat
 maritus datam, quam non suspicauerat sponsum dila-
 tam. Nititur quoque idem sensus in modo ipso lo-
 quendi, cum in plurali dicatur, *soror nostra:* atamen
 postremum istud exigui est momenti, cum satis su-
 perque pateat, vt & vnus, seu vna pluraliter loqua-
 tur in prima persona. Nec probare possum, quod as-
 seritur, nunc proponi sponsum qui velit sponsam in
 domum propriam traducere, nuptiasque celebrare,
 cum in cap. 2. ipsa serm. sponsa contestata sit, se nedū
 desponsam, sed & ductā à dilecto suo, tum vbi dixit,

Sub vmbra illius, quæ desideraueram, sedi, & fructus eius
dulcis gutturi meo, iuxta sensum à nobis in prima eorū
expositione allatum; tum in subsequētibz ijs: Intro-
duxit me Rex in cellā vinariam, ordinauit in me charitatē,
prout ibi videre est, præterquam quod & ex multis
alijs huius Cantici locis idipsum arguatur manife-
ste. Nec id pariter probare queo, quod à sociabus spō-
sæ huiuscemodi prætexta sit excusatio nuptiarum
ex pusillitate staturæ, atque vberum ipsius spō-
sæ, cum hoc ipso actu, in præcedenti cap. 7. eadem-
met sponsa proceritate potius staturæ, atque ex vbe-
rum tumore insigni sit encomio celebrata, vt vidi-
mus, vel à choro toto harummet sociarum sponsæ,

b Cant. 7.7 vel ab vna saltem earum, vbi dicebatur : b *Statura tua assimilata est palmae, & vbera tua botris.* Omitto alias rationes, quibus ab hoc primo auertor sensu.

2 Meliorem sane cenfeo sensum alium, quem affert Legionensis, sequunturq; & Hierony. Almonacynus, & Martinus Del Rio, sponsam potius de sororcula sua hic loqui, arbitantes, vt illa, cum à dilecto suo significatum accepisset se iugiter in eius memoria, atque præ oculis haberi velle ab ea, tacendo ipsius assenserit petitioni, ac intra se dixerit: Hoc mihi curæ erit: intelligo namque in eo omnes spes, omnesque fortunas meas versari: At tu vicissim sororem meam curato, cuius me imbecillitas, & solitudo sollicitat. Soror, ait, *nostra parua*, pusilloque est corpore, & quod deforme in foemina habetur, depresso est pectore, & vberibus: quare prouideamus oportet, quid facto opus sit in die, qua alloquenda est, vt scilicet collocetur: Vel vt est in Hebræo, in die, quando fiet sermo de ea, scilicet collocanda.

Subdit Legionensis, Salomonem hæc intulisse imitatum communis vitæ morem: quia in ipsis nuptiarum festis diebus solent nouæ nuptæ, si quas habent sorores natu minores, vel ipsis audientibus sermones quosdam iacere de earum collocacone, & futuro matrimonio: Vel quia iam sua sorte contentæ sororum eas curafollicitat: Vel cerre ratæ id, quod sæpe euenit, ipsas natu minores sorores inuidencia, & cura morderi.

Licet autem istum sensum multo cenleam meliorem, quam primum, ob id tamen cum omnino non probo, quod incongruum mihi videatur, vt que in hoc Cantico sponsa proponitur prudentissima, summoque erga dilectum suum flagrans amore, audito eiusdem dilecti sui desiderio, quod id potissimum ab ea afflagitauit, vt ipsum vnum poneret super cor, ac super brachium suum tamquam signaculum, perceptisque immensis charitatis viribus è vestigio statim eidem significet, sollicitudinem ipsam suam esse potius de sorore, quam maximopere diligebat, & de cuius coniugio maxime erat anxia: eum è contra, si prudenter respondere præcedentibus voluisset, prudentiamque suam, & mutuam in sponsum dilectionem eidem patefacere, ipsum vnũ sibi esse cordi, significare, eique vnam se, suaque dedere debuisset.

Ideo cum comuniori Patrum sententia sponsi hæc verba existimo, relata tamen nunc à sponsa ipsa, quæ ab illo iam ex tunc prolata acceperat, cum adhuc pusilla esset, & nuptijs immatura: Neque enim arbitror, in præsentiarum ab illo hæc haberi potuisse, qui sæpius in præcedentibus vbera celebravit sponsæ, & cui sponsa ipsa in fine cap. 7. hoc eodem Actu dixit: a *Ibi dabo tibi vbera mea*: præsertim cum ab eadem sponsa in contrarium immediate subijciatur; b *Ego murus, & vbera mea quasi turris.* Ex quibus ipsis verbis suadeor, vt nec eum admittam sensum, quem iuxta aliquorum sententiam tefert Soto Maior, quove vt ironice hæc dicta sumuntur, & per translationem, ac si à sponso dicatur: Soror, sponsaque mea, perinde est innocens, & simplex, modesta, atque sincera, ac si paruula esset adhuc, & vbera non haberet: Ex prædicta siquidem eiusdem sponsæ responsione lat manifeste conuincitur, hæc non tam ad ipsius simplicitatem, & innocentiam commendandam, quam ad immaturam eius ætatem contestandam, habita fuisse: id quod apertius indicat, quod adijcitur: *Quid faciemus sorori nostræ in die quando alloquenda est, vel fiet sermo de ea, scilicet matrimonio copulanda?*

Existimo igitur, sponsam, postquam dilecti sui eam audiuit efflagitationem: c *Pone me vt signaculum super cor tuum, &c.* cum præstantissimo eo dilectionis encomio, *Quia fortis est vt mors, &c.* quæ omnia immediate ijs subiecta fuerant, quibus idẽ eius dilectus initia recensuerat mutui ipsorum amoris, dicens: d *Sub arbore malo suscitanti te, &c.* admodum consequen-

ter tria illa significare in tota hac oratione, quam in hoc versu cœptam persequitur vsque ad verba illa vers. 13. *Quæ habitat in hortis, &c.* Vbi enim id incipit in vers. 11. & sequi. *Vinea fuit pacifico, &c.* se suaque illi seruata exhibet. Perid, quod in vers. 10. ait. *Ego murus, &c.* Palam ei facit, atque adstantibus, quomodo, quicquid in se habet eximij, id omne ab illo recognoscat, illive ferat acceptum. Tertio, & de eo pariter ipsum reddit cretorem; quod iam ipsum poluerit, vt signaculum super cor & super brachium suum, cum iugiter eum, & ob oculos habeat, & in corde vt signaculum, & anulum desponsationis suæ, iugem eiusdem desponsationem, eorumve, quæ per illum ante desponsationem ipsam in se prouenere amoris indicia, seruans memoriam. Porro ab hoc postremo exordiens in hoc versu per mimesim ita illi respondere videtur.

Adeo mihi tua perspecta est in me charitas, adeo mihi es cordi; adeo tui in me amoris initia meæ impressa sunt menti; vt nedum illud recolam, quod me grædæuiorem sub arbore malo suscitasti, atque spõsasti, sed & id quoque, quod, cum adhuc pusilla essem, adeo erga me eras affectus, vt diceres aliquando, *Soror nostra est parua, & adhuc immatura nuptijs, depresso pectore, & vberibus.* & quasi impatiens dilationis connubij subijceres. *Quid faciemus sorori nostræ in die quando alloquenda est pro nuptijs contrahendis?* plane significans, optasse te ratione inuenire, vt pusillam redderes magtriã, talemve me efficeres, vt nuptijs iam ex tunc statura, atq; vberibus apra viderer.

Hic mihi videtur germanus istorum sensus, quem confirmat quam maxime lectio Quintæ editionis antiquissima, habes, *adid ph ucton et uicid, ucti masdus oib ihus*, id est, *Soror nostra es parua, & vbera non habes.* Neque vero molestiam ingerere nobis debet sororis vocabulum; cum iam & in superioribus ab eodem sponso soror, & sponsa sæpius sit appellata. Nec numerus pluralis nostra, huic repugnat sensui: iam enim dictum est, tantumdem esse, soror nostra, ac soror mea: In Hebræo est, *Soror nobis parua, & vbera non ei: quid faciemus sorori nostræ in die, שׁוֹרֵרַת פָּרוּאָה וְעֵבֶרֶת לָהּ בַּיּוֹם הַהוּא* scieidubbar, *qua loquetur, pãsiue (si dici possit) qua sermo fiet, הַבַּיּוֹם הַהוּא* ut habent Sept. & phrasis Hebraica, qua designatur tractatus cõnubij, quando super puella, que nuptui tradenda est, multi habentur sermones de conditionibus nuptiarum inter virum, & parentes puellæ. Denique & id quoque hoc loco notandum est, quod & alias animaduertimus ex Aristotel. lib. 7. de histor. animal. capit. 1. puellarum vbera tunc primum extuberare, cum ad nubilem ætatem peruenierint, tumoremque ipsum tempus arguere: id eoque pusillam sororem vbera non habere, hic dici: quia tumor in illis minime apparuerit.

Verf. VIII. c. VIII. *Soror nostra parua, & vbera non habet: quid faciemus sorori nostræ in die, quando alloquenda est?*

EXPOSITIO II.

De prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

ONam illam Dei voluntatem, & complacentiam à Christo Domino significatam iugi seruasse memoria, testatur hoc loco Ecclesia; diuersis tamen metaphoris pro opportunitate loci, & temporis, ac personarum, quas ipsa gessit. Id ipsum enim & à Christo eius sponso explicatum videre est in Euangelio, & ab ipsa in verbis hisce. Enimuero sub metaphoris regni, atque gregis Christus apud Lucam discipulis pusillam Ecclesiam agentibus aliquando hæc habuit: e *Nolite timere pusillus grex, quia cõplacuit Patri vestro dare vobis Regnũ.* Quo loco animaduertendum, haud dictũ exiguus, aut modicus grex, prout

a Cant. 7. 12. b Cant. 8. 10. Soto Maior.

Sensus anctoris. c Cant. 8. 6. d Cant. 8. 5.

Paraphrasis.

Aristot.

3 e Luc. 12. 32.

propterea dicendum videbatur, si ad numeri paucitatem taxat respexisset Christus, prout plures arbitrati sunt expofitorum: sed dictum potius, pufillus grex, vt intelligeremus, primam illam difcipulorum Ecclefiam nedum exiguam numero effe fidelium, fed & ineptam adhuc ad prolem gignendam, & fine vberibus Doctorem, quæ plena apparet lacte eruditionis: cum tamen taffer simplicium, & paruularum agnarum in vnum coelestis patoris gregem idiote, simplices, & ignorantes collecti fuiffent, vt ex irrationalium ouium grege in Dei fponfam eueheretur, particeps regni eieecta, quod eius obtinuit fponfus, cum Princeps huius mundi eiectus est foras, quando in omnem terram eorumdem difcipulorum exiuit fonus, & in fines orbis terræ verba illorum.

De hoc fiquidem defponfationis tempore locutum crediderim Redemptorem noftrum, cum vbi dixit: Nolite timere pufillus grex, adiecit: Quia complacuit Patri vefiro dare vobis regnum. Aptioribus vero metaphoifis hæc referens in præfentiarum fponfa, pro pufillo grege Sororem paruam à fuomet fponfo nuncupatam fe primum ait: Tum fubijciens, & vbera non habet, explicat; cur paruam ab eodem fit dicta: At tertio id exponit, quomodo iuxta æterni Patris complacentiam in Regiam, & fponfæ dignitatem dato euecta fit regno.

Ponderemus fingula: Sororem paruam primò fe ait à Chriſto dictam, cum tamen Chriſtus pufillum gregem dixerit: vt efficacius fuo conteltaretur fponfo, quam bene flagrantiffimæ dilectionis eius fpecimen quodque fuo impreffum feruaret cordi, vtpote quæ optime recoleret, ita vel tunc temporis, cum adhuc inftar irrationalium agnarum pufillus grex effet, ab ipfo habitam vt fororem, & fororem paruam, maximeque dilectam, fummamque fedulitate nutritam, feruatam, & auctam: Vt intelligeremus & nos, qua ratione & Prælati, atque animarum paftores cum grege fubi commiffio gerere fe debeant, vt nimirum, & totum gregem, & fingulas eiusdem gregis animas haudquaquam vt beftias regant irracionales, at loco fororis paruæ habeant ea ratione, qua & in 2. lib. Reg. a de paupere illo per Natham Prophetam reperimus dictum: Pauper habebat ouem vnã paruulam, quam emerat, & nutrebat, & quæ creuerat apud eum cum filiis fuis fimul, de pane illius comedens & de calice bibens, & in finu illius dormiens, eratque illi ficur filia: circa quæ multis philofophari licet.

Præclare etiam ineptitudinem fuam ad prolem eadem Ecclefia his explicatam ait verbis, Et vbera non habet: Nam fi parere dicenda illa eft, per vbera certe doctrinæ, & eruditionis parit, vt fignificauit Paulus, cum dixit. b Per Euangelium ego vos genui: vbi notandum difcrimen generationis carnalis à generatione fpirituali: Siquidem in carnali generatione partus eft caufa, vt in vberibus lac fiat, quo natus alatur infans, vt conftat ex naturali philofophia: In generatione vero fpirituali è contra fe res habet: nam vbera, atque Doctores lacte exuberantes fanctæ eruditionis caufa quodammodo eius exiftunt, vtpote per quos fit, vt quis per fidem gignatur, & faluus fiat, prout colligitur ex iis Apoftoli verbis, quibus in epiftola ad Romanos ait: c Omnis quicumque inuocauerit nomen Domini, faluus erit. Quomodo vero inuocabunt in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei, quem non audierunt? Quamquam re vera nec ipfa huiufcemodi vbera talem caufare poffent generatione, nifi prima, ac præcipua adeffet caufa, qua d neque qui plantat, eft aliquid, neque qui rigat, fed qui incrementum dat Deus.

Vnde ipfemet Ecclefia apud Ifaiam optime fcienf, haudquaquam per homines hanc fieri poffe generationem, maximam tamen fubi genitam admirans prolem ait: e Quis genuit mihi iftos? Quod fi caufant eandem generationem fpiritualia ifta vbera

ra fanctive Doctores, quorū hic fit mentio, eatenus illa caufant, quatenus pro lacte verbū Dei emittunt, quò nouimus in Euangelio appellatam fã Domino f. Mat. 13. femina proferens fructum trigefimum, fexagefimum atque centefimum, cum in bona feritur terra. Et certe per Apoftolum Paulum dicentem. g An experientiam queritis eius, qui in me loquitur Chriſtus? habemus, 3. verba, quæ à Sanctis prædicatoribus emittuntur, non tam eorum effe, quam Chriſti. g 2. Cor. 13.

Chriſtus vero cum circa principium Euangelij Ioannis, Nicodemo fignificaffet generationem hanc fpiritualem fieri per Spiritum fanctum, dicens, h Quod natum eft ex carne, caro eft, & quod natum eft ex Spiritu, Spiritus eft, postmodum moti proximis difcipulis fuis oftendit, quomodo ipfe per eundem Spiritum fanctum locutus fit in eis, quomodo cum illis defponfatus, eorum prædicatione prolem gignet ad fidem, inquiring, i Paraclitus Spiritus fanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit, & suggeret vobis omnia quæcumque dixerò vobis. i Ioã. 14. 26

Bene igitur ante iftam Spiritus fancti miffionem primitiuam illam difcipulorum fuorum Ecclefiam fororem quidem fuam appellat, quomodo & in Euangelio k eofdem difcipulos fratres item fuos nuncupauit post refurrectionem: Attamen quam Sororis fuæ nomine in fignit, paruam dicit, inhabilem C nempè ad prolem: quod per id explicat, quod fubijcit: Et vbera non habet: non quod re vera vberibus, fanctiſſe doctores deſtituta tunc effer, cum iam duodecim in primis electi fuiffent Apoftoli, defignati que iam effer difcipuli feptuaginta duo, qui per vniuerfum terrarum orbem Euangelium difſeminarent, ficur præceptū eis legimus, vbi ab ipſomet dicitur: l Effer in mundum vniuerſum, prædicare Euangelium omni creaturæ. Sed quia hæc ipfa vbera haud adhuc eminebāt nec in ipſo Eccleſiastico corpore apparebant. Apparere autem cœperunt, vt primum fanctus descendit Spiritus, quando in die Pentecofte Petrus Apoftolorum Princeps m palam diuini verbi fe exhibuit Prædicatorem, vnaque eius prædicatione, atque vnus eius vberis expreſſione tanta in Eccleſia genita Chriſto eft fidelium proles, vt in Actibus Apoftolorum legamus n appoſitas eſſe in die illa animas circiter tria millia. m Act. 2.

Neque vero minus congruè à fponfo & ea expreſſa eft dies Pentecofte, quando ipſam ſibi ſponſauit Eccleſiã illam; eandemque prolificam redidit: Et modus pariter defignatus eft, quo defponſatio illa facta eft, quoue & fœcundiffima eft exhibitã, ijs verbis: In die, quando alloquenda eft. n Act. 2. 41.

Sane enim die illa Pentecofte ita dies extitit aduetus Spiritus fancti, vt fuerit quoque dies fingularis, & eximie allocutionis eccleſiæ per eundem Spiritum fanctum: Id quod & externa defignatum eft eiusdẽ Spiritus fancti apparitione ſub ſpecie difperſitarum linguarum, & vt intelligeremus, defponſationem pariter, quæ in diuina facta eft charitate, per allocutionem fuiſſe factam, refert Actuum Apoft. hiftoria, o apparuiſſe tunc temporis difperſitas linguas tamquam ignis, & ſubijcit, ſeditque (non federunt lingue, ſed ſedit) Spiritus fanctus ſuper fingulos difcipulorum; interno nimirum charitatis æſtu illos alloquens, ſimulque in eis alloquens & Eccleſiam ipſam, quæ Pprius puſilla erat. o Act. 2. 31.

Itaque quod prima illa Eccleſia hic ait, breuiter tale eft. Paraphraſis.

Sat mihi cognita ſunt lampades dilectionis tuæ, tuaque mei ſollicitudo optime mihi eft perſpecta: Nedum enim id tuæ charitatis ſpecimen, quo me ſub arbore crucis ſuſcitãſti, meo impreſſum eſt cordi, ſed & id pariter optime recolo, quod de mea defponſatione ſollicitus dicere viſus es, cum paruula, & imbecillis eſſem, haud adhuc Spiritu ſancto confirmata: Soror noſtra inhabilis ad prolem Deo pariendam: Neque enim validos exhibet adhuc Doctores, per quos, æque ac per vbera lac emittatur diuini.

Chriſtus gregem ſuū habuit ita dictum, vt fororẽ ſuam paruam.

Prælati debent habere gregem ſuū loco dilectiſſime ſororũ.

22. Reg. 12

4 Generatio nis ſpiritu alis à carnali diſcrimen. b 1. Cor. 4. 15.

e Rom. 10. 13.

d 1. Cor. 3. 7

e Ifai. 49. 21.

f Mat. 13.

g 2. Cor. 13.

h Ioan. 3. 6.

i Ioã. 14. 26

k Mat. 28.

l Mat. 28.

m Act. 2.

n Act. 2. 41.

o Act. 2. 31.

diuinæ eruditionis: *Quid illi faciemus in die Pentecostes, quando Ipōsanda est nobis per aduentū Spiritus sancti in linguarum ignearum formam, & per internam quamdam allocationem aptissima reddetur ad maximam fidelium prolem progignendam?*

Vers. VIII. cap. VIII. Soror nostra parua. & vbera non habet: quid faciemus sorori nostræ in die, quando alloquenda est?

EXPOSITIO III.

De secunda Sponsa, quæ est Anima Iusti.

⁵ **Q**Uæ præ ceteris vniuersis singulorum fidelium cordi defixa esse debet sollicitudo, vt quisque extremi iudicij diem iugiter ob oculos habens, talē sese fatagat exhibere, qui dignus sit, vt in fortē sanctorum admittatur, atque ad iudicis dexteram statuatur, ac perfectus demum cum cælesti illo sponso animæ suæ expleat nuptias, a introductus ab eo in cella ipsius, vbi plenissimo gaudio exulter, & lætetur in illo; memor vberum miserationū eius super vinum iustitiæ item ipsius: Hæc & cordi Dei dilecti animarum nostrarum iam ex tunc quam maxime defixa est, cum primum apparuit benignitas, & humanitas eius super nos, frater noster effectus, & caro nostra, efficiens & nos naturæ diuinæ confortes. Quodve quam maxime in diuina erga nos providentia admirandum simul est, atque amandum, idem ipse, qui constitutus est iudex viuorum, & mortuorum, primogenitus omnis creaturæ Iesus Christus Filius Dei destinatus est pariter, & sponsus, qui cupidissimus esset, vt in die illa, quado iudicis supremum exercebit munus, supremas pariter cum singulis animabus fidelium expleat nuptias. ^C Hæc sunt quippe (vt sæpius ostensum est) amoris, & charitatis vires, vt amantium animos vnemet afficiat sollicitudine, vnemet sollicitet & cura. Et quidem admodum oportunè, & congruenter pia anima hæc modo explicat, cum de immensis charitatis viribus dilectum ipsum suum disserentem accepit: atque vnica hac oratione duo simul ostēdit, & quod Christus dilectus eius iam à primis, quibus vitæ spirituali indulgere ipsa cæpit initiis, de extrema illa die sollicitum se ipsi exhibuerit, & quod ipsa pariter eundem diem iugiter habeat ob oculos, iugem seruans memoriam eius, quem iudicem simul, ac sponsum habitura tunc est: Æque enim est ac si ita illi respondeat.

⁶ *Signaculum te vnum habeo super cor, ac super brachium, dilecte mi, recogitans, quod sub crucis arbore me ad tui suscitaueris dilectionē, habeoque iugiter ob oculos immensam charitatē tuā fortē, vt mortē, duramque sicut infernum. Sat enim mihi perspetum, quanta ab initio conuersionis meæ te sollicitarit cura, vt quasi in te mortuus de me vna cogitās, anxiusve quodammodo æmulatione ipsa tua dura, sicut infernus, hæc habere vilis sit. Soror nostra parua, pusillaque est in spiritu: vberum vix in illa conspiciuntur misericordiam, & charitatis: Quid faciemus ei in extrema illa iudicij die, quando palam alloquenda est, vt desponsetur in regno meo?*

Præclare autem, maximeque appositis vocibus relata hæc sunt: Nam primo admodum apte, quæ parua erat in Spiritu, & adhuc in gradu incipientium, haudquaquam digna exitit, quæ à Domino spōsa diceretur, quo nomine honestantur, qui perfecta cum illo vniti sint charitate. Soror tamen dici debuit, quatenus, etsi parua adhuc sit, & incipiens, spiritualis tamen est, & confors diuinæ naturæ, quæ dicere potest: *b Pater noster, qui es in celis. Ad hoc namque crediderim respexisse Spiritum sanctum, dum*

Aeffecit, vt Christus diceret petius, *Soror nostra, quam soror mea: vt per pronomen, nostra, eam quæ cordi esset charitatem in proximum, designaret; propter quam charitatem & vnaquæque eius soror asserit, Pater noster, non, Pater meus. Bene quoque hæc, quæ haud tantum habet charitatis, vt sponsa Dei dici queat, Parua dicitur: quia magnitudo, & paruitas, atque ætatū gradus in vita spirituali ex magnitudine, & exiguitate sunt charitatis, adeo vt quæ quisque obtineat charitatis gradum, eundem, & in gradibus habeat vitæ spiritualis: Ideo bene adiectum quoque est, *Et vbera non habet: iam enim sapius ostensum à nobis fuit, per vbera ipsam designari charitatem.**

Neque vero cum de pia anima incipiente dicitur, *Et vbera non habet*, ob id dicitur, quod ea nihil habeat charitatis: Neque enim tunc soror Christi dici posset, neque in gradu incipientium esset constituenda, sed quod tam modicum illius habeat, vt eam quodammodo non habere videatur. Sicut cum dicimus, puellam paruulam vbera nō habere, haud intelligimus illam vberibus esse omnino destitutam, cum reperiri nequeat femina, quæ hac ratione vberibus careat, sed idcirco illud asserimus: quia illa adeo depressa eadem habet, vt vix appareant.

Quamquam si per vbera hoc loco designata fumpserimus misericordiam opera, quod magis ad rem facit, & ex Hebraica voce *סְרַיָּה* sciadaim, colligitur, vt ostensum videre est supra in expositione tertia vers. 5. cap. 4. iure optimo cælestis sponsus de hac anima maxime se exhibet sollicitum, in qua vbera ista non appareant; & admodum rationabiliter ob istud ipsum paruam eam asserit. Enimvero si secundum regulam illam magnitudinis, & pusillitatis anima quæque magna asserenda sit, vel parua, quam Dominus indicat in Euangelio, vbi ait: *a Quis fecerit, & docuerit sic homines, magnus vocabitur in regno cælorum.*

Profecto sicut in Ecclesia, quam in prædicto Euangelij loco regni cælorum vocabulo designatam censebat Augustinus lib. 1. de Sermon. Domini, & Greg. Papa lib. 19. moral. cap. 5. ille vocatur magnus, qui misericordiam operibus tum corporalibus, quæ designantur per verbum, *fecerit*; tum spiritualibus, quæ verbo (*docuerit*) significantur, quasi duobus extuberantibus, & succiplenis vberibus lac elemosynarum fuderit, & eruditionis in proximos: Ita è vestigio paruus is denique vocandus est, in quo istiusmodi non appareant vbera, quæ non fecerit, nec docuerit sic, vt videlicet per charitatis legem instructus est. Quod si in præcitato Euangelij loco nomine Regni cælorum non tam præfens Ecclesia quam dies extremi iudicij significetur, prout arbitratus est Ioan. Chrysostomus homil. 16. in Matth. & Theophilus comment. super eundem locum: quis non intelligat, quam rationabili sollicitudine anxium se exhibeat Christus piarum animarum dilectus, cuius *emulatio dura est sicut infernus*, dum animam sororem suam ex ipsomet patre suo genitam, diuinæque naturæ consortem effectam paruam inspiciat, atque ob id paruam, quod absque vberibus esse videatur; cum in ea minime appareant misericordiam opera? Cum fat ex eiusdem Domini verbis *b constat*, in extremo illo iudicij die eam, in qua ista non appareant vbera, excludendam à nuptiis agni, atque etiam in ignem damnandam æternum, qui paratus est diabolo, & Angelis eius. propterea qui providentissimus est eius animæ dilectus, tanto occurrere fatagens periculo, quasi consilium iniens, ait, *Quid faciemus sorori nostræ in die quando alloquenda est? Ac si dicat.*

Anima ista, quæ soror nostra est, cum experts videatur operum misericordiam, parua certe, ni opportunè provideatur, vocanda est in die resurrectionis, atque iudicij, quando quæ sine vberibus hisce comparuerit,

Paraphrasia.

b Mat. 6.9

Charitatis & magnitudo, & paruitas arguit magnitudinem, & paruitatem anime spiritualis.

Simile.

a Matth. 5.

August. Greg. Pap.

Ioan Chryf. Theophil.

b Mat. 25 35.

Paraphrasia.

ruerit, vt inepta ad sponsæ dignitatem, excludetur à A regno cælorum.

Emulor tamen ipsam, vt dilectam fororem, idque vnum studeo, vt die illa extrema perfectas cum illa ineam nuptias. Quid igitur nunc factò opus est cum sorore ista nostra pro die, quando alloquenda pro ipsis est nuptijs? Quo loco animaduertendum est, dum phrasis ista; quando alloquenda est, seu, quando sermo fiet in ea, aut super ea, in bonum sumitur eo sensu, quem diximus, quemue fere omnes sequuntur, vt per eam designetur tractatus, & conclusio nuptiarum: haud obscure hoc loco dilectum contestari animam de qua a deo se exhibet sollicitum, ex ijs esse, quos Apostolus Paulus, c dicit secundum propositum vocatos sanctos, & è numero electorum, & prædestinatorum, de quibus idem Paulus ait: d Quos præsciuit, & prædestinauit, conformes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus.

c Rom. 8. 25
d Rom. 8. 29

Enimvero ea tandem vera est sanctorum prædestinatio, vt prædestinati sint conformes eidem Christo, vt sint filij Dei, sicut & ipse filius cælestis est Patris: vtue habeant filiorum hæreditatem, sicut & ipse: ita tamen, vt ipse sit primogenitus, vt filius naturalis in multis fratribus eiusdem Patris filijs adoptiuis.

Et hinc est, quod non vna, sed duabus vicibus modo idemque Christus de prædestinata loquens hac anima, sororem eam appellat. Sororem namque illam primo dicit, etiam cum parua est, & sine vberibus, eo modo, quem explicabimus: quia ad id ipsam prædestinatam præsciuit.

In die extreme iudicij pia anima adibit caelestium hereditatem vt Christi soror & sponsa.

Addit vero iterum eam appellans sororem, Quid faciemus sorori nostræ in die, quando alloquenda est? suum exprimens desiderium, suum in illam beneplacitum, æternumque Patris decretum, secundum quod in die iudicij, vt filia cælestis Principis, alloquenda per ipsum est, deque eo alloquenda, vt tamquam soror cælestem secum adeat hæreditatem, quæ certe hæreditas alio nomine nuptiarum agni nuncupata reperitur in Apocalypsi, e vbi auditam à se, ait dilectus discipulus, Quasi vocem tubæ magnæ, & sicut vocem aquarum multarum, & sicut vocem tonitruum magnorum dicentium. Alleluia: quoniam cognauit Dominus Deus noster omnipotens. Gaudeamus, & exultemus. Edemus gloriam ei: quia venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit se.

c Apoc. 19. 6.

Quanam ratione vero ea præparauit se? Quia audiuit alloquentem sibi pacem, prout significatur in Psal. 84. ab ipsamet, quæ ita se præparauit, vbi ait: f Audiam quid loquatur in me Dominus Deus; quoniam loquetur paci in plebem suam, & super sanctos suos: prout & apertius in 44. Ps. epithalamij eidem animæ suadetur ijs Prophetæ verbis: g Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, id est, O filia cælestis Patris audi, quam tibi dabo præparationem ad nuptias Regis in die iudicij, quando alloquenda es: vide iudicem: attamen ne expauescas, sed inclina aurem tuam: quia concupiuit idem Rex decorem tuum, & ipse est Dominus Deus, quem adorabunt, quæcumque in cælo sunt, in terra, ac subtus terram. Aurem itaque tuam inclina, vt dulce illud ex eius ore percipias sororis nomen dulcissimaque sponsæ eucharis appellatione. Atque hæc omnia subindicata habemus in modicis verbis hisce, Quid faciemus sorori nostræ, quando alloquenda est?

f Psal. 84. 9

g Psal. 44. 11.

Verf. VIII. cap. VIII. Soror nostra parua, & vbera non habet: quid faciemus sorori nostræ in die, quando alloquenda est?

EXPOSITIO IV.

De tertia Sponsa, quæ est Beata Virgo Maria.

SI à sponsa sororecula sua, iuxta sensum ex Legionensi Sallatum, hæc dicta acciperentur, facillimus sane istorum verborum afferri posset sensus, isque perpulcher. summam B. Mariæ explicans sollicitudinem, quæ vel Synagogæ, vel animæ cuiusque exigui meriti apud filium procurat salutem, ac perfectam cum illo defensionem. Nemo enim est, qui nesciat, quam parua sit Synagoga apud Deum, quodue sanctis destituta sit doctoribus, atque Prophetis, spiritualibus sane vberibus: Et iam in præcedenti expositione vidimus, animam, quæ in incipientium gradu existat, iure optimo & paruam dici, & sine vberibus: & ideo paruam apud Deum, quia vbera vix habeat charitatis.

7 Maria sollicitudo maxima salutis synagogæ, & cuiuscumque anime.

Verum, cum de ipsa potius sponsa, & à sponso dicta hæc sumptis, eidemque sponso à sponsa relata dixerimus; haud ita facile est, vt ea explicemus: Nam si de Ioanne Baptista dictum ab angelo nouimus; a Erat magnus coram Domine, antequam is conciperetur: sane rationi videbatur congruum, vt quæ eiusdem Domini prædestinata erat Mater, nedum magna, sed & maxima coram ipso diceretur: Et nihilominus nec magnam illam dicit, qui eius frater effectus est, & filius, & sponus: quin potius paruam eam pronuntiauit, cum ante Incarnationem, de ipsa tamen Incarnatione in eius vtro facienda decernes, & quasi consilium iniens vnusmet Deus in tribus personis ait, Soror nostra parua, & vbera non habet: quid faciemus sorori nostræ in die, quando alloquenda est? Porro sicuti eam non habere inquit vbera; quia illi fixum animo erat virginitatis propositum: notum est siquidem, atque apud Philosophos peruulgatum, in virginibus ita esse vbera, ac si non essent; cum nequaquam intra illa gignatur lac (vt alias quoque dictum est) nisi ex seminata materia: neque enim quicquam frustra fit à natura: Et ni liberi adsint, qui lacte alantur, haud vlla est in vberibus lactis necessitas.

Maria quomodo dicatur parua.

a Luc. 1. 15.

In Maria simul suere humilitas & virginitatis propositum.

Ita pariter & ob id eandem asserit paruam, quia intrinsecus ipsa se paruam, ac vilem tenebat, vnde & dicebat: Quia respexit humilitatem, & uisitauit uilitatem, & exiguitatem meam: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quod autem Virgo Benedicta confessa est, cum immediate post prædicta subiicit, Quia fecit mihi magna qui potens est, id ipsum & hoc quoque loco asserit, referens, quæ à Deo dicta acceperat ante Incarnationem, cum is de eadem decerneret faciendam per eam: Quid faciemus sorori nostræ in die, quando alloquenda est? Idem quippe est, quando alloquenda est, ac quando Incarnatio facienda est in ea: quod expressius significatur per Hebr. lectionem, & versionem Septuag. Quando verbum fiet in ea? Verbum inquam non tam audibile auribus, quam & visibile, & palpabile incarnationem. Quod elegantissime explicat Bernardus, dum ad finem homil. 4. super Misus est, exponens ea eiusdem Virginis verba, Fiat mihi secundum verbum tuum, hæc habet: Fiat, obsecro, mihi verbum non prolatum, quod transeat, sed conceptum, vt maneat, carne videlicet indutum non aere.

In incarnatione Maria dicitur locuta, & quomodo. Bernard.

Fiat mihi non tantum audibile auribus, sed & visibile oculis, palpabile manibus, gestabile humeris. Nec fiat mihi verbum scriptum, & mutum, sed incarnatum, & viuum; hoc est, non multis figuris mortuis in pellibus exaratum, sed in forma humana meis castis visceribus viuaciter impressum, & hoc non mortui calami depictione, sed sancti Spiritus

Spiritus operatione, &c. Sic ergo quod hic à cœlesti A sponso asseritur, breuiter tale est.

Paraphra-
sis.

Quæ filia est Dauid, è quo & nos oriundi sumus, atque adeo *Et soror nostra*, duo illa in se habet, quæ in Dei genitrice maxime expofcuntur, humilitatem vna cum firmissimo virginitatis proposito: Reliquum igitur est, vt id denique decernamus, quod ei faciendum à nobis est, cum Verbum caro fieri in illa. Quod sane Dei consilium opportune hoc loco ipsamet retulit Virgo, vt confirmaret quæ à sponso in præcedentibus dicta acceperat de immensis viribus diuinæ in se charitatis.

anima in semet loquens, tacite recenset, quicquid e-
git in vita. Quamquam ad finē expositionis sententiæ
huius addat idemmet Philo, postremas hæc voces,
Quid faciemus, esse Patriarcharum, Apostolorum, &
Prophetarum, atque Doctorem sponfæ gratulantium,
eidemue bene esse cupientium.

Patriarcharum, Prophetarum, atque sanctorum ve-
teris testamenti de Ecclesia nedum postrema illa ver-
ba, sed & toram hanc sententiam esse censet Theodo-
ritus, ac si vt nuptiarum conciliatores dicant: *Qua-*
ndo Rex sororem nostram iam in sponsam est acceptu-
rus, quæ parua est, atque vberum expers: cum nec
vim habeat prolificam, nec doctrinæ lac, aut solidum
cibum possit egētibus subministrare, quid factu opus
sit, nobis est cogitandum.

Haud dissimili sensu, sed tamen ab Ecclesia ipsa hæc
dicta arbitrantur Tres Patres, atque Aponius. Hic
namque ab Ecclesia dici hæc ait de Synagoga in fine
mundi conuersa, quæ exigua erit, & non habebit vbe-
ra, cum haud habitura tunc sit sapientes, & doctores,
per quos nutriat alios: quia in infantia tempore non-
dum adducta sit ad pubertatem.

Sed tres Patres ab eadem Ecclesia de collectione
tum Iudæorum, tum Gentium conuertenda hæc di-
cta existimant; ac si ita Christum alloquatur. *Quæ*
naturæ similitudine Soror est nostra, multitudo parua ad-
huc est propter infidelitatem, & ideo rationes, & mo-
res, qui à te sponso tamquam vbera exhibentur, vt sa-
lutem suam ex illis sugat, non habet. Et, *quid faciemus so-*
rori nostræ in die, in quo verbum factum fuit in ea? Quid
de illa eo tempore agemus, cum per fidem accipiet
prædicationem tuam?

E contra vero Ambrosius ferm. 19. in Psal. 118. vers.
8. accipit hæc ipsa vt verba filiarum Ierusalem apud
Christum nuptias Ecclesiæ differentium. Audierunt,
inquit, filia Ierusalem, quod iam Dominus Iesus sibi
Ecclesiam copulabat: & quia considerantes magnitudi-
nem Verbi, imparem tantis nuptijs aestimabant, ne
forte tantæ copulæ pondus sustinere non posset, ex-
cusant dicentes: *Soror nostra parua, & vbera non habet:* Sic
enim qui volunt differre nuptias excusare consueve-
runt, vt præteant immaturæ ætatis infirmitatem,
& adtruant, quod vbera non habeant, quæ nobilibus
significant tempus ætatis. Turbatæ igitur, quod stu-
dio dilectionis vrgeat nuptias sponsus, dicunt: *Quid*
faciemus sorori nostræ in die, qua loquetur in ea? vel vt Sym-
machus: *qua loquetur ei:* hoc est, sponsaliū celebratæ,
in qua solet fieri collocutio, & confirmatio nuptiarū.
A tantis nuptijs excusare non possunt: nemo enim
est, qui copulam vel animæ, & spiritus; vel Christi &
Ecclesiæ non beatam putet. Sed quia plenitudo Ver-
bi, vel Spiritus sancti vibrat, & fulget, & nihil est quod
illis possit æquari, ideo differre desiderant, vt illa di-
latione vel anima, vel Ecclesia possit esse perfectior.

Verf. VIII. cap. VIII. Soror nostra parua, & vbera non habet: quid faciemus sorori nostræ in die, quando alloquenda est?

Appendix Expositionum, Ex Antiquis Patribus collecta.

Paraphrasis Chaldaica. In illo tempore dicent An-
geli cœli ad inuicem: Gens vna est nobis in terra,
& merita eius leuia sunt, & Reges, & Dominatores
non habet, vt egrediatur ad pugnandum contra exer-
citus Gog. Quid faciemus sorori nostræ in die, qua
locutæ fuerint nationes, vt ascendant contra eam ad
bellum?

Communiori Latinorum sensu, vt etiam supra
tatum est, hæc sumuntur vt verba Christi de primiti-
ua Ecclesia ad antiquos Synagogæ Patres, quæ Apo-
stolorum tempore exigua numero extiterit, & absque
doctoribus. Hæc autem Cassiodorus, Beda, & alij de
primitiua Gentium Ecclesia dicta existimant, quan-
do non erat adhuc apta alios gignere, & docere, vt
quod dicitur, *Quid faciemus in die, quando, &c.* intelli-
gatur de ea die, quando vel per Apostolorum prædi-
cationem, vel per internam inspirationem alloquen-
da ea foret: Ac si dicatur: quomodo illi præcepta cō-
mittemus? minimane tantum? An vero, quo maior
efficiatur, perfectiorum illi secretorum cœlestium my-
steria trademus.

Christus pro
Ecclesia pri-
mitiua maxi-
me fuit solli-
citus.
Cassiod.
Greg. Papa.
Iustus.
Beda.
Rup. Abb.
Anselm.

Greg. PP.

Gregorius tamen Papa de ipsamet Apostolorum
Ecclesia, quæ clausa detinebatur in cœnaculo ante ad-
uentum Spiritus sancti, ab eodem Christo ad antiquos
Patres dicta arbitratur tum in comment. super Cant.
tum in lib. 19. moral. cap. 9. Porro, hanc Ecclesiam di-
ci, inquit, vbera non habere, quia post resurrectionem
inter persecutores suos nedum prædicare, sed & videri
interioribus loquens, eos omnes mundi loquelas
multiplici distributione docuit.

Apostolorum
Ecclesia ante
aduentū Spi-
ritus sancti
erat parua,
& sine vber-
ibus prædi-
cantium.

Rup. Abb.

Rupertus Abbas hoc, quod dicitur, *Quando allo-*
quenda est, intelligit de allocatione facta primitiua Ec-
clesiæ à Nerone, ceterisque Tyrannis disquirentibus ab
illa rationem fidei ipsius. Vere, ait Rupertus, qua die
primum alloquenda erat, quando primum sub Nerone,
& ceteris persecutoribus in iudicio contra illam pro-
posita est quæstio de fide, quam suscipiebat, parua nu-
mero, parua sensu, id est, simplex erat, vbera (scilicet
legem, & Prophetas) non habebat: Intelligit nam-
que Rupertus cum Cassiodoro, & alijs hæc de primi-
tiua Ecclesia Gentium.

Cassiodor.

Phil. Carp.
Christi soli-
citus pro
anima inci-
piens.

Philo etiam Carpathius & Christi verba hæc sumit,
vt dicta tamen de pia anima incipiente, quæ parua as-
seritur, quatenus nondum fide, speque aucta, chari-
tate feruet: diciturque sine vberibus; quia duo testa-
menta, & duo sublimia charitatis præcepta ignorat.
Quod vero subiicitur: *Quid faciemus*, &c. ita legit:
Quid faciemus sorori nostræ in die, qua locuta fuerit in se? id-
que intelligit de examine conscientia, quo eademmet

Verf. IX. cap. VIII. Si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea: Si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis.

EXPOSITIO I.

Iuxta sonum litteræ.

Quia locus iste ex difficillimis est eorum quæ in
hoc Cantico habentur, in ipso explicando refe-
ram primo, quæ probabiliter ab alijs dicta reperi,
prout in similibus facere consueui: tum & id subij-
ciam, quod mihi videatur probabilius.

Sensuum

Legionensis.

Sensuum igitur, quibus sententia ista explicari solet, duplex est series: Vel enim ornatum, vel custodiam spectant puellæ. Qui custodiam spectat, triplicis est rationis. Nam vel custodiæ hic ponitur prouisio, habito generali respectu ad naturam puellarum, & ad id, quod cum honestis quibusque puellis obseruari mos est in oppidis, quæ recte sint instituta. Sic iuxta expositionem Ludouici Soto Maioris quod hic dicitur, tale est.

I. Si muro opus est ad custodiam fororis nostræ, sicuti certe opus est, donec adolescat, & nubilus sit, consentaneum erit, vt murum ipsum vndique circumcingamus, & exornemus propugnaculis, seu castellis argenteis ad decorem. Quin etiam, si ostio opus est aliquo, sicut certe opus est, consentaneum itidem erit, vt ostium huiusmodi adificij, in quo illa seruanda est, compingamus ex tabulis cedrinis, ligno & forti & pretioso: vt custodia nedum fortis, & firma sit, sed etiam pulchra, ac digna tali, tantæque puella. Confirmat Soto Maior hunc sensum eximio Theopompi dicto in Apophthegmatibus Plutarchi, in responsionem ad eum, qui sibi murum ostentabat, ipsum interrogans, num pulcher, & altus videretur nimium. Minime, si mulierum est.

Soto Maior. Plutarch.

II. Eodem sensu nonnihil tamen variato, Ioannes de Pineda in suis comment. super vers. 16. cap. 24. Job, perpulchre ita totum hunc explicat locum; vt sponsus dicat, *Quid faciemus*, &c. *Si murus est*, &c. id est, qua sororem nostram paruulam licet, ac teneram ratione custodiemus ad diem, cum in matrimonium collocanda est? Quamuis muris, ac parietibus cincta, & munita sit, tamen speciosissimis, æque ac fortissimis propugnaculis munienda quoque domus est, ex quibus tamquam è specula obseruari, abigique possint pudicitia hostes, & oculi insidiatores, atque subsessores. Quod si etiam ostium sit, non nisi ex materia durissima, ac fortissima compingi, & confici debet. Ad quæ sponsa ipsa pudicissima subintulerit: *Ego murus*, &c. id est, Meam pudicitiam non externi isti parietes, non propugnacula, non custodes custodire sufficiunt, nisi ego ipsa murus essem fortissimus, atque mea pulchritudo adamantina esset, & inexpugnabilis. Sic sane cum meo sponso pace iucundissima fruor, nullas subsessorum insidias, neque zelotypiam pertimentens.

Io. Pineda.

III. Alij nedum ad generalem puellarum naturam, sed & ad specialem naturam eius, de qua est sermo, respectum putant, idque duobus modis: Vel vt prima quidem pars sumatur in bonum, bonamque designet illius naturam: Secunda vero conditionalem naturam in eadem supponat malam, prout arbitrati sunt Hebræorum expositores, ac si dicatur: *Si ipsa tamquam firmus, ac solidus murus in mei perstat fide*, cæterisque aliis omnibus amafijs tamquam fortis, ac bene præclusus murus aditum præcludat, parum mea interest, quam parua, & pusilla sit: nam ædificabo super eam propugnacula, seu palatium argenteum, dabo illi monilia, & torques, quibus non minus ornabitur, quam ornatur, & muniatur murus, si super illum ædificentur propugnacula argentea. Quod si è contra sit ipsa ianua, & ostium, & se amafijs aliis aperiat: si se gesserit vt porta versatilis, & cunctis exposita, compingamus illud ostium tabulis cedrinis: muniamus eam fortissimis, ac durissimis tabulis, ne videatur.

Hebræi.

IV. Titelman. Genebrar. Del Rio.

Vel, iuxta sententiam Francisci Titelmani, Genebrardi, & Del Rio, vtraque parte in bonum desumpta, *Si murus est*, &c. vt in præcedenti sensu, *Si ostium*, &c. id est, si ipsa tamquam firmum ostium me solum intra cor suum admittat, ceteris amafijs vniuersis aditum præcludens, decoremque eam præclarissimis ornamentis, non secus ac exornari solet ostium quoddam, dum compingitur tabulis cedrinis, dum cooperitur lignis præstantioribus.

V. Haud ad custodiam, sed ad exhibenda ornamenta in hisce respectum putantes, duobus pariter modis

A ista exponunt. Simpliciter enim Legionensis hunc ait esse sensum: vt significetur, decretum sponsi esse, vt tunc temporis cum alloquenda est ipsa soror parua eius vitia naturalia corriganter arte, & quod illi minus à natura tributum est, suppleatur vestitus, atque ornamentorum exquisito aliquo genere.

Quemadmodum, si quis vetustos vrbs muros reficiens, eis turres, atque pinnas addat auro illusas, aut egregia aliqua pictura ornatas: aut si quis ianua fores vestiatur tabulis cedrinis.

Hieronymus vero Almonacrius alia ratione, parum tamen ab hac diuersa: Si (ait) vetustos vrbs muros, ruinamque minitantes, substructis cæmentis, lapidibusque subiectis instauramus, aut ex coctis lateribus eos resarcimus: confirmatis vero, superstruimus turres, & pinnas auro, argentoque picturatas, & propugnacula, imo palatia pulcherrima: Si portas antiquitate, & carie deformatas tabulis cedrinis contegimus, & compingimus, facile etiam erit, parua itaturæ, & vberum defectui succurrere: illi quidem cornuorum artificio, huic vestitu, & ornamentorum cultu, quæ vberum decorem, & corporis elegantiam ferre videantur.

VI. Almonacrius.

Hæc sunt, quæ probabiliora ad intellectum præsentis sententiæ à doctissimis viris scripta reperio: vt tamen ingenue fatear, per ea neuiquam mihi satisfactum sentio. Enimuero quod haud propugnacula simpliciter adificanda dicuntur, sed propugnacula argentea, mihi persuadet, vt non tam de veris, quæ super muros ædificantur, propugnaculis, quam de metaphoricis, & de ijs, quæ ad ornatum potius, quam ad custodiam, & defensionem inseruiunt, intelligendum hoc censeam, quod in prima parte dicitur: *Si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea*. Hac adduci possum, vt opiner, hoc loco interpositam sententiam, per quam nescio quid sinistra suspitionis cõtra honestissimæ sponsæ pudicitiam causari queat, vbi de validissimis dilectionis viribus verba fiunt.

Congruentius ergo & rei ipsi, & antecedentibus, ac consequentibus existimo, primum hæc esse verba sponsi relata tamen à sponsa, vt ab illo dicta iam multo ante coniunctim cum præcedentibus, ad contestandum, quomodo illum vt dilectum suum de ipsa maxime sollicitum positum seruet in corde, habeatque ob oculos: Tamen non ignorem, ab alijs vel sociabus sponsæ, vel sponsi sodalibus, vel eidem etiam sponsæ de sua sororcula tributa reperiri: Insuper pro certo habeas, duas similitudines muri, atque ostij proprium quid, ac peculiare continere laudis in sponsam ipsam collatæ. Neque enim absque causa, cum ea decoranda decernitur eximiiis ornamentis, muro, atque ostio potius, quam alij cuiquam rei assimilatur: præsertim cum multa alia suppetere, quæ magis id explicarent, de quo agebatur.

Quamobrem crediderim, germanum difficillimi huius loci intellectum tunc fore conspicuum, cum rationes perceperimus istarum similitudinum. Et quidem circa primam muri similitudinem, & circa primam partem totam haud multum hic nobis est laborandû; cum iamdiu illud exposuerimus supra in expositione secunda eorum verborum cap. quarti: *a Duo vbera tua sicut duo hinnuli capreae*, &c. vt tota muri similitudo referatur ad sponsæ pectus, quod etiam apud profanos Poetas muri vocabulo celebratum reperitur ob robur, quod illi inest, iuxta illud Horatij:

Sensus Au- doris.

a Can. 4. 5.

Hic murus abeneus esto.

F Vnde vulgato sermone & validum murum, murum ferreum; & validum pectus, ferreum pectus dicere solemus: Similitudo vero propugnaculorum argenteorum ad candida referatur vbera, seu ad illa, quæ instar vberum pectus ipsum exornare deberent. Ostium est namque in præcitato loco cap. 4. vbera ipsa quasi quædam propugnacula, atque turres erecta esse in pectore pro infantibus, qui è materno ipso pectore pendunt: sensusque sit.

K k k k ij

Tamen si

Paraphra-
sis.

Tametsi parua ipsa sit, nuptiisque immatura; cum vbera in illa minime appareant, quando alloquenda est, si habeat pectus instar muri eleuatum, sicut super murum ædificantur propugnacula; ita super ipsum eius pectus candida, vel etiam argentea apponemus ornamenta, quæ locum expleant vberum instar propugnaculorum argenteorum se habentium in cãdido puella pectore.

Secunda tamen ostij similitudo maiorem mihi ingerit difficultatem: Neque enim vel id adhuc constat inter expositores, quid ipso ostij vocabulo hic significetur: vacuumne illud, ad ingrediendum, & egrediendum deseruiens; an vero id, quo idem vacuū clauditur, & aperiat. Vtrumque enim nedum ostij, sed & portæ, & ianuæ vocibus designari solet: suntue, qui in præsentia sententia vnum, quiue alterum accipiunt.

Sane mihi aptius in secundo significato id sumendum videtur pro foribus, & vacui operimento, quod ligneum solet esse vt plurimum: idue colligo manifeste ex versione Sept. in qua pro eo, quod in Vulgata, *Compingamus illud tabulis cedrinis*, ita habetur, *διὰ τῶν ἐρυθρῶν ἰστῶν αὐτῆς καὶ τοῦ ξυδῆρος*, id est *describamus*, seu vt alij vertunt, *sculparamus super illud tabulam cedrinam*. Arbitror autem, sponsam huic ostio assimilata propter summam sui custodiam; quæ in puella Virgine maxime est commendabilis, vt exinde laudetur, quod vno duntaxat intra cor admissio dilecto suo, ceteris vniuersis occlusam se seruaret, ipsaque sibimet, cordique suo esset ostium: Tum id quoque exponatur, quid pro huiuscemodi custodia exhibendum ei sit, insignia nimirum vestimentorum ornamenta; sensusque sit: quod sicut ostium, quo domus penetralia custodiuntur, vt pulchrius exiit, super alio ligno vestiri solet pretiosis, odoratissime atque etiam sculptis tabulis cedrinis: Ita ipsa, cum parua adhuc existens, summa diligentia custoditam se seruaret, pretiosissimis, atque pulcherrimis decorandam indumentis, quibus attraheretur ad eam optandam, licet adhuc immaturam, qui pro ipsius nuptijs loqui festinaret: Ac si breuiter dicatur.

Paraphra-
sis.

Cum *foror nostra* pusilla sit, nec adhuc vberum extuberatio in illa appareat, quid ei faciemus, cum de ipsius nuptiis fiet sermo? Si pectus instar muri habeat eleuatū, tametsi vberum destituta sit tumore, supplebimus tamen illum argenteis quibusdam, & candidis ornamentis, quæ vbera videbuntur, in pectore ipso suo erecta vt duo naturæ propugnacula. Atque insuper maxime insignibus eam decorabimus ornamentis indumentorum, sicut portæ ostium nobilioris alicuius adificij pretiosis, & decoris vestiri solet tabulis cedrinis. Re enim vera & ipsa ostio se exhibet similem, dum me vnum intra cordis sui penetralia arcta suimet custodia, reliquis omnibus clausam se seruat.

Sic vnica sententia dilectus duo dilectæ suæ pollicetur ornamentorum genera, intrinsecum in prima parte, & extrinsecum in parte secunda. Hic mihi videtur sensus probabilior; quod si cui is minime satisfaciât, ei adhæreat ex ijs quos ex aliorum sententia retulimus, qui sibi magis arriserit.

Circa lectionum varietatem duo essent notanda. Alterum circa Hebraicam vocem *תִּירַת* thirath, quâ plerique Hebræorum, & qui ex nostris illis addicti sunt, palatium significare inquirunt, aut arcem: Parum tamen eorum habenda est ratio, cum non desint etiã ex Hebræis Doctores grauisimi viri, qui iuxta interpretationem vulgatam propugnacula potius designare hoc loco censuerint: quomodo & Septuag. Seniores doctissimi pariter inter antiquos Hebræos eãdem vocem interpretati sunt. Alterum circa significatum verbi, *Compingamus*: dubium enim est, An significet quid simile ei, quod habetur in versione Sept. *διὰ τῶν ἐρυθρῶν ἰστῶν*, *describamus*, seu *sculparamus*, vt quid picturæ fonet, prout aliquando illud vsurpari solet: An vero id ipsum significet, quod significat verbum Symmachi *ωρίσθησαν*, id est, *constringamus*, *arctemus*, iuxta signi-

ficatum & verbi Hebraici *תִּירַת* nathsur: vnum nihilominus est; quod iuxta omnes lectiones id ipsum significatur, nempe vt quod ex simplici ligno est ostium, operiatur autem, constringatur, & vt ita dicam, armetur tabulis cedrinis, pulcherrimis, vel etiam pictura, aut sculptura decoris, parum namque refert, quod Sept. in singulari legunt, *sculparamus super eam*, scilicet, portam, *tabulam cedrinam*: cum cedrinam sculpturam designet siue in vna siue in pluribus cedri tabulis.

Verf IX. cap. VIII. Si murus est, adificemus super eum propugnacula argentea: Si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis.

EXPOSITIO II.

De prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

Quatuor hac sententia in primitiuam Apostolorū Ecclesiam à Christo Iesu conferuntur laudes: seu potius duæ explicantur illius laudes, duoque proponuntur exhibita eidem munera. Duæ laudes sunt, vt extiterit murus, atque ostium. Porro murus dici debuit, *Si murus est*, quia in Apostolis, qui tunc temporis quasi quoddam pectus illius erant, quasi quemdam habuit murum, dum quotquot erant fideles ante aduentum Spiritus sancti illis vniti perfitebant. Cum ergo huiuscemodi haberet murum, cumque talis esset in pectore ipso suo murus, tametsi vbera non haberet; quatenus haud adhuc essent, qui audacter lac fundere prædicationis Euangelij, proliques indulgerent animarum: in Doctorem nihilominus & huiuscemodi vberum spiritualium supplementum, adificaturum se, ait Dominus, *propugnacula argentea*, ornamenta nimirum purissima, quæ infantium spiritualium essent propugnacula, quomodo propugnacula eorumdem vbera ipsa sunt, sanctiue Doctores. *Ædificata propugnacula ista explicat Lucas ad finem Euangelij sui*, vbi ait: *a Tunc aperuit eis sensum, vt intelligerent scripturas*. Nouimus quippe per Prophetam Regium aliquando dictum, *b Eloquentia Domini eloquia casta, argentum igne examinatum*: & nemo est, qui ignoret, quam valida propugnacula eadem sint scripturæ, ad quæ semper confugiant, qui tamquam paruuli, rationabilis sine dolo lac concupiscunt: de quibus propugnaculis dicta aliqua sunt supra in exposit. 2. eorum verborum capitis quarti, *c Collum tuum sicut turris David, quæ ædificata est cum propugnaculis*: vbi & ostensum videre est, quomodo eadem scripturæ sint & præstantissima ornamenta: vt ornamentum namque maxime eximium & hoc loco promittuntur sponsæ, & reuera nullum, antequam mitteretur Spiritus sanctus, à Christo Domino primitiue illi Ecclesie isto intellectu scripturarum præstantius collatum est donum. Et notandū, quod Scripturæ sanctæ hoc loco eatenus dicuntur propugnacula, quatenus vbera referunt, quæ propugnacula sunt pro infantibus à natura in matrum pectoribus erecta: vt intelligeremus, eadem & instar vberum esse, è quibus lac sugere liceat immensæ consolationis, & instar propugnaculorum, è quibus cum labore, & sudore militandum sit, quod & diuersa vnus Hebraicæ vocis versione subindicatur, dum, quemadmodum animaduersum est ad finem primæ expositionis, vbi Vulgata, & versio Septuag. habent, *Ædificemus super eum propugnacula argentea*, plures ex Hebræo legunt: *Ædificemus super eum palatium argenteum*, argentea quippe palatia, & pretiosas domus ad delectationem & lætitiã, ac voluptatem percipiendam adificari & habitari, nemo est, qui abnuat, præsertim cum

³ Ecclesia primitiua Apostolorū quomodo dici potest murus

Scripturæ sanctæ intellectus à Christo Apostolis exhibitus fuit adificatio propugnaculorum argenteorum super murum.

2 Luc. 24 41

b Psal. 11. 7

c Cant. 4. 4. Scripturæ sanctæ quomodo sint ornamenta & propugnacula.

Scripturæ sanctæ studium & consolationem, & laborem exhibet.

Symmach.

cum in Psal. 34. haud obscure id significatum habeamus. ubi dicitur: *d A domibus eburneis, ex quibus delictauerunt te.*

Spiritus sanctus collatus Ecclesie ut indumentum cum illa se habuit ut ostium.

Sicut autem primitiue illi Ecclesie ob id, quod quoddammodo murus extitit (vt explicatum est) hoc ei a dilecto suo promissum, atque etiam datum est donum, & ornamentum intellectus sacrarum Scripturarum: Ita pariter & prestantissimum illud ab eodem illi promissum, & datum est donum Spiritus sancti, cum ipsa instar ostij post Christi ascensionem, clausam se custodierit, perseverantemque in oratione; ne sibi, quam intra se habebat, auferretur fides: hoc namque est quod dicitur, *Si ostium est, id est, si instar ostij clausam, tutamque custodierit fidem meam, Compingamus illud tabulis cedrinis, id est, sicut eximium ostium pretiosis, ac prefortibus vestiri solet tabulis cedrinis: i a praxalido ipsam exornemus & prestantissimo indumento Spiritus sancti, iuxta id, quod eidem Apostolorum Ecclesie in sine Euagelij secundum Lucam ab ipso met eius dilecto dictum est: e Vos autem sedete in Civitate quoadusque induamini virtute ex alto. Vnde colligere licet, & pariter, idem sancti Spiritus indumentam, ac ornamentum tunc potissimum a Deo prestandum, cum & nos instar ostij erimus, clausos nosmetipsos seruantes, atque in abscondito celestem Patrem orantes.*

Luc. 24. 49

Verf. IX. cap. VIII. *Si murus est, adificemus super eum propugnacula argentea: Si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis.*

EXPOSITIO III.

De secunda Sponsa, quae est Anima Iusti.

4 **Q**uia, vt visum est in tertia expositione praecedentis sententiae, de pia anima agens Christus animarum dilectus, quae adhuc in incipientium gradu persistebat, atque a deo pusilla erat in spiritu, & propter exiguam charitatem, vixque apparentibus in ea misericordiae operibus, non habere dicebatur vbera; supponebatur, illam e numero esse praedestinatorum ad haereditatem secum, vt forem suam, adeundam in Regno caelorum, & ad adeundas pariter Agni nuptias vt sponfam; Consilio iam inito, quod ibi proposuerat, cum diceret, *Quid faciemus sorori nostrae, quando alloquenda est?* id modo omnibus explicat, ostendens qua ratione eam ipsam e gradu incipientium ad gradus eleuaturus sit & proficientium, & perfectorum, suppositis quippe in illa adhuc incipiente, & paruula, duobus, quasi totius vitae spiritualis fundamentis. fide nimirum praeforti, & arcta sui ipsius custodia, super ijs nobilissimum in ea aedificaturum se ait aedificium: per insignes namque metaphoras totum id explicat; ac primum fidem validam, quae in mystico animae corpore pectoris obtinet locum, in quo vbera sunt charitatis, sub metaphora designat muri, & bene: quia qui fide vera pollet, is tamquam murus aeneus profecto est, cui obistere nequeunt omnes aduersarij eius, praefertim si super fidem aedificata sint bonorum operum propugnacula. Dum ergo dicitur, *Si murus est, adificemus super eum propugnacula, tantundem est, ac si a Domino dicatur.*

Vite spirituales fundamenta sunt fides & custodia sui ipsius.

Fides est murus & pectus anima.

Fides cum operibus est murus cum propugnaculis.

praestantissima virtutum opera, vti vbera quaedam, quo ea dici queat fides, quae per dilectionem operatur. Aedificabo autem illa quasi quaedam super validum murum propugnacula praefortia, & simul atque perpulchra, vtpote argenti nitore praefulgida. Quo loco tria notanda sunt.

Primum, quod dicitur, *Si murus est*, ita sub conditione prolatum, vt tamen conditio ipsa supponatur inesse, iuxta frequentissimam & sacrarum litterarum phrasim, & peruulgatum quoque nostrum loquendi morem, quo saepius particulam, si, vsurpamus pro alia particula quoniam: id quod colligitur ex eo, quod ob fidem ipsam in anima existentem, forem suam illam appellauit Dominus Iesus. Secundo ex verbo, *adificabimus*, duo colligi: & quod opera nedum super fidem ipsam nitantur vt super fundamentum, verum etiam in charitate fiant; nam alioquin, ni ipsa adesset charitas, quae est vinculum perfectionis, spirituale confurgere nequiret aedificium: Sicut nec sine cemento, aedificium confurgere potest materiale. Et quod eadem opera, tametsi a nobis fieri videantur; vt tamen in spirituale aedificium confurgant, a Deo potius fieri dicenda sunt iuxta illud Pauli: *a Dei aedificatio est. b Nisi enim Dominus aedificauerit domum, in vanum laborauerunt, qui aedificant eam.* Vnde & idem Paulus libere fatebatur: *c Non ego operor, sed gratia Dei mecum.* Bene haud simpliciter *gratia Dei, sed & mecum*, ad designandum nostrum concursum, propter quem fortasse & hoc loco animarum dilectus non dicit aedificabo, sed *adificabimus*; ipse nimirum vt primus, ac praecipuus architectus, tuque simul vt operarius manualis.

Opera bona nituntur in fide, & in charitate.

Operum bonorum aedificium non tam a nobis, quam a Deo est. a 1. Cor. 3. 9 b Ps. 126. 1

c 1. Cor. 15. 10.

d Ps. 67. 14

e Ps. 11. 7.

Tertio denique animaduertendum, operum aedificationem istam ita pro ornamento aedificari super murum fidei, vt tamen simul quoque pro eiusdem fidei seruiat robore, atque tutela: ob id quippe dicta sunt propugnacula: Cur vero argentea? An, quia pura sunt, atque candida e corde puro, & conscientia non ficta, iuxta illud Psalmi: *d Pennae columbae de argentea?* An, quia facta iuxta praescriptum, & regulam sacrarum scripturarum, diuiniq; eloquij, quod ex Psal. 11. *e argentum diximus esse igne examinatum, probatum terra, purgatum septuplum*, id est, purissimum, & absque omni scoria candidissimum? An, quia vt maxime pretiosarum subiecta sint depradationi, prout & quae cumque argentea?

Sane animam, quam ad coelestes nuptias euehere vult sponsus, vt huic prospiciat bonorum operum suorum depradationi, id in primis satagit, vt arcta sui custodia ostium se exhibeat, quod furibus, ac depradantibus vnuerfis sit clausum, iuxta Domini f consilium simul & imperium in singulis operibus suis absconditum obseruandum: Ideo statim ac propugnaculorum argenteorum facta est mentio, congruentissime hoc loco subiicitur, *si ostium est, id est, cum instar praeforti ostij sedula se seruet custodia. Quid tum? compingamus illud tabulis cedrinis*: id est, sicut ostium exornari solet operimento tabularum cedrinarum, quae pulcherrimae sint, & fortissimae, & odore fragrantes, & incorruptibiles: Ita & eam perpulchro operiemus, & ornabimus indumento suaueolentium, praefortium, & impunituribulum virtutum, vt, tametsi ipsa omni intentioni studio occulta seruire nitatur bona, quae agit opera, per diuinam nihilominus operatione, & extrinsecus virtutum nitore praefulgeat, induta nimirum iuxta Apostoli dictum g arma lucis, induta operimento tot cedrinis tabulis compacto, quod idem enumerat Paulus, ubi ait: *h Induite vos ergo sicut electi Dei, sancti, & dilecti, viscera misericordiae, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, &c.* Quae ita inter se arcte compactae sint, vt & arcte animam constringant, quam operiunt, iuxta vim verbi Hebraici, *artabimus*. Quamquam per versionem Sepruag. describamus, seu, *sculpamus*, super eam scilicet portam, *tabulam cedrinam*, id quoque eidem animae sese custodiendi promittitur, quod eo operietur, & exornabitur indumento, de quo per eundem Paulum dicitur: *i Induite Dominum*

Opera bona celandam.

f Matth. 5.

Paraphras.

Opera bona quomodo & in abscondito, & vt extrinsecum anima indumentum

g Rom. 13. 12.

h Col 3. 12.

Per custodia sui ipsius anima induitur Christo.

k 2. Cor. 2. 15. l Cant. 5. 14. Christum quomodo anima induat.

m 2. Cor. 4. 10.

n Cant. 8. 6.

nostrum Iesum Christum, quem iure optimo tabulam cedrinam appellatum crediderim, ob omnimodam impuribilitatem, & incorruptionem, & propter sua uolentiam, ob quam Paulus dicebat: k *Christi bonus odor sumus in omni loco, sicut superius de eodem dictum est, l electus ut cedri.* Nec modicam vim habent verba describendi, atque sculpendi; nam reuera haud aptiori ratione Christum induit quis, quam si illum, eiusque vitam in cunctis operibus scriptam quodammodo, & sculptam exhibeat, quod exposcebat aliquando Apostolus, cum diceret: m *Et uita Iesu manifestetur in corporibus nostris: quod uel ipsemet animarum dilectus a pia anima in hoc capite octauo efflagitauit cum diceret: n *Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum.**

pulos, & dedit argentum, ut possideat ueritatem nominis Dominatoris saeculi, erimus ego & uos cum scribis eorum circumdantes eam, sicut ordines argentei, & non habebunt potestatem populi, ut dominantur in eam, sicut non est potestas uermi ut dominetur argento: & quamuis sit egena praecipis, queremus miserationem propter eam coram Domino, & recordabitur eius propter meritum legis, in qua laborant pueri, quae scripta est in tabulis cordis, & stat contra gentes sicut cedrus.

Communiore ueterum Patrum praesertim Latino- rum sensu haec ad Ecclesiam, & praecipue ad primitiuam illam, de qua in praecedenti sententia, haec referuntur: Et quidem ob duas similitudines muri, atque ostij ad duo distincta fidelium genera eadem referunt, sed diuersimode: Nam Casiodorus, & Beda ad duo genera auditorum, ac si Christus dicat: Cum ceperint Apostoli mei praedicare Ecclesiae Gentium, si tales fuerint auditores, qui merito perfectionis murus appellari possint; dum uidelicet, uel naturali ingenio praediti, uel philosophica eruditione praestantes, quales alios defendere, & munire possint uice muri, adificemus super talem hunc murum propugnacula argentea, addentes illis a eloquia diuinarum scripturarum. Si uero auditores haud tales extiterint, sed fuerint uelut ostium, ut simplicia annuntiantes, possint aliquos in Ecclesiam, & ad fidem adducere; quales sunt sacerdotes minoris gradus: qui baptizando, & diuinis mysterijs initiando, in Ecclesiam homines introducunt, proponamus eis exempla praecedentium patrum, qui ueluti impuribiles cedri immarcescibilia opera habent, & ueluti tabulae scientia, & charitatis latitudine diffusus sunt: ut illorum imitando exempla, alijs Ecclesiam introeundi ueluti ostium ianuam aperiant. Similia fere sunt, quae dicuntur & ab Anselmo, & a Ruperto. existimantibus, per ostium designatos fideles illos Ecclesiae Ministros simpliciores, qui introducere quidem per sacramenta, & sanctas exhortationes in Ecclesiam queunt: defendere tamen ab infidelium incursum, & repellere haereticorum iacula minime ualent: nisi quod Anselmus, id quod dicitur: *Compingamus illud tabulis cedrinis*, tantumdem esse inquit, ac, Tales eis adiungamus, qui sint ipsis auxilio, instar tabularum subtiles, ac bene aptati, ad uoluntate Christi imputrescibiles, & odore suo uermes occidentes ut tabulae cedrinae. Rupertus tantumdem id esse ait, Faciamus, ut sit memoriae imputribilis, atque suauis secundum similitudinem cedri, iuxta illud Psalmi: *b Iustus ut palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur.*

Casiod. Beda. Anselm. Rup. Abb. Ecclesia dicitur murus, & ostium propter duo fidelium genera.

Verf. IX. cap. VIII. Si murus est, adificemus super eum propugnacula argentea: Si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis.

EXPOSITIO IIII.

De uera Sponsa, quae est Beata Virgo Maria.

5 Maria uestra quomodo ut propugnacula argentea edificata sint a Deo.

Ad id, quod in praecedenti sententia dictum est, quid faciendum tempore Incarnationis diuini uerbi: quandoquidem B. Virgo, in cuius utero ea facienda erat, praeximia humilitate indignam ea se censeret gratia, praesertim cum propter firmissimum Virginitatis propositum uera non haberet, quibus naturaliter genitum lactare potuisset filium; respondet modo idemmet Dominus, quod spectat ad uera: cum Virgini Benedictae pectus sit & miseratione maximum, & robore fortissimum, instar praefortis muri, ut natum ex ipsa filium ad illud gestet, daturum se operam, ut super idem pectus adificentur propugnacula argentea, extuberent, & eleuentur uera, lacte de caelo dato tumentia: uera uirginitatis candore argentea, quae in sanctissimo uirginalis pectoris muro quaedam sint propugnacula, ad quae confugeret incarnatus filius Dei, cum lacte indigeret: & quibus mater ipsa ut aduocata peccatorum misericordissimo praelio cum suo dimicaret filio, quodcumque eum in suam trahere uellet sententiam, ut suis parceret deuotis. Quod uero ad firmissimum spectat uirginitatis propositum, ait nullatenus quidpiam tam sancti labefactandum eius propositi; quinimo, si, quae ob uirginitatem est a hortus conclusus, ob dictum propositum est etiam ostium seipsam obseratam seruans, danda opera, quasi super ostio compingantur, describantur, atque sculpan- tur tabulae, seu tabulae cedrinae, iuxta uersionem Sept. ut ex sculpta tabula hac cedri, quae, tum quia nascitur in Libano, qui interpretatur candidatio, tum quia non admittit corruptionem, aptissimum est incorruptae uirginitatis Symbolum, fiat omnibus perspicuum, illam una cum partu e pectore, atque e medio uerum eius pendente & uirginem esse.

Maria defrens natu ad pectus uirgo praedicatur.

a Cant. 4. 12

C

D

E

F

6

Verf. IX. cap. VIII. Si murus est, adificemus super eum propugnacula argentea: Si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis.

Appendix Expositionum, Ex antiquis Patribus collecta.

Paraphrasis Chaldaica. Dicit Michael Princeps Israel: Si ipsa steterit sicut fundamentum inter po-

luff. Orgel. Iustus quoque Orgelitanus, & Aponius de diuersis Ecclesiae membris duobus alijs modis accipiunt. Iustus quidem, qui ceperunt, inquit, in fide crescere, & ita stabiliri, ut robore suo infirmos quosque commoneant: suscepto honoris privilegio, ad ceteros docendos, instituantur. Dum ista sic in Ecclesia disponuntur, tamquam propugnacula argentea muris adiunguntur. Et, si quis idoneus ad loquendum & uelut ostium, quod aperitur, & clauditur, tempus loquendi, & tacendi intelligi, hoc tale ostium tabulis cedrinis compingamus, ut dum odoriferum lignum in se suscepit, cum Paulo dicere possit: *c Mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri, &c.*

Iust. Orgel.

b Ps. 91. 13

c Gal. 6. 14

Aponius muros illos esse censet fidelium, qui uerum Deum omnipotentem cognouerunt, proximi facti Deo Patri: Illos uero ostium, qui pro eius nomine parati sunt sanguinem fundere, quae exemplo suo ostium praebent credulitatis, & ingressum ad salutem. Propugnacula argentea super murum, adificari inquit uerbo Dei per notitiam Trinitatis, per Baptismi Sacramenta, ac per spiritum septiformem.

Aponius.

Ad uniuersam Ecclesiam utramque similitudinem refert D. Ambrosius sermo. 22. in Psalmum 118. uers. 8. & Gregorius Papa. Et quidem Gregorius uidetur sumere particulam, Si, pro, quoniam, quod frequenter in sacris litteris obseruare est: Ait quippe: Dato

Ambros. Greg. Papa.

Dato

Dato Spiritu sancto, *Murus* sancta Ecclesia efficitur, quia quæ prius timida, instructa à spiritu ad resistendum aduersarijs impenetrabiliter roboratur. Quod manifestat idem Petrus, sub ancilla timidus, mox cõtra Principes rigidus, quibus dicebat: *d Obedire oportet magis Deo, quam hominibus.* super hunc autem murum propugnacula ædificantur; quia, vt non tantum se defendat, sed & vt impugnantes resistendo prosterneat miracula ei facere conceditur, quæ cum hostes viderint, ab eius aggressione, iacula timentes, teneantur: quæ propugnacula bene argentea esse perhibentur: quia ipsa cum verbi prædicatione donantur. *Ostium* etiam bene esse Ecclesiam dicimus, quam ab ipso Christo potestatem aperiendi & claudendi accepisse, scimus. *Ostium* in suis prædicatoribus existit: quia per eos aditus ad vitam aperitur: *Vel ostium* in ipso capite suo existit, quod dicit, *e Ego sum ostium*, & cet. Dicitur Ecclesia vt ostium *tabulis cedrinis* compingi; quia fidem prædicans populorum multitudinibus decoratur, & dum populi variis virtutibus asperguntur, vt pictura multis coloribus, sic Ecclesia multis distinctionibus honestatur.

Post spiritus aduentum Ecclesia redita est murus. à Act. 5. 2. 9. Miracula sunt propugnacula argentea.

Ecclesia quomodo sit ostium. e Ioan. 10. 9.

Ambros.

Ambrosius loco supra citato, Ecclesiam murum illum esse ait, qui habet duodecim portas Apostolicas, per quas populo nationum patet ingressus: per propugnacula argentea intelligit diuina eloquia, quibus hostiles ictus repulsare cõsuevit. Circa vltimam partem, quam legit, iuxta versionem Septuag. *Et si ianua est, sculpamus super eam tabulas cedrinis.* Et quia inquit ianua Christus est; & Ecclesia ianua nũcupatur, quia per ipsam populis patet aditus ad salutem. Sed, ne hæreticorum corumpatur tinea, aut vermibus, dicunt filia Ierusalem, vel Angeli, vel animæ iustorum. *Ædificemus super eam tabulas cedrinis*, hoc est, fidei sublimis bonum odorem: Est enim suavis huius materiæ odor, quam non vermis, non tinea corumpat; Ideo huius materiæ vsus eligitur tectorum fastigijs eleuãdis, formandisque litterarum elementis, quibus atas puerilis ad studium liberalis eruditionis imbuatur. Est ergo materia ista sublimis ad gratiam, leuis ad onus, suavis ad odorem, utilis ad instrumentum scientiæ, habilis ad ministerium cognitionis æternæ.

Iusti anima & murus, & ostium dicta. Theodor.

De pia anima hæc dicta fumpere Patres Græci, indicatque idipsum & ex Latinis Ambrosius vbi supra: Diuersimode tamen & ipsi id prosequuntur: nam Theodoritus sanctos veteris testamenti Prophetas in hunc modum ad præcedentia hæc inquit subintulisse: Cum magno Regi copulada sit, & tamquam *murus* futura domus ipsius, vt curet, & custodiat ea, quæ intus sint, & tamquam *ostium* ea, quæ recondita fuerint, conseruet: tamquam super muro quodam *ædificemus argentea propugnacula*, id est, eloquia ratione splendens, vt in ipsis cõsistent hostes sagittis petat, & insidias struentes cõsequatur: Ipsi autem vt ostia tabulas, easque cedrinis, quæ peccati corruptionem suscipere nequeant, imponamus: Quæ Theodoriti expositio tam Ecclesiæ, quam animæ congruit.

Tres Patr.

Obscurius apud eumdem Tres Patres ita hæc reddunt. Si legalium præceptorum obseruatione tamquam *murus* extructa est, imponemus super ea veluti *propugnacula argentea*, fulgentes in legali littera mysteriorum rationes. Quod, si naturali ratione per sensum aperte est tamquam porta cognitionis aditum patefaciens, formemus in ea quasi *tabulam cedrinam* mentem, quæ sensus contrahat imperfectos, quæque fidem ex operibus perfectam habeat, & gladio spiritus amputet tum falsas opiniones omnes, tum virtutis defectus, atque excessus, quibus ex rebus in te huic multitudini tu quidem largieris. ego autem ministrabo.

Phil. Carp.

Philo Carpathius eandem animam & *murum* & *ostium* dictam propter fidem: per *propugnacula argentea* vitæ probitatem, & salutaria sponsi præcepta sacrarum litterarum, per *tabulam cedrinam* exempla, atque doctrinam intelligit sanctorum, de quibus: *Iustus vt palma floribit: sicut cedrus Libani multiplicabitur.*

Psalm. 91. 5.

A *Vers. X. cap. VIII. Ego murus, & vbera mea sicut turris, ex quo facta sum cor am eo quasi pacem reperiens.*

EXPOSITIO I.

Iuxta sonum litteræ.

Haud ambigendum, sponiæ hæc esse verba, dictaque ea esse in responsonem ad immediate præcedentia. Supponentes itaque ex dictis, illam in tota hac oratione, quam cepit à vers. 8. id intendere, vt auditis, quas dilectus exposuerat, dilagationis viribus immensis, eaque percepta eiusdem efflagitatione, qua ipsi dixerat, *Pone me vt signaculum*, & c. suomet dilecto, atque etiam adstantibus eius sodalibus palam faceret, satis sibi met experimento probatas vires dilectionis eius, iamque à teneris annis se illum *vt signaculum & super cor* posuisse, & *supra brachium*: quod peregrie probauit, referens, cordi infixæ vel prima illius amoris iniua, quæ paruula adhuc existens, ex eiusmet ore suscepta, verba ea, *Soror nostra*, & c. ex occasione autem eorum, quæ retulerat in vers. 9. *Si murus est*, & cet. nunc, conuerso sermone ad adstantes: dilecto tamen ipso audiente, exponit, quid in se virium ipsa illius dilectione in semet experta sit, & quomodo, & quando murus extiterit cum vberum propugnaculis: simulque instar ostij conclusum pro illo solo seruaret quicquid in se esset. Porro, vt, quæ hic ab ea dicuntur, clarius explicentur, nonnulla prius sunt animaduertenda.

Primum, totam orationem hanc metaphoricam esse, ipsdem seruatis metaphoris, quæ in præcedentibus verbis fuerant vsurpatæ: muro enim designatur peccus: vbera assimilantur turribus super murum erectis, sicut ibi assimilabantur propugnaculis: ad id demum, quod ibi dictum fuit sub metaphora præfortis ostij quo in pace, tutoque seruantur, quæ intra domus penetralia clauduntur, respondent postrema verba hæc, *Ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens*: admodum certe congruenter post bellicas muri, ac turrium metaphoras pacis metaphora adhibita; vt singulis fieret conspicuum, bellica illa vniuersa haud aliud spectare prælium, quæ dilectionis, quod, tametsi grauissimum sit, & validissimum, ita nihilominus, taleve est bellum, quod sit quasi pax: Idcirco aptissime quoque dictum est. *Ex quo facta sum coram ipso quasi pacem reperiens*. Quamquam dici & id pariter queat, particulam *quasi* hoc loco adhibitam non tam ad significandam pacis similitudinem, quam ad illius veritatem statuendam, iuxta illam sacrarum litterarum phrasim, quasi particulæ istæ, *quasi, tamquam, & sicut*, quibus in Græco respondet, *ὡς, seu ὡςπερ*, haud semper similitudinem, sed aliquando veritatem significant, prout aduertunt fere Patres omnes super illud Ioannis, *a Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vniuersi à Patre*: vt tantumdem sit, ac, *Ex quo facta sum coram eo pacem reperiens*, pacis nomine vsurpato non tam pro pace ipsa, quam pro eius effectibus, benignitate, beneuolentia, & tranquilla animorum vnione.

Notandum secundo, quod dicitur, *Facta sum coram eo pacem reperiens*, dictum ea phrasi, quæ & alias obseruauimus; & secundum quam dicitur inuenire gratiam apud aliquem, qui illi placet, & gratus est, & in quo is complacet.

Notandum tertio, aduerbium *ex quo*, dupliciter sumi posse: Vel vt designat causam præcedentium eorum, *Ego murus*, & c. *ex quo*. i. exinde, seu ex eo tempore, quo facta sum, & c. quomodo Hebraicū aduerbium *אז* intellexisse crediderim & Sept. cum vertent, *Ego etiam in oculis eius quasi pacem reperiens*, vt iam iam explicabo. Vel vt designat eorumdem præcedentium effectum, quod exinde consecutum est. vbi primum sponsa cepit esse murus, & c. quomodo communiter prædictum aduerbium Hebraicum desumitur

Particula quasi, ali-quãdo ponitur ad statuendam veritatem.

a Ioan. 1. 14

Aduerbium, ex quo designat vel causam, vel effectum.

Aquila.

tur & ab Hebræis, & à nostris recentioribus, qui in suis versionibus illos sequuntur, & etiam ab Aquila interprete antiquissimo, in hunc modum hæc vertēte: *Tunc facta sum in oculis eius inveniēns pacem.* Iuxta duplicem eius acceptionem, duplex eorum, quæ hic dicuntur, assignari potest sensus æque congruus, æque probabilis, & æque bonus.

Primus sensus.

Primus, si que facilior, vt quod dicitur, tale sit.

Paraphras. 2. sis.

Vt primum intellexi, me illi beneplacitam: vt primum illius in me benevolentiam percepī, seu: Vt primum pacifice, & tranquille, vt illius sponsa cœpi cohabitare cum eo; ita, quæ parua iam eram, meo excreui corpore, vt & elato pectore instar muri erecta sim: sive & vbera mea extubuerē, vt plane in pectore ipso meo turres representent erectas super murum. Vt hæc ijs propemodū sint familia, quibus quædam ē puellarum choros tam subitum eiusdem sponse admirans pulchritudino, & staturæ corporis incrementum supra in ca. 6. dixit, a *Quam pulchra es, & decora charissima in delicijs! Statura tua æssimilata est palmae, & vbera tua botris.* iuxta eum sensum, quem pro probabiliori allatum videre est ad finem primæ expositionis vers. 6. cap. 7. Hocque ipso sensu arbitrari exponendam & versionem Septuag. iam supra relatam, ac si eadem sponsa dicat. Cum in oculis dilecti mei essem quasi pacem reperiens, esse cœpi murus, & vbera mea sicut turres, vt explicatum est.

Secundus sensus.

Quod si altero significato vsurpatum velimus aduerbium *ex quo*, secundo sensu sponsa quæ in præcedentibus sollicitudinem retulit dilecti sui de ipsius pusillitate, & ineptitudine ad nuptias, post relata & conditionalia ea verba, *Si murus es, &c.* id modo patefacit, quomodo, amota iam dubitatione omni, grandæuior effecta, & murus eleuato euaserit pectore, & in pectore ipso suo vbera ita excreuerint, vt familia videantur turribus ad murum erectis, & quasi vberibus ipsis suis ita extuberantibus, quæ, vt supra sæpius visum est, potentissima sunt ad amorē conciliandum, atque ad animum quemque superandum, ac si è turribus cum ipso dilecto suo dimicasset, subijciat. *Tunc facta sum coram eo quasi pacem reperiens*, illo nimirum superato, eique sponsata, tranquillam cum ipso inij pacem: quando & certior ille factus est, quod, ipso admisso, reliquis vniuersis ostium essem fortiter clausum.

Hi duo sunt, qui mihi istorum verborum probabiliores videntur sensus: Quia tamen fieri facile potest, vt quis cupiam eorum adhæreat sensuum, quos supra retulimus in prima expositione præcedentium verborum, *si murus es, edificemus, &c.* ne inuidus censear, referam, quæ ab iisdem consequenter super hisce asseruntur.

I.

Soto Maior.

Ac primum Soto Maior, qui & primus in citato loco relatus fuit, hisce ad præcedentia responderi per hæc, ait, à sponsa. Haud opus est muro, propugnaculis, alijsve id genus munimentis ad paruulæ sororis nostræ pudicitiam seruandam: ego enim illi pro muro, & propugnaculis ero: futurumque spero, vt vbera mea sint illi pro turribus fortissimis, etiam si nulla alia externa adhibeantur claustra: ego sola sufficio ad conseruandam, & eam, & illius integritatem, ex quo, s. tempore, i. tunc temporis, seu ex quo responso mirifice animum dilecti mei placui, plene illi satisfaciens, mihi que illum deuinxī.

II.

Hebrai.

Iuxta Hebræorum sensum, eadem sponsa sibi gratulans, ait, Ecce ego sum ostium, sed ex eo tempore, quo facta sum, sicut pacem reperiens in oculis dilecti mei, sum murus validissimus, & vbera mea iam ita excreuerunt, vt promineant in pectore meo veluti turres: seu, quoniam ego non sum ostium versatile, sed sum murus; quia stabilis in eius fide perseueraui, & quoniam iam haud amplius sum sine vberibus: sed vbera mea sunt sicut turres in muro pectoris mei, propterea facta sum coram ipso quasi pacem reperiens.

III.

Genebrard.

Quod si ambæ præcedentes similitudines muri, & ostij in bonum sumantur, iuxta complurium nostrorum sententiam, quod hic dicitur, secundum eisdem

tale erit. Ego veluti fortissimus murus in tua fide, ac dilectione perseuerans, te solum amatorem admittens ceteris amafijs omnibus fortiter restiti: iamque grandior effecta, ita vt vbera mea in pectore meo promineant, veluti duæ turres in muro, facta sum coram eo quasi pacem reperiens.

IV.

Ecce me vides sponse mi, qualem me videre optabas. Ecce ego murus sum, & habeo vbera instar turriū: id autem ex eo habeo, ex quo tibi perfecte placui.

V.

Del Rio.

Vel, vt ait Del Rius, Profusus statui facere, quod iubes: nam sentio, iam liberalitate tua meam obedientiam præueniri, tuis enim muneribus iam factum, vt videar tibi (neque fallor) murus quidam propugnaculis argenteis nitens: & gemino vberē, vt turribus paribus vallata.

VI.

Legionensis.

Denique, iuxta Legionensem, sibi ipsamet gratulatur sponsa, quod opus ei non fuerit adscititijs ornamentis ornari; quodve placuerit viro suo, nullo adhibito exquisito cultu. Ac si dicat.

Pro muro, & pro turribus argenteis, pro aduentitijs, & exquisitis ornamentis mea mihi fuit pulchritudo. Aut certe: Tantus viri mei extitit amor, vt, quæ mihi minus erant bona, inesse tamen viderentur præ amore.

Circa lectionum varietatem, præter id, quod dictum est de aduerbio, *ex quo*, duo sunt animaduertēda. Primum, tam in textu Hebraico, quam in versione Sept. pluraliter habere, *Sicut turres*: Vnde, cum in Vulgata legimus, *sicut turris*, haud dubium, quin consueti sacrarum litterarum phrasi sumendum sit singulare positum pro plurali.

Notandum secundo, in Codice nuper in Vaticano impresso versionis Sept. ita pluraliter legi, *Ego erā in oculis eorum*: cum tamen Codices reliqui, Complutensis, Regius, atque Aldinus, necnon & Patres Græci, Theodoritus, & Catena Trium Patrum, quin & Ambrosius serm. 22. in Psalmum 118. vers. 8. singulariter potius legunt, *In oculis eius*: Crediderim potius id mendum esse in prædicto Codice Vaticano: quod colligi exinde potest: quia & in Annotationibus, quæ in eo ipso Codice habentur, vbi hæc ipsa referuntur verba, singulariter sic habetur, *ἐγὼ ἦμην ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ. Ego eram in oculis eius.*

Vers. X. cap. VIII. Ego murus, & vbera mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens.

EXPOSITIO II.

De prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

SI materialem ignem istum nostratem ad fortissimum quemque apponamus murum, eius profecto is aduertitur esse roboris; vt, qui vix diebus pluribus, multisque ferreorum instrumentorum ictibus destrui potest, exiguo temporis momento eum demoliatur, atque prostrernat: hincve illud est, vt ab igne multo magis, quàm à re vlla alia continuatis excubijs fortissimæ quæque custodiatur munitiones. Nec auditum est vmqquam, vt igne erigerentur parietes, cum ignis iste noster, etsi actiuus quam maxime sit, actiuitatem tamen suam in consumendo exhibet efficacius, quam in agendo. Quapropter cum celestis Spiritus sancti ignis è contra se habeat, vt à ciuitatem suam, quæ longe quacumque actiuitate est superior, in perficiendo exhibeat magis, quam in consumendo, vt primum Ecclesiæ, quæ absque muro erat, vt igneus adhæsit murus, nedum ipsam minime consumpsit, sed & insuper fortissimum illam erexit murum.

3 Ignis noster maxime actiuus in consumendo, cum ignis spiritus sit in perficiendo.

a Zach. 2. 4. rum. a Absque muro habitabitur Ierusalem prae multitudine hominum, & iumentorum, dixerat aliquando Dominus per Zachariam prophetam, & subdit. Et ego ero ei murus ignis in circuitu, & in gloria ero in medio eius. Si attentius inquiramus, quando re vera Dominus fuerit murus ignis in circuitu Ecclesiae. tunc id factum asseremus, quando Ecclesia ipsa habitabatur sine muro: quando in Ecclesia haud erant, qui instar validi muri eam tuerentur: quando ante aduentum Spiritus sancti ipsimet Apostoli ingenti erant pauore coccussi: Ideoque in praesenti sententia dicens, Ego murus, & vbera mea sicut turris, ex quo facta sum quasi pacem reperiens, significat, se ex eo tempore, quo ex collato Spiritu sancto dono amoris certior de reperta apud Deum pace facta est: quove ignea illo muro diuini Spiritus circumdata est. ita vt interna pace reperta instar munitae se habuerit Ciuitatis, per murum ipsum igneum, perque Spiritum sanctum erectam, & solidatam in murum fortissimum, aduersus quem nec vniuersus orbis, nec tartareae praualerent legiones. Porro, si per murum igneum Spiritus sancti erecta & ipsa in murum est, haud dubium, quin & in igneum pariter erecta sit murum. id enim cuique innatum est igni, vt quicquid per ipsum fit, vel per participatam ignis naturam, vel saltem per communicatum fiat calorem. Igneum vero murum illum esse, exinde pariter colligere licet, quod per eius sponsum dictum aliquando fuit, b Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi vt accendantur? accensus namque is est in die Pentecostes, quando c lampades Spiritus sancti, quem ipsam dilectionem esse, non ignoramus, lampades excitere ignis atque flammarum. Ego murus igitur ait Ecclesia, ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens: Murus, ad quem quicumque accederet, igne succenderetur charitatis, utpote qui nedum igneus sit, vt dictum est, sed & turres haud alias habeat, quam vbera, quae symbolum item charitatis existunt.

Ecclesia est murus igneus.

b Luc. 12. 4. 9

c Cant. 8. 6.

Ecclesia murus igneus charitatem habet pro turribus.

Apostoli fuerunt vbera, & turres in Ecclesia vt muro igneo.

d I. Cor. 1.

e Cant. 3. 10

Ac bene in primitiua illa Apostolorum Ecclesia, quae per Spiritum sanctum sponsata, & roborata est in charitate, & pace, turres vt in muro igneo, & turres erectae dicuntur, e quibus praelia committerentur, & iacula iacerentur. Pace enim reperta a metu, & passionibus, quibus post Christi mortem Ecclesia ipsa, vt paupercula, & tempestate conuulsa, pauida feditabat in ciuitate, donec indueretur virtute ex alto, Apostoli charitatis igne succensi vt vbera lac fundere coeperunt doctrinae, & eruditionis: vt vbera dilectionis, & charitatis quasdam sese exhibuerunt in turres, e quibus ignea mitterentur iacula item charitatis: cum ipsummet doctrinae eorum lac dilectionem praese ferret, & charitatem: neque enim aliud praedicabant, iuxta Pauli dictum, quam Iesum, & hunc crucifixum, quem ex capite tertio huius Cantici nouimus, iuxta Hebraicam lectionem, appellatum compositum charitate a filiabus Ierusalem: hanc omnibus nervis in hominum corda immittere satagebant: per hanc, & praeliati sunt, & vniuersum subiecerunt orbem.

Vers. X. cap. VIII. Ego murus, & vbera mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens.

EXPOSITIO III.

De secunda Sponfa, quae est Anima Iusti.

Primus, sensus. In anima incipiente tria quae fieri solent.

Congruunt verba ista perfecte cuique animae, taceret & id pariter per ea significetur, quod in anima fit incipiente. Tria quippe sunt, quae incipiente anima aduertere licet. Primum, diuina gratia: secundum, declinatio a malis, & resistentia aduersus insurgentes tentationes: tertium denique, exercitium

bonorum operum. Diuinam gratiam, propter quam placere coepit Deo, verbis ijs anima ipsa significat, quibus ait: Ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens: reperisse se, iniquens pacem, quando per praegredientem, & adiuuantem gratiam talis effecta est, vt diuinum sibi conciliarit beneplacitum. Vnde consecutum est postmodum, vt praecedentium peccatorum occasionibus murum semet opposuerit: quo vero validior existeret murus, vbera instar turrium erecta exhibuit, misericordia, & charitatis se dedes operibus.

Sed licet incipienti animae congruere haec queant iuxta sensum primo loco in prima expositione a nobis allatum: iuxta secundum tamen sensum perfectae potissimum tribuenda sunt animae, qualem summo studio quaerit Deus inter homines vniuersos, prout apud Ezechielem significauit, cum diceret: a Et quaesum de eis virum, qui interponeret sepem, seu maceriam, (vt legitur apud Hieronymum in Comment.) & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam: & non inueni. Ex quo Ezechielis loco colligendus est & intellectus praesentis sententiae, Ego murus, &c. vt a perfecta dicitur anima, dummodo animaduertamus duas Hebraicas phrasas a nostro Interprete minime expressas. Pro eo enim, quod in Vulgata est simpliciter, Qui interponeret sepem, in Hebraeo est גֹּדֵר גֹּדֵר goder gader, id est sepiens sepem, qua phrasi videtur supponi sepes, quae tamen, cum fracturas aliquas habeat, aliquaeque foramina, alia ei obijciatur sepes ad fracturas & foramina illa, vt illa seruentur, quae a sepe prima ambiuntur. Id quod efficacius statim idemmet Dominus altera significauit phrasi, qua pro eo, quod Vulgata habet. Et staret oppositus contra me, in Hebraeo est וַיִּנְגַם בַּפֶּה בַּפֶּה וַיִּנְגַם בַּפֶּה vengomed bapperetlephnai, id est, & qui staret in confractione ante faciem meam. Quam secundam phrasim expressere & Sept. alias ad verbum illam reddentes in Psalm. 105. b vbi dicitur. Et dixit, vt disperderet eos, si non Moyses electus eius stasset in confractione in conspectu eius. Supponendum ergo ex praedicto modo loquendi id, quod apud Prophetas est sapius praedicatum, fidelium Ecclesiam a Deo & veluti dilectissimam vineam sepe, c maceriaque circumdatam: vt tuta conseruaretur, & veluti Ciuitatem sanctam praeforti munitam muro, haud alio sane, quam se ipso, iuxta illud psalmi: d Montes in circuitu eius: & Dominus in circuitu populi sui: & apud Isaia dicitur, e Saluator ponetur in ea murus, & antemurale. Murum istum, istudve antemurale cum nec a tota vniuersi huius vel etiam potestatum tenebrarum harum confringi, aperiri aut perforari queat: facillimo tamen negotio ab vnoquoque rumpitur peccato mortifero: atque adeo nedum murus ignis dicitur, nempe murorum omnium fortissimus: sed & fragilis maceria, & quae facillime rumpitur sepe. Quamquam re vera fortissimus semper is sit, adeoque fortis, vt nec peccata illum confringant: sed ea, quae post peccata in illo apparet confractio, robore ipso facta sit Dei, eiusque indignationis, irumpere festinantis in proclium contra eos, qui peccatis suis lacessiti eum fuerint.

Verum, quia vniuersa via Domini misericordia, & veritas: & quia irruptio ista est opus ab eo alienum, ac peregrinum, vt contestatus est Isaia: g nulla sane re conciliatur magis eius beneuolentia, quam cum Sanctus quis ad foramen in praedicta sepe, maceriaque semetipsum opposuerit in sepem, & in maceriam: quamve, cum deuota quaequam anima in proclium contra insurgentem, & irrupentem iram suam in ipsa muri confractione fortissimum se opponat murum: indeque est, vt qui non vult mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur, & viuat, tam sedulo, vt dictum est, studio talem per semetipsum quaesisse se dicat: ac de hoc aduersus Prophetas, quorum id munus esse debuisset, apud eundem Ezechielem conquerens, totum hoc apertius explicans, ait. h Non ascendis sis ex aduerso (in Hebraeo וַיִּבְרַח בַּפֶּה וַיִּבְרַח בַּפֶּה bapperat zoth, id est, in confractionibus.) neque opposuisti murum pro domo Israel: vt staretis in proelio in die Domini.

Secundus sensus. In oratione anima deuota in murum se opponit ire Dei. a Zach. 2. 30.

Sepiens sepe quid significet.

In confractione stare in conspectu Dei, quid significet. b Psal. 105. 25.

Isa. 5. 2.

d Psal. 124. 2.

Deus est murus fortissimus simul ac maxime fragilis.

e Isa. 26. 1. Peccata rumpunt murum protectionis Dei.

f Psal. 24. 10.

g Isa. 28. 21

h Zach. 13.

Porro

5 Porro anima illa, quæ sponsa est Christi, quæve sancti Moysis perfectionem æmulator, & sanctitatem, id tandem sibi contigisse modo significat, quod Sanctissimo illi contigit, qui, visa maxima illa, quæ per vituli adorationem facta fuerat, contractione, vt validissimus murus in contractione illa stetit, erumpentemque Dei indignationem detinuit: adeo vt, qui cū illo præliabatur Deus, ipse diceret, *i Dimitte me, vt irascatur furor meus*; Ac si dixisset: contractione facta per tam immane scelus, perque iram meam, sine indignationem ipsam meam iam per illam in scelestum irumpere populum, qui haud tutum se seruare nouit intra integerrimum murum protectionis meæ: Magno prælio aduersum me stas, egredi nequeo.

Et certe adeo fortem stetit in murum; vt tandem pacem, vel in prælio ipso repererit: vnde in textu libri Exodi subijcitur. *k Placatusque est Dominus, ne faceret malum quod locutus fuerat. In eumdem ergo modum de semetipsa ita loquitur anima Christi sponsa, Ego murus: Ac si dicat.*

Audiui conquerentem dilectum meum, quod non inueniret, qui se ei opponeret irato, quive staret in contractione in conspectu eius. Eccam me murum; eccum pectus meum, & robur mentis meæ: *ex quo, tuncve facta sum coram ipso pacem reperiens.* Adeo enim fortiter illum pro peccatoribus deprecans, steti in contractione; vt indignatio ipsa eius me transgredi nequiverit; & quasi illo deuicto, reperi coram eo pacem, quæ omnino abscessisse videbatur.

Notandum est autem, sponsam Christi multo validius cum Deo præliatam, & in contractione stetisse in conspectu illius, quam Sanctissimus steterit Moyses, quod per ea verba, *Et vbera mea sicut turris*, per egredie subindicatur. Enimvero Moyses stetit quidem vt murus in contractione in conspectu Dei, precibus ipsis suis aduersus illum præliatus: quoque validius dimicaret, muro ipsi adhibuit & turres, sanctos nimirum Patriarchas, dicens: *a Recordare Abraham, Isaac, & Israel seruatorum tuorum, quibus iurasti per te metipsum, dicens: Multiplicabo semen vestrum, sicut, &c. pugnavitque, è turribus hisce mittens in Deum iacula rationū nitētium in firmitate promissorum Dei, sicut & paulo ante, cum diceret. b Ne, quæso, dicant Aegyptij: callide eduxit eos, vt interficeret in montibus, & deleter è terra, armis pugnavit rationis nitētis in ipsiusmet Dei honore.*

Quo muro, quibus turribus, atque armis potuit quidem pro tunc placatum reddere Deum; at iram ipsam Dei omnino auertere minime potuit: quia nec peccati maculam ab ipso abstulit populo, in veram illum deducens penitentiam, & contritionem, quam externo tantum significauit signo illo c contritionis vituli in puluerem: atque adeo ille ipse, de quo dictū fuerat, *Placatusque est Dominus, ne faceret malum, quod locutus fuerat.* paulo post ait: *d Ego in die ultionis visitabo & hoc peccatum eorum: & adjicit textus: Percussit ergo Dominus populum pro reatu vituli, quem fecerat Aaron.* At sponsa Christi, cum murum se exhibet, eas sibi met muro, talesve adhibet turres, quæ & vbera sint, quinimo vbera ipsa sua super murum pectoris, & deuotionis suæ erigit in turres: Haud enim validiores existimat sibi fore turres, quam charitatem, qua in suo succensa est corde. Porro è turribus, & vberibus hisce suis duo iacit spiculorum genera: alterum in peccatores, pro quibus preces fundere satagit: alterum in Deum, quem placare & in suam trahere contendit voluntatem.

In peccatores spicula iacit contritionis, penitentia scelerum admissorum, ex ipsis vberibus dilectionis lac mittens eruditionis, edocens illos peccatorum grauitatem, Dei quem offendere, bonitatem, & celsitudinem: paratas eis poenas æternas, ni ipsos illorum penituerit: Dei promptitudinem ad eorum penitentiam suscipiendam, & similia.

In Deum vero haud alia mittit iacula quam ea, quæ ex pulcherrimorum vberum specie ad oculos trāj-

A ciuntur amantium: iacula dilectionis, & ardentia charitatis spicula illa, quæ vulgato vocabulo orationes dicuntur iaculatoriæ, quæ ita eiusdem penetrant cor, vt exclamare quodammodo eum compellant verbis ijs, quibus exclamasse eum vidimus supra in capite quarto: *e Quam pulchra sunt mammae tuæ, sicut mea sponsa: pulchriora sunt vbera tua vino, & odor unguentorum tuorum super omnia aromata: victum nempe se eorum vberum spiculis asserit, ita vt vix alia proferre queat verba, quam obstupescens illorum vim, Quam pulchra id est, Quam ingentes sunt vires charitate succensarum precum tuarum, iacit certe vinum sua acutissima, simul & validissima spicula, quæ ita cor penetrant epotantis, vt merentem, & iracundum immutent in lætum, atque placatū: At pulchriora sunt vbera tua vino quocumque: multo enim efficacius, quam vino, speciosissimis, atque ardentissimis precibus ipsis tuis cor immutarum est meum, ex indignato, iraque commoto lætum redditum, atque placatam: Neque vero minus quam vino ijsdem & inebriatum me fateor; ita vt iam vix eorum recorder scelerum, pro quibus preces ipsas effuderis.*

Quinimo ijsdem dum me confodis iaculis, dumque à te per illa superior, summa perfundor voluptate, multoque magis ijs oblector precibus tuis, quam omnibus aromatis, quibus me recreare studuit Moyses in precibus suis, vel in sacrificijs ijs vniuersis, quæ mihi offerenda mandauit in odorem suauitatis.

Iure igitur optimo gratulari sponsæ ipsi licet, & in Domino gloriari, ac dicere, [Ego murus, & vbera mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo pacem reperiens.] Neque vero suo vacat mysterio, quod, iuxta Vulgatam nostram dicit in singulari, *Vbera mea sicut turris*: per id etenim innuit, & vnde potissimum vbera ipsa sua, ac preces charitate succensæ, ex vberibus charitatis nimirum emissæ, tantas habeat vires, etiam erga inuincibilem, & immutabilem Deum; ex eo videlicet, quod eadem vbera, dilectionemque & charitatem suam reddere satagit timilem charitati Christi crucifixi, quem nouimus esse illam sicut turrim David, quæ edificata est cum propugnaculis, & ea quæ pendentes mille clypei, omnis armatura fortium: haud enim vlla ex vberibus suis in Deum iacit spicula, nec vllas emittit iaculatorias preces, quæ dictam nõ referant turrim; quæ Christum crucifixum æterno non repræsentent Presbytero, quasve per merita Christi crucifixi exaudiendas non censent.

Vers. X. cap. VIII. Ego murus, & vbera mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens.

EXPOSITIO IIIII.

De tertia Sponsa, quæ est Beata Virgo Maria.

F Verborum istorum intellectus, vt à B. Virgine prolata fuere, iuxta primum litteræ sensum, facillimus est, & sane pulcherrimus: significant enim, quas vires obtinuerint & pectus ad quod baiulatus est filius Dei in puerilibus annis, & vbera quibus idè lactatus est infans: & tantumdem sunt, ac si Virgo benedicta, vt spem certissimam suis exhibeat deuotis, tutissimumque sui confugium, ita illos alloquatur, & coram ipso dilecto suo talia ad quoscumque, vel etiã scelestissimos habeat verba.

Ne vereamini, ellam me turrim fortitudinis à facie cuiuscumque inimici, quin & à facie iræ Dei; ex quo enim facta sum coram ipso pacem reperiens: ex quo Deo ascendit inueni

quam valida cum è turribus vberum, & charitatis mittuntur in Deum. e Cant. 4. 10

Orationes catenus efficates, quatenus Christi nituntur meritis.

f Cant. 4. 4.

5 Deuota anima quam fortiter iræ Dei se opponat in prælio orationis.

i Exod. 10.

k Exod. 32. 14.

Paraphrafi.

Oratio sponsæ Christi efficacior ea oratione Moysis qua Deum superauit, ac tenuit.

a Exo. 32. 13.

b Exod. 32. 12.

c Exod. 32. 20.

d Exod. 32. 34.

In oratione anima deuota duo iacit spiculorum genera.

Orationes iaculatorie

7 Primus sensus. Maria se offerre peccatoribus aduocatum apud Deum.

Paraphrafi. Vbera sua Deo ascendit inueni

quando oras pro peccatoribus.
 inueni gratiam apud eum, ex quo in me ille sibi bene complacuit, vt respiciens humilitatem ancillæ suæ, per Verbi Incarnationem efficeret, vt beatam me dicerent omnes: ego ex eius benignitate *murus* vobis sum validissimus: pectus quippe meum, vt murum æneum, vt murum ignis illi opponam, quodcumque ipsius iram in vos irrumpentem intellexero: eaque illi offendens, quæ in pectore ipso meo caelesti lacte intumuerunt vbera mea, vt turrim insuperabilem ipsa ei obijciam: ex ijs enim acutissima pro vobis in illius cor iacio spicula precum, repræsentantium illi, quod tanta vberibus ipsis meis eum charitate lactarum. Circa hæc multa quidem essent, quæ dicerentur: Videantur tamen quæ dicta sunt supra, expof. 4. in vers. 13. capitis 4. *Quam pulchræ sunt mammæ tuæ.*

Alius sensus.
 Posset hic quoque dici, verba ista, *Ego murus, &c.* idipsum significare, quod Gloriosissima Virgo ad Angelum dixit, suum in Incarnationem exhibens assensum, *a Luc. 1. 38. Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum;* sed efficaciori ostensione fidei iam ea omnia in se facta supponens, quæ sibi per eundem Angelum Dei nomine fuerant prænuntiata. Id nimirum fixum suo obtinens animo, quod & Angelus dixerat, quia non est impossibile apud Deum omne verbum. Vt tantumdem sit, ac si dicat.

Paraphrasis.
Ex quo facta sum coram ipso pacem reperiens, ex quo placui Altissimo, vt de meis visceribus gignerem Deum & hominem, ellum pectus ancillæ Domini eleuatum instar muri, vt ipsum è me natum robore deferam maximo: En & vbera ipsa prout certissima spero fide, lacte, quo eundem nutriam, intumescunt: ita vt tamen vbera Virginis sint, ob lactis nihilominus copiã, quo è cælo replenda esse non dubito, turres in pectore meo repræsentent: En tibi paratas, ad quas confugas turres, quando inermis, paruulus, ac vagiens mundum istum adire tibi libeat.

A *pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis.*

Secundum Rupertum, Ecclesia murum se afferit, quatenus in scriptura sancta spiritu munita est & litera. Reliquifere cum Casiodoro.

Quod eiusdem Ecclesiæ *vbera sicut turres* esse dicuntur, ab Ambrosio intelligitur de sensu, & eruditione sacrarum litterarum: vnde ser. 23. in Psal. 118. ita per hæc Ecclesiam loquentem inducit: Nolite dubitare, ac dicere: *Si murus est: ego murus sum, & non parua vbera habeo, sed, vt turres vbera mea sunt.* Quomodo dicitis, quia non habeo vberes sensus, quæ turres habeo sapientiæ, in quibus est abundantia, sicut scriptum est: *b Et abundantia in turribus tuis.* Idem vero in libro 6. Hexæmeron, Ecclesiæ *vbera sicut turres* sacerdotum esse, ait, quibus abundat & de naturalibus verbum, & de moralibus disciplina.

Vbera Ecclesiæ sicut turres ob sensum & scientiam scripturarum.
 Ambros.

Psal. 121. 7. Vbera celsæ sicut turres sunt: sacerdotes & Prædicatores.

Casiod.

Communiore tamen sensu Sancti intelliguntur Doctores, Prædicatores, & explanatores sacræ scripturæ. *Sicut turres* hos dictos, ait Casiodorus, & *sicut vbera*; quia alios & lacte doctrinæ erudire possunt, & vice turrium defendere. Et, quia merito doctrinæ, & sanctæ conuersationis super fideles reliquos ita eminent, sicut turres eminent super murum.

Denique, quod dicitur, *Ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens*, communiore quidem sensu intelligitur, prout explicatur à Casiodoro, de tempore illo, quo Christus in cruce moriens, mundum suo reconciliauit patri, quando inimicitiam omnem idemet Christus per semetipsum de medio tulit, Gregorius tamen Papa refert eadem verba ad tempus aduentus Spiritus sancti, dicens: [Vbera sua sicut turrim] habuit Ecclesia, [ex quo pacem coram sponso reperit;] quia, postquam sub ipso spiritum pacis accepit, Prædicatores contemplatione altos, & robore inflexibiles nutriuit. Sed quid est, quod non ait *pacem*, sed *quasi pacem reperiens*? nisi quia dum in hoc mundo sumus à peccatis omnibus non desistimus, & quamdiu cum peccato viuimus, pacem perfectam cum illo, qui sine peccato in carne vixit, non habemus. Ambrosius serm. 22. in Psal. 118. His, inquit, vberibus, id est sensibus habilem se tantis nuptijs æstimabat Ecclesia: sed filia Ierusalem adhuc non poterant æstimare: quia sensuum eius abundantiam non videbant: & addidit. *Ego eram in oculis eius, tamquam inueniens pacem*: hoc est, deliberatis de meis sensibus, cum pacem Dei inuenirem, quæ exuperat omnem mentem, & custodit corda, & sensus in Christo Iesu. Talis, inquit, eram in oculis sponsi, qualis quæ habet pacem: scriptum est enim: *Qui recte quarunt pacem, habebunt eam testimonium.*

Casiod.

Greg. Pap.

Pax vera non reperitur in hoc mundo.

Ambros.

Pro. 12. 20.

Vers. X. cap. VIII. Ego murus, & vbera mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens.

Appendix Expositionum, Ex antiquis Patribus collecta.

8 *Paraphrasis Chaldaica.* Respondebit cœtus Israel, & dicit: Ego fortis sum in verbis legis sicut murus, & filij mei robusti, sicut turres. Et illo tempore cœtus Israel inueniet misericordiam in oculis Domini sui, & salutabunt eam omnes habitatores terræ.

Ambros.

Casiod. Greg. Pap. Iust. Beda. An' elm. Rupertus. Virginibus Ecclesia est murus.

Psal. 12. 7

Ecclesiæ quidam hæc tribuunt veterum Patrum, quidam vero animæ insti: Ecclesiæ tribuunt Ambrosius libr. 6. Hexæmer. cap. 8. enarrat. in psalmum 50. & serm. 12. in Psalmum 118. vers. 8. necnon & li. 1. de Virginibus, Casiodorus, Greg. Papa, Iustus Orgelitanus, Beda, Anselmus, & Rupertus. Et quidem Ecclesiam ipsam murum se dici duas ob causas, ait Casiodorus. Primum; quia fundata supra firmam petram, & glutine charitatis solidata. Secundo; quia ædificata est de viuis, & electis lapidibus, quam secundam rationem tangit & Ambrosius in Psalmum 50. Tametsi idem in lib. 1. de virginibus, murum eandem dictam censuit ob Sanctarum Virginum custodiam; ait enim: Faceffat sacræ Virginibus metus, quibus tanta prælia dedit primum Ecclesia, quæ teneræ prolis sollicita successu, ipsa *murus* abundantibus in modum turrium increuit vberibus, donec, soluto obsidionis hostilis incurfu, *pacem* validæ iuuentuti maternæ præsidio virtutis acquirat: vnde & Propheta ait. *Fiat*

D

E

Ad hunc primum sensum referendus est & sensus trium Patrum, qui multitudini ex Iudæis conuersæ hæc tribuentes, respondere eam dicunt in hunc modum ad Ecclesiam magistræ suam, quæ dixerat de ipsa. *Vbera non habet, &, si murus est. Murus sum ego plane, vt pote ædificata legalium mandatorum disciplina.*

Tres Patres.

Turribus autem videntur similes figuræ, & notæ illæ legalis litteræ, quæ mihi vberum instar, cibum infantibus, & rudibus nutriendis, atque imbuedis idoneum subministrant. meque gentilium moribus inexpugnabilem custodiunt. Etenim ego fui *in oculis eius, quasi pacem reperiens*: ego profecto visitatione diuina digna quondam fui. Ac tametsi veram pacem nos proprio patri reconciliantem non agnouimus: eam tamen per figuram in Prophetis didiceram.

Qui piæ animæ hæc tribuunt, sunt Theodoritus, & Philo Carpathius. Ad hæc scilicet superiora sponsa respondet, ait Theodoritus, sponsi magnificentia, atque opibus confisa: Cum me proficiuerit, & prædestinauerit: & sciens, quod pacem quæram, & persequar eam & persequens comprehendam, me tum pacificam appellauit, tum Sulamitidem: & murum fecit inexpugnabilem, hostibus formidandum, atque vbera mea, id est, doctrinam moralem, &

Theodor. Anima sancta quomodo se dicat murum.

Theolo.

Theologicam, in sublime extulit, & quasi turrem constituit, ut ex ea pugnans, sponsi hostes propellam.

Rhil. Carp.

Philo vero eandem animam iam Spiritus sancti gratia illustratam, pulchramque totam atque formosam in sponso suo gloriantem, murum se dicere ait; quatenus est fide munita, & charitate referta: Vera vero eiusdem dici sicut turres: quia duo testamenta, duoque charitatis præcepta, seu duplex vitæ genus, actiuum & contemplatiuum, diuina gratia duce ad altissimum probitatis gradum ipsam turris instar euexerunt, ubi iam prorsus aliena esse cœpit ab omni rerum humanarum sollicitudine, & cura.

Quies perfecta haberi nequit in hoc mundo, a Ioan. 14. 27.

b Heb. 13. 24.

Cum subdit, *Ego sedebam in oculis eius, tamquam ea, que pacem inuenit*: recte, inquit Philo, iam sedere, & conuiuere in oculis sponsi gaudet, postquam diuinæ gratiæ munus accepit, & pacem, dicente sponso: *Pacem meam do vobis*. Vtitur autem tempore imperfecto, cum dicit, *sedebam*, non, *sed*: ut ostenderet, numquam, nos hic perfecte posse quiescere: *Non enim habemus hic ciuitatem permanentem, sed futuram inquirimus*.

Virgo Christi debet se habere ut murum. Hieronym.

Aponius. Humanitas Christi murus. Ioan. 16. 33.

Apostoli vbera Christi sicut turris.

Præter duos generaliores sensus istos, de Ecclesia alterum, alterum de anima pia, duos insuper alios reperio, alterum Hieronymi, alterum Aponij: Hieronymus namque epistola 7. ad Lætam de Institut. filia, Virgini potissimum hæc dicenda existimat, dicens: *Quin potius, cum aliquis ostium eius pulsauerit, dicat, Ego murus & vbera mea turris*.

Aponius autem videtur eadem tribuere humanitati Christi, quæ eo sensu dicat, *Ego murus*, quo in Evangelio dixit Apostolis, *Consistite, ego vici mundum*. Vera huius muri Apostolos esse, ait, qui susceptam doctrinam portigunt animabus paruulis: & dicuntur sicut turris; quia sicut per eos nutrit, ita per eos defendet Ecclesiæ ciuitatem: quive, ut turris murum, ita doctrinam Christi ornare probantur. Ac sicut turris portatur à muro, & intra turres arma posita: ita per fidem à Christo ijdem sustentantur Apostoli, & per Apostolos fidelium multitudo, in quibus vitæ exempla, & rectæ fidei arma sunt collocata. Eandem demum Christi humanitatem de se dicere, ait: *Ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens*: quia sola permansit verè, & omnino immaculata coram Deo, pacemque sola inter Deum, & hominem reperit, mundeque tradidit.

Vers. XI. cap. VIII. *Vinea fuit pacifico in ea, quæ habet populos: tradidit eam custodibus, vir affert pro fructu eius mille argenteos.*

Vers. XII. cap. VIII. *Vinea mea coram me est. Mille tui pacifici, & ducenti his, qui custodiunt fructus eius.*

EXPOSITIO I.

Iuxta sonum litteræ.

Quamuis primo aspectu nouæ narrationis initium hic sumi videatur, nihil ad præcedentia pertinentis: nec defuerint, qui id pro certo affirmarint, præsertim, cum nec constet inter expostores,

cuivsum ea sint verba: existimantibus aliquibus, illa sponsi esse omnia: alijs vero sponsæ: & alijs prima, quæ habentur in vers. 11. sponsæ, reliqua vero, quæ habentur in vers. 12. sponso, supposito nihilominus, quod communiori doctiorum expostorum consensu asseritur, sponsam ipsam adhuc loqui, cœptumque continuare sermonem, haud ambigendum, quæ & hæc in responsonem eorum, quæ ab sponso audierat, in versiculis 5. 6. & 7. dicta ab illa sint, sicut & præcedentia vers. 8. 9. & 10. quæ multo magis noua videbantur, & nihil spectantia ad ea, de quibus tunc erat sermo.

Fateor certe locum esse maxime perplexum, & qui difficile intelligi, connectique possit: Si tamen recte intelligatur, apparebit illico & eius connexio. Quo autem facilius intelligatur, nonnulla præexponenda sunt, ex quorum ignorantia tota illius prouenit difficultas. Sciendum quippe primo, nomen pacifici hoc loco haud esse appellatiuum, sed proprium, ut constat ex Hebræo & versione Septuag. quæ profanico habent Salomonij; Nolter tamen interpres maluit idem nomen in Latinam vertere linguam, fortasse, quia in præcedentibus pacis fuerat facta mentio, ubi dicebatur, *ex quo facta sum coram eo, quasi pacem reperiens*. & ut vnicuique latentia in hisce mysteria scrutari fas esset. Ob quam eandem rationem, & alterum pariter nomen proprium *בַּעַל הַמֶּן* baal hamon, quod retinuerunt & Sept. Latine reddidit, *In ea quæ habet populos*: quamquam, in versione secundi huius nominis habuit, quos imitatus est, Aquilam, & Symmachum: hic enim vertit, *In retentione populi*: Ille, *in habente multitudinem*, cum proprie Hebraicum vocabulum significat Dominum, siue proflorem multitudinis.

Nec mihi displicet, quod aliqui asserunt Hebræorum, per illud significari Ierusalem, quæ Thren. 1. a dicitur *Ciuitas plena populo, Princeps Prævinciarum, & Domina gentium*.

Sciendum secundo, in eo, quod dicitur, *Vir affert*, vocem vir Hebraica phrasi sumendam distributive, ac si dicatur: *Quisque reddit, seu, singuli reddunt*; quomodo & in cap. 19. Leuitici b in Hebræo dicitur, *Vir & id est, vir. Vulgata, Vnusquisque patrem suum, & matrem suam timeat*. Reddere autem hoc loco dicuntur in canonem mille argenteos pro fructibus, quos ipsi percipiabant singuli cultodum, quibus Salomon vineam ipsum tradiderat, atque locarat.

Sciendum tertio, quod in Vulgata legimus, *Mille tui pacifici*, sumendum eo sensu, quem clarius exprimentur Hebr. & Sept. *Mille tibi pacifice*: ut pronomen tui sit genitiuus reciprocus, passiuè sumptus: atque ut genitiuus possessiuus iungatur cum suo substantiuo pacifici, seu Salomonis, ac si dicatur: è dicta vinea multi quidem proueniunt census, quorum tui Salomonis sunt mille argentei, seu tibi Salomoni obueniunt mille argentei, à singulis nimirum custodibus, eo sensu, quo dictum fuerat, *Vir affert pro fructu eius mille argenteos*: ducenti vero alij argentei singulis obueniunt custodibus, quibus demandata est cura fructuum eius, quibus vna cum vineæ locatione fructus obtingit prouentus: *Mille autem dicuntur, iuxta frequentem sacrarum litterarum usum, quo ingens numerus hac voce signatur, ut supra in cap. 4. Mille clypei pendunt ex ea. & Eccl. 7. 29. Virum de mille vnum reperi*. De duenario numero haud est, quod multis philosophemur: allatus est enim, ut quinta pars milienarij, qui usurpatus fuerat ad signandum magnum numerum.

Demum sciendum, quod dicitur, *Vinea mea coram me est*, efficacius dictum in Hebræo, *Vinea mea, quæ mihi ante faciem meam*, & in versione Sept. *Vinea mihi mea in conspectu meo*: quod Hebraica phrasi significat, vineam illam, quæ propria sponsæ erat; vel quia pro dote assignata ei fuerat; vel quia ut hereditaria ipsi obuenerat, vel quia illi præ

præ cæteris vineis ite suis cordi esset, haudquaquam custodibus locatam pro argenteorū cæsu, sed sibi met, & (vt etiã ita ilice diceremus, *in faccia sua, supra disc*) seruatam, ita vt ad eam tendere posset, quandocumque sibi liberet, fructib. illius porri, ac de illis disponere, iuxta beneplacitū suū: seu etiã illā proprijs manibus colere, propriaq; inuisere. & custodire persona: eo modo, quo in cap. I. ab eadem Spōsa dictum fuit, *Fili matris meæ pugnaverunt contra me, posuerunt me custodem in vineis, vinea meā non custodiu*: Porro, cū locutio ista, *Vinea mea corā me est*, sit manca, & ex omnium consensu, in tota hac sententiã, quædam sit aposiopesis, & reticentiã, quã vt frequentissimam amantibus, sapius in hoc cãtico à sponſa ipsa vsurpatã obseruauimus: inde factum est, vt varios multiplicesyve habeat intellectus, quorū tamẽ duos potissimū maioris reperio probabilitatis.

Cant. 1. 6.

Sensus Legionensis, Almonacyrij, & Del Rio.

Primum affert Aloysius Legionensis, & sequuntur Hieronymus Almonacyrius, Martinus Del Rio, & alii: vt sponſa loquatur de re sua familiariter, suamque dilectio suo domesticarum rerum curam probet, ac sedulitatem: arguens à minori, positivẽ cõclusionis principijs reticeat id, quod ex ijs sequitur: quia illud dilectio, quo cum loquebatur notum esset: Ac si dicat.

Ex redditibus vineæ tuæ mille nummi tibi cedunt, Salomon, & ducenti ijs, qui custodiunt fructus eius: *Vinea autẽ mea, industria, & opera mea custoditur, & colitur, nihilque ex eius fructu aut cultor, aut custos decerpit*. Igitur maiores nos ex ea percipiemus prouetus, quam perceperit ex ea Salomon. Vel etsi nobis minus lauta res familiaris sit, non est tamen ita angusta, quin suppeditari nostris sumptibus queat. Nam, si Salomoni vinea illa, quam habet non procul à nostravinea in eodem vineto, reddit millenos aureos in singulos annos, & præterea alios ducentos ijs, quorum custodia illam commisit, profecto par est, nos è nostra vinea, quæ ipsa à nobis colitur, quæque nobis solis tota fructificat, vberiores redditus percepturos.

Hæc Legionensis iuxta morem nouarum nuptiarum dicta asserit; quæ tamen haud meum implent animū, tum quia haud probabile id videtur, vt vna puella, & amori vacans tantum operæ in excolenda vinea impendat, quantum in altera plures vinitores, ita vt, si Salomonis vinea, millenos ducetos aureos reddit, ipsius vinea multo plures redditus afferat ex eo, quia ipsa illam colat; quid enim, si non æquale esset latifundium, sed multo minus, etiamne plus perciperet, quamuis ipsa eam coleret? Quod si dicatur, argumentationem intelligendam secundum proportionem, nec de sola vnius puellæ cultura sermonem fieri, sed de illius cura personali, qua oculis proprijs colonos illam colentes videre vellet, adhuc dicto intellectui minime assentio, vel ob id, quod non videtur mihi consentaneum, Carmen amorum tanto ardenti initio; tãto amorum progressu, tam frigido fine concludi, vt ommissis amorib. sponſa rationem ineat suæ rei familiaris: sicut ob eamdem rationem, nec id mihi placuit, quod ab eodem Legionensi dicebatur in superioribus verbis illis, *a soror nostra parua, & vbera*, &c. Sponſam suam pro sororcula sollicitudinem dilectio exponere.

Cant. 8. 8.

Sensus Genebrardis, & Regis Abraham.

Idcirco magis ad rem facere, congruentioremque illum censeo intellectum, quem Genebrardus desumptum à Rege Abraham Aben Esdra in suis affert commentariis, vt sponſa prosequens commendare animum suum, & vehementiam amoris item sui per concessionem Rhetoricam, Tibi, inquit, fuerit vinea Salomon pretiosissima ac fructuosissima, & eam locaueris vinitoribus, vt inde mille argenteos annuo redditu à singulis recipias vinitoribus, & ipsi, qui eam conduxerunt coloni, lucrum ducentorum argenteorum faciant, *At Vineam meam coram me est*, non eam alteri sum commissura: ipsam eam curabo, fructum inde longe ampliozem sperans.

Ego pecuniam nolo, sed vt vinea mea sit coram me, in qua me cum dilecto meo oblectem, ea namq; voluptas mihi est quacumque pecunia optatior. Volo vt vinea mea parata sit ad secessus nostros, nemine amo-

A res nostros perturbante aut eorum conscio, ac reſte.

Hæc sūt, quæ probabiliora ab alijs dicta reperio. Vt tamen & ipse dicam, quid sentiam, vt ve clarius eorū, quæ hic habentur, elucescat sensus, atq; connexio cū præcedentibus, ac subsequentiis, duo sunt recolenda, quæ in cap. I. huius Cantici animaduersa fuere.

Primum, sponſam in hoc Canticò repræsentatam, vt rusticam puellam, cuius potissimum id extiterit studiu, vt vinearum curam haberet, illasque custodiret, ac coleret, & quidem quando sub fratrum potestate erat adhuc innupta, vineas aliorū, propria, quã habebat ditissima, relicta, custodiebat: Sic enim ibi ipsamet retulit: *b Filij matris meæ pugnaverunt contra me, posuerunt me custodem in vineis. Vineam meā non custodiu*. Cum vero nuptui tradita est, iamque à fratrum tyrannide libera eidem indulgens studio, peculiaris eius vineæ suæ inuit curam, ideoque bene modo sub eadẽ persona rustica proponitur, dicens: *Vinea mea coram me est*, congratulans quodammodo sibi met coram dilecto suo de adepta per eum libertate.

Secundum Salomonem ita se in hoc ipso Canticò inducere sub Pastoris persona, vt tamen nonnunquã persona illa detracta, sese manifestet, prout notatū à nobis fuit primum in expo. I. Super ea verba capituli I. *Equitanti meo in curribus Pharaonis assimilanti te, amica mea*. Sapiusq; obseruatū est in processu operis. Quapropter haud mirandū, si modo spōsa proponatur vt rustica, vineaq; curam gerens, dilectū suū alloquens Salomonem, cui vt Regi optime congruat, vt vinearū curam alijs cõmitteret eo plane modo, quo & in cap. 3. eadem pariter vt rustica, atque in agris versans ad nuptias inuitata est item Regis Salomonis, prout vidimus in exposit. primis eorum verborum, *En lectulū Salomonis, &c. & Ferculum fecit sibi Rex Salomon. Hiscẽ suppositis, tertium insuper addendū, recolendumq; id quod ab eadẽ spōsa ad finẽ capituli 7. eidem dictū fuit dilecto, nẽpe, Mane surgamus ad vineas. Et: In portis nostris omnia poma noua & vetera dilectẽ mi seruauit tibi*.

Salomon inducitur ali- quando in propria persona in hoc canticò. Cant. 1. 9.

Ex his autem tribus colligo, triplicem esse sponſæ eiusdem intentionem, tria dilectio item suo significare, quorum singula fragrantissimi sui in illum amoris specimen exhibent.

Primum, eius meminit libertatis, quam per illum cõsecuta est, *ex quo facta est coram eo quasi pacem reperies*, vt id ipsum prosequatur, quod in præcedentibus immediate agebat, dilectio ipsi suo referens receptum quidquid in se esset præclari. Ac si dicat.

Ex quo sponſata sū pacifico, nedū ita excreui in corpore, vt quæ iam pusilla eram, & absque vberibus, cœperim esse pectore elato instar muri, exuberantibus vberibus instar turrium: sed & optatã obtinuerim libertatem: ita vt iam vinea mea, quam ob fratrum meorum impugnationẽ custodire nequibam, coram me sit, in mei potestate redacta, meis laboribus culta, meaq; sedulitate custodita: quod certe multo mihi est iucundum, quã quod maxime illius vineæ tuæ particeps sim effecta. Sic, aditantes alloquens ait: *Vinea fuit Salomonis in loco populorum frequentiã celebri, eaq; maxima, & ingentium proventuum: tradita quippe, & locata custodibus exinde millenos argenteos à singulis eorum accipit*. Tum conuersa ad dilectum ipsum suum, benignissima, ita illum compellat: *Mille tui pacifici, & ducenti his, qui custodiunt eam*, per aposiopesim: ac si dicat.

Sensus Au- doris.

Paraphra- sis.

Sit vinea illa tua ditissima, & magnorum censuum, mihi mea magis est animo, ad eam iam te inuitatã, & certe multo illa est ea tua commodior, vt ibi dem tibi vbera mea, & soli mutuo ibi vacemus amoris, non existente in ipsa tanta custodum caterua, cum ego, ego sim, qui illam custodio vt murus: Adde quod in eadẽ cumulativissime id præstare possum, quod iam tibi significavi, cum dicerem: *In hortis nostris omnia poma noua, & vetera seruauit tibi: cum è vinea tua ea ditissima fructuum sumus expertes, quos ipsi sibi faciunt custodes, pro fructibus reddentes argenteorum census*.

Paraphra- sis.

Quamquam facilius, & fortasse etiam cõgruentius, iuxta ea, quæ dicta à nobis sunt ad finem præcitatæ

Secundus sensus.

1. Cant. 1. 6. prima expof. illorum verborum ca. primi, d Filij ma-
tris meae, &c.

Vineam meam non custodini: dixerimus, fponfam in
hifce non tam fua, quam femetipfam, atq; in primis
speciem omnem & pulchritudinem, qua in fe maxi-
me erat amabilis, fuo offe: re dilecto, a quo audierat
dictum. e Si dederit homo omnem fubftantiam domus fuae pro
dilectione, quafi nihil defpicias eam: vt. cum dicit: Vineam a
coram me est, vinea vocabulum haud proprie, prout
ibi, Vineam fuit pacifico. fed translate pro fpecie vfurpa-
rat, & forma, ac pulchritudine, cuius puella quaeque
maiorum habent rationem, quam cuiuscumq; vinea:
quamve & ftudiofius excolunt, praefertim fponfae, ac
nouae nuptae, qua vel vinea maxime dilecta a colono
excolatur diligentiffimo; quod magis explicat lectio-
nes Hebr. Vineam meam quae mihi fcilicet vna est cordi, &
Sept. Vineam mihi meam: tamen per hanc lectionem, & id
pariter fignificet: pulchritudinem fibi inefle quae fua
fit, & naturalis, haud aliunde extrinsecus adfcita.

Secundum hanc ergo translata vineae acceptio-
nem, quod hic dicitur, tale erit.

Pamphra-
fis.

Habet quidem (ad adftantes) Salomon, & pacificus
dilectus meus ingentem & praediuit vineam in loco
populi multitudine frequenti, qua tradidit custodibus, vt
pro eius fructu a fingulis eorum millenos accipiat ar-
genteos: At heus tu dilecte, fint tibi milleni illi argen-
tei, & infuper ducenti his, qui custodiunt fructus eius: fit
vineam illa tua maximi proventus. Vineam certe, & pul-
chritudo mea, quae mihi pro vinea propria est, coram
me est: ac fi dicat. Mecum ea est, haud alteri exhibita,
fed tibi vna feruata: Tibi eam excolo, tibi feruatam
custodio. Aut praecedentibus fortasse congruentius.

A te accepi, ex quo facta sum coram te quasi pacem
reperiens: per te habui, vt & corpore excreuerim, &
vberibus: ita vt esse murus, & vbera mea sicut turris,
fed & pulchritudo mea, quae multo magis mihi est
cordi, qua qualibet vinea, coram me est eamq; ob o-
culos habeo, recolens, illa mihi per eam ipsam, quam
coram te repertae pacem obuenuisse: ideoq; illam quidquid
illa est, tua esse volo, tamen fat mihi constet, quam tu
pulchram, magnamq; habeas vineam in Baal hamon.

Verf. VI. ca. VIII. Vineam fuit pacifico
in ea, quae habet populos: tradidit
eam custodibus, vir affert pro fructu
eius mille argenteos.

Verf. XII. cap. VIII. Vineam meam coram
me est. Mille tui pacifici, & ducenti
his, qui custodiunt fructus eius.

EXPOSITIO II.

De prima Sponfa, quae est Ecclesia sancta.

Ecclesia
quando exti-
tevit vinea
in ea quae
habet popu-
los.

ET Tu Ecclesiasticae vineae antiquitas tanta re vera
fit, quanta est & humanae naturae, cu eo ipso tem-
poris momento, quo caelestis ille Paterfamilias para-
disum plantauit voluptatis, in formatione mulieris e
colta Adae viri ipsius, Ecclesiam pariter plantauit in vineam:
nihilominus vinea illa, quam plantauit dextera
Dei, haud potuit dici fuisse in ea, quae habet populos:
cum in duobus tantum esset hominibus.

1. Isa. 5. 2.

Sicut & quando, iuxta Isaiae canticu a eadem Eccle-
fiavineam extitit dilecto in cornu filio olei, in Iudaico nimiru
populo diuinarum gratiarum oleo maxime exuberante,
dici minime potuit, in ea, quae habet populos: quia
in vno duntaxat populo Israel conclusa erat, vno illo
costabat populo, iuxta illud item Isaiae: Vineam autem Do-
mini exercituum domus Israel est, & vir Iudae germine eius delecta-
bile, & per Prophetam Regiu dictum nouimus b noru in
Iudaea Deu in Israel magnu nome eius, & factum esse in
pace, seu in Ierusalem locu eius, Et habitationem eius in Sio.

b Pf. 75. 2.
ibid. 3.

Quinimo & quando eadem vinea per agricolam sa-
pientiffimam, simul ac potentiffimum in Christo plan-
tata est vite illa vera super crucis arborem erecta, dici
nequaquam potuit, extitisse (in ea, quae habet populos.)

A quia vix exiguo discipulorum eius costabat numero,
qui & omnes ex vno erant Iudaeae populo. Quando ergo
dici illa potuit vinea fuisse in ea, quae habet populos?

Ipsamet Ecclesia, quae sicut est sponfa, ita est & vi-
nea, id nobis in extremo huius explicat cantici: Dum
enim postquam dixit se per Spiritus S. aduentum factam
esse repetentem pacem coram dilecto suo, spon-
satam nimirum cum illo; adeoque per eundem Spiritu
redditam instar muri validam, doctoresque suos in-
star turrium in se erectos, consequenter modo subiicit.

Vinea fuit pacifico in ea, quae habet populos: desi-
gnas, per idem pacis donu, quod in domo Spiritus S.
accepit, duo simul obtinuisse praestantiffima, & quod
veri Salomonis esset vinea, & vinea non iam amplius
in vno Iudaeo solo, nec exiguis duntaxat costans viti-
bus Apostolorum, atq; discipuloru Christi, sed in ea,
quae habet populos: quos certe populos linguaru, &
Prouinciaru omnium eo ipso temporis momento, quo
descendit Spiritus S. habuit, quando earu linguarum
omnium dono insignita est, primaq; illi, quae in eo S.
Spir. feruore facta est, praedicationi adfuisse legitur,
d Parthi, & Medi, & Aelamitae, & qui habitant Mesopotamiam,
Iudaeam, & Cappadocia, Pontu, & Asia, & Phrygiam, & Pa-
philiam, Aegyptu, & partes Lybiae, quae est circa Cyrenem, & ad-
uenae Romani. Nec dubiu, quin audientibus ijs vniuersis
C Apostolos linguis suis loquentes magnalia Dei, adeo-
que tantum obstupescerentibus miraculum, ex singulis
populis illius aliquot conuersi ea fuerint die, quando
praedicante e Petro dicuntur appositae ad Apostolos,
nimirum ad Ecclesiam, anima: cititer tria millia.

In die Pentecostes Ecclesia facta est vinea pacifico in ea, quae habet populos.

d Act. 2. 8.

e Act. 2. 41

Ecclesia pro-
gressus post
aduentum
Spiritus sancti.

Sicut ergo in praecedenti verf. 10. Christi sponfa suos
enarrare cepit progressus, quos ex S. Spiritu susce-
ptione fecerat, non tam sibi, quam sponso suo eos refe-
rens acceptos, de iisdemque Christo gratias agens: ita
& nunc idem prosequitur argumentu; no loquitur au-
tem in prima persona sicut in praecedentibus, Ego mu-
rus, &c. at in tertia, Vineam fuit pacifico, &c. quia loquitur
in persona eoru Praedicatoru, in quoru item persona
iam dilectu ipsum suu alloqui coeperat in c. 7. vbi dice-
bat: a Veni dilecte mi, egrediamur in agru, &c. vt videre
est in secunda expofit. qui bene Ecclesiam ex multis
populis costantem fuisse inquit Pacifico, indicantes,
ex reperta coram Christo pace factum, vt illa esset
vineam, in ea, quae habet populos: Tradidisti eandem
custodibus, inquit, quia post aduentum Spiritus S.
diuisis Apostolis, singuli iuxta eiusdem Spiritus sancti
impulsu diuersas adiere Prouincias, sponso imple-
ntes mandatum illud: b Euntes in mundum vniuersum praed-
icate Euangelium omni creaturae: Et cum c in omnem terram
exiit sonus eoru, & in fines orbis terrae verba eorum, singulis
peculiaris Prouinciae cura demandata est, atq; custo-
dia, veriffi, neque & de illis dici id potuit: Vir affert pro
fructu eius mille argenteos: quandoquidem vnusquisq; eoru-
dem Apostolorum vt vir praefortis, expertusq; vineae
colonus, pro fructu laboru, quos in cultu eiusdem vineae
impendebat, coplures ad Christu adducebat, qui
instar argenti & candore fulgerent vitae, & sacrorum
eloquiorum eruditione sanaret. Quo loco notandu,
numerus millenarium appositum pro numero ma-
ximo, & in definito ex more scripturarum; fructu vero
vocabulo ipsos designatos Apostolorum labores, eo
modo, quo in plal. 127. de iisdem laboribus dicitur:
d Labores manuum tuarum, seu fructum (vt legit Aug.)
quia manducaues, beatus es, & bene tibi erit, & colligitur id
apertius ex verf. Sept. in qua pronomem, eius, mani-
feste refertur ad virum, non ad vineam, cum dicitur
vineam fceem generis, & dicitur masculini: ante dicitur in
dicitur, Vir affert in fructu eius.

D

E

F

a Cant. 7. 13

Ecclesia est
Gentibus
vineam Christi
estimata ex
quo Christus
tulit inimico-
ritas, &c.

b Marc. 16. 7

c Ps. 92. 5

d Pf. 127. 3

Can. 1. 6. eam congerunt vt custodiret hæresum vineas, iuxta ea, quæ dicta fuere supra in exposit. 2. sensu tertio eorum verborum cap. primi, *o Filij matris meæ pugnauerunt contra me, posuerunt me custodem in vineis, vinea meam non custodiu.* De hæreticorum ergo tyrannica potestate adepta, ac pro adepta libertate per veram & Cathol. fidem in dicta Prouinciâ gratias Christo agêtes Prædicatores Sancti, pro quibus Ecclesia ipsa Catholica ait: vinea mea corâ me est: simul ad eandem Prouinciam Christum inuitas. vt nouis gratiarum accessionibus eo se vna cum eis conferat. Addeusq; prædictis verbis: *Mille tui pacifici, & ducenti his, qui custodiunt fructus eius.* non vineæ sed pacifici: per concessionem magnorum prouentuum, quos est Catholica ipsa Ecclesia habet tam Christus ipse pacificus, quam qui eius fructus bonorum operum, quæ a fidelibus profertur, vt fidei custodes illi custodiunt, è quo omne datum optimum, & omne donum perfectum est; tacite & è vinea illa, quæ eis nuper obtigit, è noua illa eius Prouinciâ Ecclesia, quam vt propriam & peculiarem vineam sedulo excolunt studio vigilâtes super illam, vberimos pollicentur fructus pomorum omnium, omniumque virtutum, & nouorum, & veterum Sanctorum virtutibus similes.

Vide quæ dicta sunt supra in citata expositione 2. illorum verborum: *Filij matris meæ, &c.* vbi pluribus de ijs actum reperies, quæ alioquin pertractanda essent hoc loco.

Verf. XI. ca. VIII. Vineâ fuit pacifico in ea, quæ habet populos: tradidit eam custodibus, vir affert pro fructu eius mille argenteos.

Verf. XII. cap. VIII. Vineâ meâ coram me est. Mille tui pacifici, & ducenti his, qui custodiunt fructus eius.

EXPOSITIO III.

De secunda Sponsa, quæ est Anima Iusti.

Primus sensus.

Quamuis multa in duobus hisce versibus continentur, quæ pertractanda hic essent necessario, breuiter nihilominus ab illis nos expediemus, cum silius de ijs omnibus nos egerimus in sapius citato verf. 6. cap. primi, *Posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodiu.*

Vt tamen aliqua & hic dicamus: Pia illa anima que in præcedenti versu 10. insignibus muri, vberum, ac turrium metaphoris significat, & quam ardentem studio se addixerit orationis, & quas vires ipsæ suæ habuerint orationes, vt videre est in 3. eorum expositione.

Nunc & sibi met gratulatur, & dilecto suo gratias agit, quod permissa est è vita actiua ad contemplatiuam se dedere, simulque totam sese in vita eidem offert dilecto, inuitans tacite illum, quo in contemplationis solitudine arctius charitatis vinculo vniantur.

Egregiam vero vtriusque vitæ facit eomparationem, vtramque sub eadem vineæ metaphora exprimens, & bene: quia ambæ iugi studio, continuaque sedulitate, non minus quam vineæ sunt excolendæ, ambæ bonæ, ambæ fructiferæ. Si quis autem attendat ea, quæ de earum singulis dicuntur, perpulchre profecto vtramque descriptam intelliget: Enimvero de vita actiua dicitur: *Vinea fuit pacifico in ea, quæ habet populos, tradidit eam custodibus, vir affert pro fructu eius mille argenteos: Cuius quidem descriptionis singula fere verba peculiarem aliquam illius expriment proprietatem.*

Primo cum eam vineæ vocabulo appellat, multiplices, perpetuosque illi annexos indicat labores fouendi, ferendi, propagandi, euellendi petras, herbæ noxiæ, fariendi, potandi, & cætera, prout in præcitato loco fuit explicatum. Ne quis autem recte

Vita actiua & contemplatiua eomparatio sub metaphora vineæ.

Vita actiua proprietates explicat.

secum agi existimet, si ita huius vineæ totum se dederit cultui, eiusque vitæ se inuoluat laboribus, vt nullam sibi eruet quietem, & interna penitus destituitur pacè, apte vna cum voce vineæ adiectum est, & nomen pacifici. ea namque ratione in actiua vita proximorum saluti indulgendum cuique est, quo sibi quoque proficua ea sit vinea, vt suam non amittat pacem, per quam inter pacificos, & beatus à Domino asseritur, & filius Dei.

Nec suo caret mysterio, quod vita hæc, vt bona & sancta est, haud in præsentem esse, sed in præteritum fuisse dicitur vero Salomoni, atq; pacifico: quia etsi idemmet Christus huic se dedit vitæ actiua, quæ de cælesti throno descendit in terras, vt in terra ipsa pax esset hominibus bonæ voluntatis, vt tamquam verus pacificus suis nos Deo reconciliaret laboribus, ærûnis, atque sudoribus, fuit tamè illi hæc vinea in ea, quæ habet populos: sicut & vitæ actiua & pariter esse proprium, vt ibi exerceatur, vbi turba est populorum, & plebis, cuius procuratur salus.

Fuit, quando in terra, & cum hominibus conuersatus est in carne visibili: at modo haud amplius ista ei est vinea: quando in gloria residens cum Patre suo nihil ei contingere potest laboris, prout fortasse significauit Apostolus, cum diceret: *a Etsi cognouimus secundum carnem Christum, sed nunc non nouimus, ita scilicet secundum carnem in laboribus vitæ actiua.*

Dimisit ergo Christus Ecclesiæ curam: dimisit hominum salutem, quæ fructus huius est vineæ? Nequaquam, sed dimisit labores, & perturbaciones, quibus in vita actiua hæc procuratur salus, ea que exercetur cura. Quomodo vero, qui vult omnes homines saluos fieri, istam procurat salutem? explicat id sponsa, cum subiicit: *Tradidit eam custodibus:* explicat & Paulus in loco paulo ante relato, dicens: *Pro Christo legatione fungimur, tamquàm Deo exhortante per nos: ut seruiamus pro Christo: reconciliamini Deo.* Bene autè Prælatos, sanctosve Prædicatores non tam colonos, aut agricolos, quam custodes sapientissima appellauit sponsa, vt intelligeremus, illos in procuranda proximorum salute id in primis studere debere, vt ortos fructus vero custodiant agricolæ, nihil sibi, suisque adscribentes laboribus, quia *neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus:* & vna cum eodè Apostolo libere ipsi quos conuerterunt, contestentur Dei agriculturam eos esse.

Quamquam & ob id pariter custodes eisdem appellauit, vt de iugi, sedulaque vigilantia iidem moneantur, reddidit rationem villicationis suæ, ne dissipatorum, vel vastatorum potius exercere reperiant munus. Vnde & eorum quisque viri quoque nomine insignitur, à virtute nimirum, à vigilantia, atque à robore, quo eidem indulgent custodiæ: *Vir affert pro fructu eius mille argenteos.* Non dicitur, *Vir affert fructum eius vineæ:* quia vt dictum est, haud ipsi sunt, qui ortos afferunt fructus, sed Christus Iesus: afferunt tamen pro fructu eius, scilicet pacifici & Christi censum mille argenteorum, multarum nempe Dei benedictionum, gratiarum acticum, gloriosum illum in Sanctis, qui & fructus ipsius sunt illi sua proclamantes lingua: notum est enim, quod per sapientem dicitur: *Argentum electum lingua iusti.*

Quia vero, cum illi censum illum perfectæ benedictionis, & gratiarum actionis Christo afferunt Principi pacis, haud sua frustrantur mercede, sed & ipsis pariter ex ea illorum custodia, atque ex prædictæ vineæ cultu suis obuenerit prouentus, congruenter post prædicta, ad Christum pacificumque conuersa eadem anima ait, *Mille tui pacifici, & ducenti his, qui custodiunt fructus eius.* Nam, tametsi perfecta laus, & cumulara benedictio, quæ per mille argenteos designatur, cælesti contingat agricolæ: duplicis tamen laudis, ac benedictionis ducenti argentei ipsis prouenit qui custodiunt fructus eius: benedictio Dei, qua lingua eiusdè ijs laudatur verbis: *f. Euge serue bone, & fidelis: quia in pauca suis fidelis, supra multa te coluit: & benedictio pariter eorum, quos Deo fructificauit sua pastos de cætri*

Mat. 5. 9.

Vita actiua, indulsit Christus tantum cum esset in hoc seculo.

a 2. Cor. 5. 16.

b 1. Cor. 5. 20.

Prælati curæ dicti custodes potius, quam coloni vineæ.

c 1. Cor. 3. 7.

Prædicatores sancti quid Christo afferant colonias vineam Ecclesiæ.

e Pr. 10. 10. Prædicatores sancti quid consequantur pro laboribus suis.

f Mat. 25. 21.

g Pro. 29.5 na iuxta illud Prouerborum: *g Qui pronus est ad misericordiam benedicetur.*

Tot, tantisq; descripta vita actiua, quæ contemplatiuam præcedit tempore, ipsam tandem Christi spõsa describit & vitam contemplatiuam, verum id modis & exiguis verbis dicens: *Vinea mea coram me est.* Vineam eam appellat, quia & ipsi, prout dictum est, æque inuigilandum est, æque ac vineæ culturæ: sed vineam, & ob id in primis, quia tot constat vitibus, quot in ea sunt quæ humana mens contemplatur: vineaque idcirco maxima, & immensa toto terrarum orbe maior, cum nedum quæ super terrâ, sed & quæ fuitus terram, quæ in mari, & in omnibus abyssis, quin & quæ in cælis, & quæ super cælos, cælestes spiritus, ipseque qui immensus, ac infinitus est Deus, tamquam peculiare vites, singula simul, ac vniuersa illa sic contineantur, vt ex singulis eorum, veluti ex feracissimis vitibus præ anima vinum vbertim exprimat dulcissimæ consolationis.

Vita contemplatiua quomodo vinea propria anima.

Vinea mea, inquit, quia ad hoc potissimum quælibet cõdita est anima super terrâ, vt hanc excoleret vineam tamquam paradysum voluptatis, vt nimirum spirituali mentis intuitu, & Deum, qui spiritus est, contemplaretur, & quæcumque spiritualia sunt: & cum super terram sit, ea pariter contemplatione ipsa sua peragraret quæ sub cælis sunt.

Mea, inquit, quia vna ista est necessaria, ita vt, & postquam ex hac vita demigrarit hanc excolat necesse sit; *Mea*; quia optima ipsius pars, quæ non aufertur ab ea; quia in peculiarem ei adhibita est hæreditatem, & dotem à Christo dilecto suo; ideo iuxta lectionem Hebraicam ait: *Vinea mea que mihi.*

Porro vinea ista haud est in ea, quæ habet populos: quia in solitudine potius excolitur, vbi nullæ sunt populorum cateruæ: at bene potius de ea ait: *Coram me est*, quia tunc ibi maxime est, vbi coram anima ipsa sola, ideoque & solitudine melius excolitur, & cum anima sola sit iuxta illud: *h Sedit solitarius, & tacet, & lenabit se super se.* Et illud: *i Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius.*

h Thren. 3. 18. i Ose. 2. 12.

Coram me est, inquit, quia ipsamet absq; alterius ope illam excolo, quia ipsam adeo quancumque mihi libuerit: quia census vniuersus, quem ex ipsa colligo, vinum est, & vinum, quod mihi met obuenit: vinum, inquam, multiplex, vinum lacrymarum pro desiderio cælestium, vinum deuotionis, vinum contritionis, vinum denique optimum dilectionis, dignum dilecto meo ad potandum, & ruminandum. Quidni ergo exinde potissimum mihi gaudeam, quod vinea ista mea coram me sit, cum exinde tantum colligere queã vini, quod lætificat cor hominis? Itaque quod hoc loco, hinc expendit pia anima, breuiter tale est.

Paraphras. sis.

Fuit tibi, fat noui, pacifice, vita actiua, cum in hoc mundo degeres inter populorum turbas: tradidisti postmodum, & commisisti eam Prælati, ac Prædicatoribus Sanctis, quibus proximorum demandasti salutem, custodesque illos constituisti fructuum tuorum labore, sedulitate, & vigilantia eandem excoli voluisti vitam, instar vineæ, in ea, quæ habet populos.

Et sane vnusquisque eorum, cū vir sit atque virtute, & viri robore præditus, tamen in ea excolenda grauiter laboret, pro fructu tamen, quem omnem tuū esse fatetur, multarum benedictionum, laudumque, ac gratiarum actionum censum tibi affert: sunt tibi nihilominus, pacifice dilecte mi, tanti ex actiua vita ista, & ex hac vinea fructus, tantive & tibi, & custodibus quoque ipsis benedictionum proventus: Certe vinea contemplationis, quæ mihi peculiaris est, quæve mea est: quia mea est, quod exinde colligo multiplex voluptatis vinum, coram me est: ipsa sola illam excolo, ipsam & tibi palam seruo: eo tendamus, soli que matua fruamur charitate.

Secundus sensus. Oratione adiens anima debet habere coram se vineam solitudinis.

Hæc iuxta primum litteræ sensum. Quod si & secundum pariter attingere velimus, quo sub metaphora vineæ sponsa de propria specie & pulchritudine ait: *Vinea mea coram me est.* Admodū

A congruenter anima eadem, quæ in principio huius Cantici conquesta de eo quam maxime est, quod ob sensuum suorum impugnationem, obq; ea, quæ admisit scelera, vineam iulitix suæ, insignemque illam speciem, qua iniustificatione decorata fuerat, minime custodierit: nunc ad finem eiusdem Cantici, quando iam ad perfectionis culmen euecta, coram Deo dilecto suo facta est quasi pacem reperiens, ita vt & murus sit, & vbera eius sicut turris, quando & pro peccatoribus orat, de recuperata sibi gratulatur specie illa pristina perfectionis, & sanctitatis: hanc semper ob oculos se habere profiterur, ne quidquam iam amplius in ea contingat damni: hanc iugi excolere studio, hæc peculiarem sibi censere vineam in dotem à cælesti Patre exhibitam: hanc & eidem Deo dilecto, sponsoque suo offerre, tuncve præsertim cum in oratione murus esse contendit: cum norit, haud esse speciosam laudem in ore peccatoris: vt quod dicit, breuiter tale sit.

Habes dilecte mi Ecclesiam Catholicam, in multitudine populorum fidelium, quam Prælati, ac Prædicatoribus custodiendam tradidisti: colligis ex illa, fat noui, multorum fructuum proventus: sit tibi, pacifice, ijsve, quos custodes adhibuisti fructuum eius ingentis census vinea ista: Ipsa vineam spei, & iulitix, quam ex tui gratia adeptus sum, coram me habeo; illam excolere satago, illam omni vigilantia obseruo, illam & tibi offero.

Paraphras. sis.

Verf. XI. ca. VIII. *Vinea fuit pacifico in ea, quæ habet populos: tradidit eam custodibus, vir affert pro fructu eius mille argenteos.*

Verf. XII. cap. VIII. *Vinea mea coram me est. Mille tui pacifici, & ducenti his, qui custodiunt fructus eius.*

EXPOSITIO IV. De tertia Sponsa, quæ est B. Maria.

Q Væ Mater Ecclesiæ à fidelibus merito nuncupatur, haud ambigendum, quin eiusdem Ecclesiæ bonum semper procuret, deq; eo gaudeat, optetque in primis: vt, quo in vineam electam plantata à Deo est, indies augeatur, extendens palmites suos vsque ad mare, & vsque ad flumen propagines suas: Quod tamen iugiter cordi eius inhæret, couersio est Synagogæ, quam & vineam suam peculiarem dicit, non solum quia in ea nata est, sed & quia ipsa illam cū in hoc sæculo degeret, vna cum Apostolis excoluit. Pro hac murum se opponit filio aduersus illam indignato: pro hac eidem filio preces fundens, vbera ipsa sua sicut turres ei ostentat, pro hac demum, quæ in fine etiam huius Cantici se maxime exhibens sollicitam, & inuitat in illam Christum filium, dilectumque suum, & fructus ex illa non exiguos tacite pollicetur eidem; dicens quippe: *Vinea fuit pacifico, &c. Vinea mea, &c. tantumdem est, ac si dicat.*

Maria solitudo maxima pro conuersione Synagogæ.

Fuit quidem iam diu, & est, eritque Vineæ electa in Ecclesia, quæ multos in se continet populos: ipsaque Gēntium Ecclesia fuit tibi iam, ex quo pacem mundo intulisti, Rex pacificus effectus, tradidisti eam Sanctis Apostolis, qui eam excolerent, & custodirent, & sane vinea ista haud fecit, sicut & vinea altera, quam plantaras in cornu filio olei: protulit namque fructus, non spinas: adeo vt Apostoli, sanctique eorū successores, multum tibi ex ea attulerint proventus meritorum: sint vero & tibi, & Sanctis illis eius custodibus, tot merita, summopere certe gratulor: Attamen domus Israel, quæ vinea mihi Sanctorum Patriarcharum hæreditate obuenit, quamve excolere ipsamet studui, coram me, & ante faciem meam est semper: hanc, obsecro, simul adeamus, non deerunt, tu modo ad sis, ex illa fructus.

Paraphras. sis.

Verf.

Verf. XI. ca. VIII. *Vinea fuit pacifico in ea, qua habet populos: tradidit eam custodibus, vir affert pro fructu eius mille argenteos.*

Verf. XII. cap. VIII. *Vinea mea coram me est. Mille tui pacifici, & ducenti his, qui custodiunt fructus eius.*

Appendix Expositionum, Ex Antiquis Patribus collecta.

7

Paraphrasis Chaldaica. Gens vna attendit in sorte Dominatoris saeculi, apud quem est pax, quae comparata est vineae. Collocavit eam in Ierusalem, tradiditque eam in manum Regum domus David, ut custodirent eam, sicut agricola custodit vineam suam.

Postquam autem mortuus est Salomon Rex Israel, remansit in manu Roboam filij eius: & venit Ieroboam filius Nabath, & diuisit cum eo regnum, & retulit de manu eius decem Tribus, iuxta verbum oris Achiae Silonitae, qui erat vir magnus. Verf. XII. Quando audiuit Salomon Rex Israel prophetiam Achiae Silonitae quaesivit occidere eum: & fugit Achia a facie Salomonis, & abiit in Egyptum, & in illo tempore dictum est in prophetia Salomoni Regi, quod dominaretur decem Tribubus omnibus diebus suis, & post mortem suam dominaretur eis Ieroboam filius Nabath: & duabus Tribubus, videlicet Iuda, & Benjamin dominaretur Roboam filius Salomonis.

Duae sunt praecipuae huius sententiae partes, diuisim ex Veterum riuulis nobis exponenda.

Prima, quae continetur verf. xi. *Vinea fuit pacifico*, &c. altera, quae habetur in verf. xii. *Vinea mea coram me*, &c. & quidem in expositione primae partis conueniunt fere omnes: ut *Vinea* illa, quae a sponsa dicitur fuisse *pacifico in ea, quae habet populos*, ipsa sit Gentium Ecclesia, multis contans ex populis, & quae & dicitur ab eodem Christo vere Pacifico, & Principe pacis tradita Apostolis, eorumque successoribus. Ita Ambrosius ferm. 22. in Psal. 118. verf. 8. Tres Patres apud Theodoritum, Cassiodorus, Gregorius Papa in Psal. 5. poenitentialem, Philo Carpathus, Iustus Origelitus, Beda, Anselmus, & alij. Plantata est congregatio populorum, ait Ambrosius, sed vitis aeternae radice fundata, & spiritualia sub iugum verbi corde mansueto colla subiecit. Plantata autem in multitudine nationum. hoc enim intelligendum Beelemon, Symmachus, Aquila, aliaeque translationes docuerunt. Repudiata est vetus copula, quae fructum afferre non poterat, data est vinea nouis, fidelibusque cultoribus, qui non solum facere fructus possent, sed etiam custodire.

Anselmus Ecclesiam ipsam Gentium dici, inquit, fuisse pacifico; quatenus pacem inuenit cum Deo, in pace, in qua multi Gentilium cum eodem Deo sunt: Traditam vero custodibus, quatenus ordinati fuere in ea Pastores, ac doctores, vel etiam Angeli custodes, prout asserunt & Cassiodorus, & Beda.

Porro quod adicitur, *Vir affert pro fructu eius mille argenteos*, communiiori pariter sensu vna cum Cassiodoro intelligitur, ut significet vnumquemque Sanctum, & qui in eadem Ecclesia virtutis robore sit sublimis, omnia sua relinquere, & in pauperes erogare, ut fructum habeat vitae aeternae, vt millenarius numerus pro summa plenitudine ponatur, ac per mille argenteos designentur vniuersa, quae in hoc mundo possideri queunt. Quem sensum sequitur & Gregorius Papa super Cant. licet in reliquis non conueniat cum Cassiodoro.

Ecclesia Gentium vinea pacifico in ea quae habet populos. Ambros. Tres Patres Cassiod. Greg. Pap. Philo Carp. Iustus. Beda. Anselm.

Cassiodor. Mundanorum contentu obtinetur vita aeterna.

A Tres Patres *Vir*, inquit, id est is, qui ex numero perfectorum, destructis, quae erant paruuli, in afferendo his, qui ab initiatoribus spirituali Ecclesiae fructu, purgatione scilicet, & perfectione *feri* tamquam *mille argenteos* purgationis, atque illuminationis perfectionem.

Quae clarius explicat Philo Carpathus, dicens: Omnis vir sapiens in Domino magister probitatis, & doctor prudens auditor legis, & factor, in manu sua portat *mille argenteos*. hoc est, totius legis, & mandatorum omnium plenitudinem salutarem secum in praemia defert ad patriam, in eaque de fructibus manuum suarum comedit sine fine victurus, & beatus in sempiternum.

B Iustus Origelitanus, Viri nomine designatum censet Christum, de quo Propheta ait: *a Ecce vir, oriens nomen eius*, hucve afferre inquit, *pro fructu vineae mille argenteos*: quia compensat Regnum caelorum pro sanctis laboribus veleleemosynis, iuxta illud, quod dicitur in Euangelio: *venite benedicti Patris mei, percipite Regnum, quod est*, &c.

In mille argenteis plenitudinem totius remunerationis, & mercedem consummatam iustorum dicit ostendi.

C Praeter communiorem istum primae huius partis sensum, tres insuper alios reperio: nam Gregorius Papa, & Aponius non tam de Ecclesia Gentium, quam de Synagoga eam intelligunt.

Et quidem Aponius obscurissime, clarius vero Gregorius, dicens: Huic Christo nimirum, per quem vniuersum hominum genus Deo pacificatum est, *vinea fuit*: quia in labore praceptorum carnalium Synagogam plantauit, de qua dicitur: *Vinea Domini Sabaoth, domus Israel est. Quae vinea in ea, quae habet populos, exiit*: quia in lege posita est, quae multos populos ad se collegit, de quibus populis dicitur: *d Et populi meditati sunt inania*.

Hanc vineam *custodibus tradidit*; quia Synagogam Moysi, & caeteris Patribus custodiendam subiecit.

E contra Rupert. per vineam, quae *fuit pacifico*, non hanc intelligit, quae plantata est in lege, sed eam, quae plantata est in fide, ac si dicatur.

Omnis plantatio, quam plantauit dilectus vere pacificus, per quem Deo reconciliati sumus, in fide plantata est Abrahae: per quam ille omnes haereditauit populos: *Commisit eam custodibus*, & rectoribus. quibus operarius fidelis, ac virtute praeclitus, scripturarum peritus, & ore facundus cunctas fidelis sermonis copias impendit praedicando, ut percipiat tempore suo quidpiam de fructu eius.

E Omnes argentei eius mille, id est, omnes sermones eius consonant in vna fide: quia numerus iste millenarius vnitas est.

Tertio demum Theodoritus, & Philo Carpathus, vineae huius metaphoricam animam, seu amicos, aut homines ipsos designatos sumunt. Vineam inquit Theodoritus, vocat homines, qui ad pietatem accesserunt, seruantes vero, & colentes, & custodientes eos, qui Sacerdotali funguntur munere, quibus mandatum est, ut eam spirituali doctrina simul & irrigent, & tueantur. Porro quod dicit, *Vir affert pro fructu eius mille argenteos*, significat hic numerus dexteram manus vnitatem: Quod quidem fructum ferentis salutem iudicat, quem solum exigit is, qui vineam plantauit: Quibus verbis Theodoritus videretur ita hanc intelligere, ut significetur Christum tamquam vineam sibi plantasse pios homines, quos Sacerdotibus excolendos tradidit, atque eorum vnumquemque fructum fructificare salutis in vitam aeternam.

Secundam partem, *Vinea mea coram me est*, Ambros. fermone 22. in Psal. 118. versu 8. legens, *Vitis mea in conspectu meo: mille Salomoni. & ducenti seruantibus fructus*: & Theodoritus sponsae tribuunt, & Ecclesiae: Obscurissime Ambrosius: Perfectionem ait, & plenitudo Christi

Tres Patres

Philo.

Iust. Or. a Zach. 12.

b Matt. 25. 34.

Synagoga fuit vinea pacifico in ea, quae habet populos. Greg. Papa. Aponius.

c Isa. 5. 7.

d Ps. 27.

Rup. Abb. Vineae Christi plantata est in fide.

Theodor. Philo Carp. Vineae Christi homines Sancti.

Ambros.

Theod.

a Gen 43.
34.

fti est portio seruorum. Habes hoc myfterium in Genesi a, vbi quinque partes Benjamin fratri iuniori tribuit Ioseph, singulas reliquis fratribus. Domino igitur quinque sentium portio, & prerogatiua defertur, quam illi vtiq; tribuit ipse quem diligit.

Paulo clarius Theod. in hunc sensum hifce loqui cenfer Sponfam. *Et vinea mea est, & fructus est meus.* Mille enim argentei, qui Salomoni presentantur exhiberi, coram me sunt: Eos enim mihi iterum reddet. Nam quod in presentia factum exigit, id facit, quia saluam cupit intueri. Porro per id quod dicitur, *& ducenti his, qui custodiunt fructus eius*, Theodor. arbitratu significari mercedem, quæ definita, & parata est custodiendis dictæ vineæ, quam mercedem designatam inquit per ducentos argenteos; quia ea illis datur ob id, quod custodiunt quinque sentus: ducentarius namque numerus mercedem istam significat, quatenus illum mille, vt quintam sui partem, quinquies continet.

Videantur apud ipsum cetera, quibus circa hos numeros philosophatur.

Communiore tamen reliquorum Patrum consensu verba hæc, *Vinea mea, &c.* Sponso potius tributa reperiuntur: *Quin & Ambrosius* quoque lib. 1. de Virginitibus eidem ea tribuens ait: Tunc ipse pacis Dominus, postquam validioribus brachijs commissa sibi vinea complexus, palmites suos germinare conspexerit, vultu præfule nascentibus fructibus auras temperat, sicut ipse testatur, dicens: *Vinea mea est in conspectu meo. Mille, & ducenti, qui seruant fructus eius.*

Supra cap. 3. ait, Sexaginta potètes in circuitu propaginis eius, strictis armatos telis, & eruditos præliaribus disciplinis: hic mille ducentos: creuit numerus, vbi creuit & fructus: quia quo sanctior quisque, eo munitior.

Clarius eidè sponso hæc tribuunt alij, ac primum Cassiodor. secundum quem is loqui videtur ad sponsam Iudicis, quia Ecclesiam meam tradidi custodibus: attamen ego semper curam illius habeo.

Noli dubia esse pro aeterna mercede; quandoquidè tibi paratus est fructus aeternæ retributionis: *Mille enim tui*, id est, omnia illa quæ pro me reliquisti, *pacifici* (in recto) id est proficui tibi sunt: porro his, *qui custodiunt fructus vineæ meæ*, parati sunt *ducenti* itè pacifici, duplicatus fructus, redditus est proficuis, quatenus, iuxta Apostoli dictum, *b Presbyteri duplici honore sunt digni, maxime qui præsumt & laborant in verbo.*

Haud admodum ab his diuerse Gregor. Papa, coram Christo vinea, inquit, sua existit; quia, perditis malis agricolis, sanctam Ecclesiam per bonos doctores respectu benigno erudit. *Mille & ducenti* argentei, Ecclesiæ existunt, quia dum fideles quique omnia quæ possident, ex toto relinquunt, & pacem sibi cum sanctis faciunt, & presentis vitæ remunerationem cum cælesti percipiunt, iuxta illud Euangelij: *c Nemo est qui reliquerit domum, aut fratres, &c. qui non accipiet centes tantum nunc in tempore hoc, domos, & fratres, & sorores, & matres, & filios, & agros, cum persecutionibus: & in seculo futuro vitam æternam.*

Qui sunt autem, *qui fructus vineæ custodiunt*, quibus & ista remuneratio duplicatur, nisi illi, qui in Sancto opere quod coeperunt, perseverantes existunt?

In Anselmo id tantum notandum reperitur, quod ait, *ducentos his, qui custodiunt fructus eius*, quia custodes Sanctæ Ecclesiæ duplex preium Deo offerant, quatenus & se immaculatos Deo seruant, & alios lucrantur, ideoque & duplici pariter præmio remunerantur.

Ruper. Abb.

Rupertus Abbas ita hæc reddit, ac si sponso ipse dicat: *Vinea mea coram me est*: ego non sum mutatus, sed vbi plantaui ibi quæro, & habeo vineam meam, scilicet non in lege, sed in fide.

O tu, quicumque es, qui in hac vinea *mille argenteos* expendis, *mille tibi pacifici*, id est, pacem & remissionem peccatorum facientes, vel acquirentes sunt tibi: *& ducenti his, qui custodiunt fructus eius*, videlicet in eo, vti

ginali coniugio in cælestibus nuptijs, quas hic significat binarius centenus, cum dilecto, & dilecta in sempiternum perfruantur.

Vide apud ipsum Rupertum, quæ fufus de duobus hisce numeris mille, & ducentum pertractat.

Hi quidem omnes, ceterique Latinorum Patrum vocem *pacifici*, cum pronomine *tui*, vt visum est, accipiunt pro recto, & nominatio plurali. Aliter tamen Græci exponentes versionem Sept. quæ habet, *Mille tibi Salomon, &c.* Vnde Catena trium Patr. apud Theodoritum, prima quidem verba:

Tres Patr.

Vinea mea coram me est, &c. Sponso tribuit: quomodo & Cassiodorus. Reliqua vero, *Mille tibi, &c.* non item: sic autem ista exponit, ac si dicatur.

Cassiodor.

Perfectio quidem munus est tuum, qui rerum es, & principium, & finis: qui pax ipsa es, & pacis consiliator: naturæ autem nostræ instauratio fit per mandatorum tuorum obseruationem, qui quidè est noster Ecclesiæ fructus. Vide Theodoritum explicantem, quomodo numerus millenarius significet perfectionem, & ducentarius obseruationem mandatorum.

Theodorit.

Simili modo per ducentarium numerum obseruationem mandatorum, quæ in duobus testamentis continentur, designatam cenfer Philo Carpathius: Tamest per id quod Christus ait: *Vinea mea coram me*, arbitretur significatam sedulam Christi curam erga eos, qui charitate ardent: Et per id, quod dicitur, *Mille tibi Salomon*, cenfer designari, eidè Christo vt perfectissimo referuatum omne iudicium, cum quo & iudicaturi dicuntur ij, qui duo testamenta custodiunt.

Philo.

Verf. XIII. cap. VIII. *Quæ habitas in hortis, amici auscultant: fac me audire vocem tuam.*

Verf. XIV. cap. VIII. *Fuge dilectè mi, & assimulare caprea, hinnuloque cervorum super montes aromatū.*

EXPOSITIO I.

Iuxta sonum litteræ.

Do sunt, in quibus Expositores vniuersi hoc loco cõueniunt: tria vero, in quibus dissentiunt. Conueniunt primo, vt hæc appositæ sint pro totius huius operis peroratione. Conueniunt secundo, vt fugiendi verbum Hebraica phrasi sumendum sit in significato accelerationis, & festinationis, & tantumdem sit *fuge*, ac *festina*, accelera.

Fuge pro festina.

Eorum, in quibus dissentiunt, primum est persona, quæ loquitur in verf. 13. Nam cum Sept. Interpretes verterint; *o καθύπερθε, Qui sedes*, Græci, & quotquot illorum exponunt versionem, sponfa ea tribuunt: Latini nihilominus fere omnes, omnesque & Hebræi sponfi potius eadem esse volunt iuxta lectionem textus Hebraici, quam & noster Interpres secutus est, & antiquiores pariter Symmach. atque Aquila, vt notat Ambrosius ad finem serm. 22. in Psalmum 118. Tamest in annotationibus, quæ habentur in Codice Græco Sept. qui vltimo impressus est in Vaticano, aliter Symmachum vertisse referatur, nempe, *o καθύπερθε, id est, sedentes, & qui sedetis*, ac si ad amicos habita ea fuerint.

Symmach. Aquila.

Porro & in eo pariter non exiguum inter expositores reperitur diuersitatis, quinam amicorum designentur vocabulo. non enim defuere, qui eam vocem ironice positam arbitrati sunt, pro æmulis, eo modo, quo & in capite primo verf. 7. vox sodalium, pro qua ibi tam in textu Hebraico, quam in versione Septuaginta, eadem vox est, quæ hic, vt sensus sit; *o quæ, seu, qui habitare soles in hortis*, aduerte, quia focij atque

Amicorum nomen pro æmulis. Colligitur ex R. Abraham Aben Ezra.

cij atque amuli, qui amicos se tibi exhibere student, *auscultant* omnia, quæ dicis: *Quamobrem* fac ita loquaris, ut ipse solus audiam *voce[m] tuam*.

Quibus apte subjiçiat: *Festina super montes aromatatum*, ut videlicet ibi in loco solitario tibi vni audire faciam *voce[m] meam*, amoremque meum cumulate tibi manifestem. Communiori tamen, & probabiliori sententia idem amicorum vocabulum in bonam partem, ac pro veris amicis vsurpatum accipitur, nec quemquam reperi veterum Patrum, qui alio id impulerit sensu.

Tertium denique in quo quid reperitur dissentionis, est circa illud ipsum significatum verbi, *fuge*, pro accelera, & festina, in quo omnes conuenire diximus. Enimvero Legionensis, quem sequitur & Hieronym. Almonacyr. & alij, festinum regressum per illud designatum censet, ut in verbis hinc, *fuge dilecte mi*, &c. ea contineatur cantio, quam sponsa suo obtemperans dilecto, & præcedenti illius satisfaciens petitioni, coram adstantibus vniuersis habuerit: totusque eorum, quæ hic dicuntur, sensus sit: *ô dilecta, quæ es in hortis, in amici, pastores, focij, atque amuli mei auscultant*: illis ergo audientibus, *fac* ut ego te audiam canentem aliquid, quod mutuum nostrum testetur amorem.

Post quæ illico ipsa, *Fuge*, inquit, cantans, *fuge*, &c. quibus id se optare cantu testatur, ut quando demum ipsum abesse contigerit, tanta in redeundo *super montes aromatatum*, vbi scilicet tunc erant, vtatur celeritate, quanta capræ, &c. hinc nimirum contestans, à se ita ipsam amari, vt ne ad punctum temporis velit ab eo diuelli, quo nec quidquam sponso dici poterat iucundius. Sic secundum istam sententiam, quod dicitur, *Fuge dilecte mi*, & assimilare capræ, hinnuloque ceruorum *super montes aromatatum*, idem omnino erit, ac illud, quod in fine capituli secundi dicitur: *Reuertere, similis est capræ, hinnuloque ceruorum super montes aromatatum*, idem omnino erit, ac illud, quod in fine capituli secundi dicitur: *Reuertere, similis est capræ, hinnuloque ceruorum super montes aromatatum* hoc loco dicuntur, & qui à frequentibus collium diuisionibus *montes* ibi dicuntur *Barber*, id est diuisionum.

In eodem celeris reuersionis significatu accipit quidem idem fugiendi verbum & Sot. Maior, existimat tamen, ipsum fugiendi verbum ita celerem designare cursum in reuertendo, vt alludat ad celerem illum capræ, hinnuloque ceruorum cursum, quo velocius festinant, dum insequentes fugiunt venatores, & canes: Verum communiori ac simpliciori sensu alij non tam ad festinum sponso regressum hæc referunt, quam ad celerimum iter, & cursum, quo sponsa optet tendere dilectum suum ad montes aromatatum, vt ab illo ipsa pariter contrahatur.

Sed iam visis ijs, in quibus expositores alij vel conueniunt, vel dissentiunt, dicendum quid & mihi omnium extremo pro connexionem, & pro germano sensu istorum verborum, *Quæ habitas in hortis*, &c. Et: *Fuge dilecte mi*, &c. asserendum videatur. Suppono enim ipse, hæc superioribus adiecta, pro coronide, & totius operis, & eius perorationis, quam ceptam vidimus in principio cap. huius octauæ.

Et quidem, si in toto corpore, & Cantico isto admirari licuit ingens Sapientissimi Salomonis, seu potius omnis sapientiæ fontis, Spiritus sancti artificium; in hac eiusdem operis coronide idem quam maxime fas est obstupescere, & si in extremo hoc capite octauo, vt in peroratione Cantici amatorij delineatos vidimus summos amoris affectus, in hac certe eiusdem perorationis coronide multo efficacius eosdē videre est ob oculos quodammodo positos, ea tamen honestate, eoque decore, quo talia à Spiritu sancto decuit pertractari: significatur enim in extremis hinc verbis, *fuge dilecte mi*, &c. duos hosce amantes in deliciosos aromatatum hortos secessuros, ibique ab alijs seiuictos ei vni duntaxat vacaturos, vt omni amoris significatione mutuum inuicem contestentur charitatem: eodem plane, iucundiori tamen, & efficaciori modo, quo in toto hoc opere coram adstantibus cam-

dem manifestari conati fuerant: idque non iam ad modicum temporis, quomodo in habito Cantico, sed iugiter, atque perpetuo.

Porro artificium illud est, quod ita belle, atque concinne opus istud constatum est, vt pulcher rimum, artificiosissimumque representet monile. Nam quemadmodum in præstantioribus monilibus id in primis eximij est operis, vt, cum annuli vniuersis apte connexti sint, singulique inuicem iuncti, ij concinnius simul vniantur, qui sunt in duobus extremis, principio atque fine: quandoquidem concinna illorum connexionem in rotundum monile ipsum deducitur: Et notum est, aliasq; à nobis probatum, rotundam ac circumlarem figuram figurarum omnium esse perfectissimam: cum quamdā in se repræsentet perpetuitatem. Principium istius operis, si recte recolimus, is exitit eius titulus, *Canticum Canticorum Salomonis*, quem & pro ceteris locum obtinere ostendimus: vt apta ergo esset eiusdem operis, monilisque huius connexio, operæpretium erat, vt & extremus illius annulus, atque coronis perpetuum aliquod signaret, & obtineret Canticum, idque illud est, quod hic agitur, vt perpetuum Canticum huiusmodi proponatur.

Enimvero cum hucusque Canticum dramaticum, atque in scena habitum esset, adstantibus etiam & puellarum choro, & Sodalibus sponsi iisdemue & suū intermiscitibus sermonē: inuitatus tandem à sponsa dilectus vt in agrum soli secederent, vt visum est in fine capituli septimi, atque etiam in extremis verbis quæ immediate præcesserunt, *Vinea mea coram me est*, &c. vltimum hunc addit monilis anulum, vltimam & operis coronidem: *Quæ habitas in hortis*, &c.

Ac si sponsus iter arripiens, dicat.

O tu, quam id maxime delectat, vt ruri commore- ris, atque in hortis, iam hucusque palam, & coram adstantibus cecinimus cantica dramatis, cantica & amoris: en te loquente, *amici*, tam sodales isti mei, quam sociæ eæ tuæ in scena præsentem *auscultant* adhuc *voce[m] tuam*: id mihi sane esset in optatis, vt ab hinc omnibus seiuncti, similia nos soli inter nos haberemus amoris cantica, dulcissimamque *voce[m] istam tuam me vnum audire faceres*.

Quibus ipsa annuens, vt maxime suo quoque consonis desiderio, iterque post ipsum prosequens, & ex scena se proripiens, respondet: *Fuge dilecte mi*, &c. id est, festina tu dilecte mi, meque tecum trahere: maturato iter, similem te exhibes capræ, hinnuloque ceruorum: currentes ad montes aromatatum, ibi iucundissimis sane in hortis, atque ad areolam ipsam aromatatum soli iuge canemus canticum, faciāque vt postulas, meam audias *voce[m]*: Sic pro eo, Valere, & Plaudite, quo à profanis poetis profana concluduntur dramata, sanctissimum istud amoris drama verbis hinc Spiritus sanctus concludit, ingentia amoris semina in mentes iaciens eorum, qui adstantes præsentari fuerant in scena, necnon & eorum, qui hæc lecturi erant, ab ipsomet spiritu moti.

Circa hæc, multa quidem forent dicenda, ni superius dicta fuissent: iam enim in fine capituli secundi, atque etiam in versu nono, eiusdem capituli explicitum est, cur festinum iter expressum sit per similitudinem ad capream, hinnulumque ceruorum, seu ad eorum cursum.

Dictumque sapius est, montes, in quibus horti essent sponforum, varijs nominibus in hoc Cantico insignitos, atque inter alia hoc nuncupatos vocabulo *aromatatum*, ob eandem nimirum rationem, propter quam in capite quarto dicti sunt *mons myrrhæ, & collis thuris*. Quod vero in montibus hinc aromatatum horti eorum essent, colligitur manifeste tum ex ijs, quæ à sponso dicuntur in capite quinto: *a Veni in hortum meum, Soror mea sponsa: mesui myrrham meam cum aromatibus meis*; tum ex ijs, quæ à sponsa dicuntur in principio capituli sexti: *Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatatum, ut pascatur in hortis, & lilia colligat*: propter quæ forsitan Septuag. quod in Hebræo legitur,

Simile.
Canticorum
liber constans
instar
monilis arti-
fiosissimi.

Paraphra-
sis.

Montes ara-
matatum qui.

a Cant. 5. 1.

Can. 2. 17.

Sot. Maior.

Germanus
sensus.

tur, *Quæ habitas in hortis*, verterunt, *Qui habitas in hortis*, referentes hæc ad sponsum, qui & dictus fuerat hortis oblectari, & in hortis suos pascere greges. Quamuis autem & iuxta hanc versionem Sept. allatus à nobis sensus hisce competat, congruentior tamen idem eisdem est, quem iuxta lectionem vulgaram legimus: *Quæ habitas*, seu, *Quæ sedes, & commoraris in hortis*. Cum enim in præcedenti versu dictum à sponsa fuisset, *Vinea mea coram me est*, quibus & se libenter in vinea commorari, & ad illam dilectum quoque suum attrahere se velle, significavit, optime hoc insignita est epitheto, & dicta *habitans in hortis*. vineam enim illam suam in hortis ipsis habuisse, facile possumus ex eo colligere, quod in capite sexto dixit: *b Descendi in hortum nucum, ut viderem poma conuallium, & inspicerem si floruisset vinea*: & ex eo, quod dixit in capite septimo: *c Egrediamur in agrum, commoremur in villis: Mane surgamus ad vineas; videamus si floruit vinea*. Quod enim ibi dicitur: *Commoremur in villis*, idem esse arbitror, ac quod hic asseritur, *Quæ commoraris in hortis*; cum & nostris hisce sæculis agrestes domos, in quibus insignes consiti sint horti ac vineæ, villarum vocabulo nuncupemus.

Vnum notandum superest circa lectionum varietatem; sensus à nobis allato non modicum fauere, quod & Hebræa sic habent: *Quæ habitas in hortis, amici intendunt voci tue, fac me audire*: & Sept. *Quæ habitas in hortis, amici attendentes voci tue, fac me audire*. Porro, quod pro *super montes aromatum* scholiō Grecum habet; *ἐπὶ ὄρη τῶν ἰσχυρῶν, super montes suauitatum*, in idem recidit: nisi quod per id significatur, dictos montes nedum aromaticis plenos esse arboribus, sed & floribus, qui suauissimum vnde quaque spargerent odorem.

Vers. XIII. cap. VIII. Quæ habitas in hortis, amici auscultant: fac me audire vocem tuam.

Vers. XIV. cap. VIII. Fuge dilecte mi, & assimulare caprea, hinnuloque ceruorum super montes aromatum.

EXPOSITIO II.

De prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

³ **T**Ametsi & alias in capite secundo a huius Cantici Christus Ecclesiæ dilectus ab illa poposcerit, vt audire ipsum faceret vocem suam, quæ sibi dulcissima esset. Tametsi ibidem *b* & ab Ecclesia id ille habuerit responsi, quod admodum simile ijs esset, quæ & hoc loco ab eadem respondentur: multum tamen ea ab hisce discrepant, diuersissimum namque est ille Ecclesiæ status, à statu, in quo nunc ea esse supponitur: diuersissima est vox, quam sponsus hic, ibiue efflagitat: diuersissimumque est vtrumque responsum. Exponamus hæc singula, quo dilucidiora sint, quæ præ manibus habemus.

Status, in quo Ecclesia supponebatur in capite secundo, is erat, quando in Apostolorum primitiis persecutionum metu conclusa seruabatur ante aduentum Spiritus sancti: isue, cum post eiusdem Spiritus sancti robur, infidelium hæreticorum, ac falsorum fratrum exposita eadem erat iactationibus, molestiis, persecutionibus, ac demolitionibus, voxque, quam tunc audire efflagitabat Christus, erat sonus prædicationis, cui necessario adiuncta esse debet sancta conuersatio, vt per eam mundus conuerteretur: Idcirco

A & apposito eo insigniebatur epitheto: *c Columba mea in foraminibus petrae, in cauerna maceria*: congruentique illi statui efflagitatione dicebatur.

Obstende mihi faciem tuam: sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua decora: statimque subijciebatur: *d Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas, nam vinea floruit*. Denique quod ibi eadem Ecclesia respondit, regressum exposcebat dilecti sui, aduentumque illius in se quæ adhuc diuisa esset ab infidelibus, & ab hæreticis, atque in semetipsa ob multiplex plerumque fidelium suorum schisma: Ideoque fatis ad propositū ijs respondit verbis.

B *Donec aspires dies, & inclinentur umbrae*, id est, quam diu dies sit præsentis sæculi, antequam iudicij dies aspires, antequam vespera adueniat futuri sæculi, Reuertere, similis esto dilectæ mi capreae, hinnuloque ceruorum super montes Barber, id est, diuisionum: At vero in fine huius Cantici supponitur eadem Ecclesia in perfectissimo statu illo, quo extremis temporibus, cum intrauerit in ipsam omnis plenitudo gentium, omnis quoque Israel intra eam saluus fiet: quando conuersis, quotquot ex Dei prædeterminatione conuertendi erunt, infidelibus, tranquilla perfuerit pace: ita vt vniuersum terrarum Orbem in vnam suam conclusam habeat vineam, quam pacifice coram se totam obtineat, non iam vt in illa defudet, ac defatigetur, prout modo ei contingit: sed vt in ipsa oblectetur, vtue ex ea voluptatem percipiat. hoc enim est, quod statim ac dictum ab ea est, *Vinea mea coram me est*, quæ prius dixerat, *f Filij matris mee pugnaverunt contra me, posuerunt me custodem in vineis*.

Vineam meam non custodiri, hoc insignitur vocabulo, *Quæ habitas in hortis*: in eo siquidem statu, quot in vna illa vinea particulares in diuersis Prouincijs erunt Ecclesiæ, tot particulares erunt & horti, ac paradisi deliciarum, in quibus ipsa summa sedeat cum tranquillitate & voluptate: quod melius exprimitur per alterum Hebraici verbi significatum, quem secuti sunt Sept. ac si dicatur, *Quæ sedes in hortis*: peruulgata est quippe ea sacrarū litterarum phrasis, qua ad magnam pacis tranquillitatem, quietamque possessionem designandam, dicitur vnusquisq; sedere sub ficu, & sub vite sua, de qua à nobis alias, sicuti & alias pariter pluribus explicatum, quomodo Ecclesijs nomen competat hortorum. Nedom autem insigni hæc appellatio, *Quæ habitas*, seu, *sedes in hortis*, tranquillius is designatur Ecclesiæ status, sed & verbis ijs, quæ subsequuntur, *Amici auscultant*: quandoquidem hoc est potissimum tranquillitatis indicium, atque totius eius tranquillitatis causa, quod qui inimici erant Dei, & Ecclesiæ reconciliati per mortem filij eiusdem Dei: sic salui facti sunt per Christum, ac per Ecclesiam, quæ eis prædicauit, sanctaue impertijt sacramenta: vt iam amici censeantur, ac prædicentur: atque hoc amicorum nomine insignes in eo toti sunt vt eam auscultent, factoque expleant Ecclesiæ prædicationem, qua ad spiritualis vitæ perfectionem promouentur, ac diuina instruantur charitate.

Perductis autem iam ijs, qui ad vitam æternā prædestinati erant, & eruditus per eam Ecclesiæ vocem ad perfectionem charitatis, quod in toto hoc opere factum est excellentissimo modo, nil certe reliquum erit, nisi vt consummentur nuptiæ Agni, & Ecclesia eiusdem Agni sponsa iam sponsi sui coelestes adeat aedes, vbi & summa perfuerit beatitudine, & iam tota in eo sit, vt vocem laudis, & benedictionis vnum dilectum suum audire faciat: hocque illud est, quod & cælestis ipsemet sponsus optare, ac velle tunc demum se dicit, cum ait: *fac me audire vocem tuam*: non iam amplius vocem prædicationis, quæ hucusque ad eo mihi extitit dulcis, sed vocem benedictionis, & laudis, vocem cantici illius noui, eximij, atque perpetui, de quo in libro Apocalypsis dicitur: *g Et cantabant canticum nouum, dicentes, Dignus es Domine accipere librum, & aperire signacula eius: quoniam occisus es, & redemisti nos*

E *Et cantabant canticum nouum, dicentes, Dignus es Domine accipere librum, & aperire signacula eius: quoniam occisus es, & redemisti nos*

c Cant. 2. 14
d Cant. 2. 16
e Cant. 2. 17
f Cant. 1. 8.
g Apo. 5. 9.
In cælesti patria cantabitur perpetuo benedictionis canticum.

b Cant. 6. 10

c Cant. 7. 12

Deo in sanguine tuo ex omni tribu, & lingua & populo, & natione, & fecisti nos Deo nostro Regnum, &c.

Bene cum istiusmodi ab Ecclesia exposcit in celesti patria vocem laudationis, Fac me, inquit, nimirum solum, audire vocem tuam, quia, tamen in coelesti illa patria innumerae sunt Angelorum myriades, qui preces, hymnos, ac laudes, quas Ecclesia in hoc saeculo fundit, audiunt, & ante thronum Dei in phialis aureis deferunt, atque vt sanctissima fundunt odorama: ijdem tamen Angeli, quando Ecclesia erit triumphans in caelis, vnum cum illa efficient corpus, vnamque emittent laudis vocem prout Ioanni significatum est, paulo post verba relata: Vnde ait: a Et vidi, & audivi vocem Angelorum multorum in circuitu throni, & animalium, & seniorum: En vna vox & Angelorum, & totius Ecclesiae, quam repraesentant animalia, & seniores illi: & erat numerus eorum, scilicet caelestium spirituum, quibus Ecclesiasticum constat corpus, millia millium dicentium voce magna: Dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem.

a Apo. 5. 6.

4
Iudicij extremi diem quam ardentem optet Ecclesia.
b Iud. 14. 2.

Porro, quia Christi sponsa menti suae illa infixae habet dilecti verba: b In domo Patris mei mansiones multae sunt: Si quo minus dixissem vobis, quia vado parare vobis locum. Et si abiero, & prae parauero vobis locum: iterum venio, & accipiam vos ad me ipsum, vt vbi sum ego, & vos sitis: intelligens tunc à dilecto ipso suo rapiendam, eoque ducendam, vbi idem regnat, cum iterum ad iudicandum Orbem terrae venerit, fuge, inquit, dilecte mi, & assimulare capreae hinnuloque cervuorum super montes aromatum, nil de iudicio illo recogitans; sed ad repositam duntaxat coronam oculos habens, ad fugam, velocissimumque eum sollicitat iter illud, quo ad caelos, montium aromatum vocabulo designatos, post se ipsam trahet: quando habito iudicio, iterque super dictos montes arripiens, dicet, c Venite, scilicet mecum, benedicti patris mei, percipite Regnum quod vobis paratum est ab origine mundi: fuge, ait, & assimulare capreae hinnuloque cervuorum, meliori, qua potest similitudine cursus capreae, hinnulique cervuorum eam exprimens celeritatem, qua iudicium illud peraget, caelestiaque petet cum Sanctis vniuersis, quam celeritatem futuram momentaneam, significauit Paulus, vbi dixit: d in momento, in ictu oculi, in nouissima tuba (canet enim tuba) & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur: Oportet enim, corruptibile hoc induere incorruptione, & mortale hoc induere immortalitatem.

c Mat. 25. 52.

d 1. Cor. 15. 52.

Celi quam recte dicti montes aromatum.

Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem tunc fiet sermo, qui scriptus est: Abscripta est mors in victoria, &c.

Neque vero abs re factum est, vt Ecclesia Sancta cum per haec, fuge dilecte mi, &c. respondeat ad ea, Fac me audire vocem tuam, quibus excitata à dilecto ipso suo fuerat ad perpetuum in caelis habendum canticum dilectionis, & laudis, caelos haud alio expresse rit nomine, quam montium aromatum, seu iuxta aliam lectionem, montium suauitatum.

Quid enim caelis ipsis altius? & nouimus, altitudinis symbolum peroptimum esse montes.

Quid caelesti illa patria suauius, vbi nihil est, quod suauitatem non redolet inexplicabilem atque perennem? Quid denique caelestis eius patriae recensere debuit sponsa, quidue dilecto suo repraesentare, nisi quae ille ab ipsa flagitarat charitatis, laudis, ac benedictionis cantica perpetua?

Et quis est qui nesciat, sub aromatum metaphora istiusmodi designata cantica: cum aperte id contestatum habeamus in libro Apocalypsis, vbi dicitur: e Et cum aperuisset librum, quatuor animalia, & viginti quatuor seniores ceciderunt coram agno, habentes singuli citharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, quae sunt orationes Sanctorum.

e Apo. 5. 8.

Quod itaque in hac istius Cantici coronide, iuxta sensum à nobis allatum dicitur, breuiter tale est: vt Christus Ecclesiae iam in perfectissimo huius vitae statu constituta haec habeat.

Paraphrasis.

O tu, quae iam ea potiris tranquillitate, vt in hortis multiplicium Ecclesiarum summa cum voluptate,

A summaue sedes, cum quiete: cecinimus iam diutius in saeculo isto cantica dramatis, sonuit vox tua in auribus meis, cum mundo meam praedicaisti fidem: etiam vniuersi qui praedestinati sunt, tam ex Gentibus, quam ex Iudeis amicos nobis sese exhibere ob praedicationem ipsam tuam: ijdemque tuae ita intendentes sunt praedicationi, vt & facto eam auferrent: Tempus est, vt expleto hoc dramate, & hac pariter, quam coram adstantibus in praesenti saeculo habes, praedicatione: mecum caelos petas, vbi iugibus item canticis me vnum audire facias vocem benedictionis, laudis atque dilectionis.

B Ad quae Ecclesia ipsa, desiderio iam illum prosequens, festina, ait, tu dilecte mi super montes aromatum, coelumque pete, & iudicio habito, multo celerius quam fugiant caprea, hinnulusue cervuorum, in momento & in ictu oculi post te illic & me pariter trahere.

Trabe amabo, quam primum iter illud prosequens, vt super coelum, veluti super montes aromatum, aromata vbentim, & perpetuo tibi fundam canticorum meorum, quae adeo ardentem efflagitas.

Vers. XIII. cap. VIII. Quae habitas in hortis, amici auscultant: fac me audire vocem tuam.

Vers. XIV. cap. VIII. Fuge dilecte mi, & assimulare capreae, hinnuloque cervuorum super montes aromatum.

EXPOSITIO III. De secunda Sponsa, quae est Anima Iusti.

Q uod iusti in hoc saeculo veluti in scena propostum sunt, qui coram Dei amicis quamdam quasi comœdiam peragant, sat certe perspicuum est ex ijs Pauli verbis, quibus de Sanctis agens Apostolus, ait: f Spectaculum, seu vt haberetur in Graeco. Theatrum facti sumus mundo, & Angelis & hominibus. Mundus iste maximum sane est Theatrum, totae in eo sunt scenae, quot sunt mundanorum hominum conuentus: tot repraesentantur comœdiae, quot ab hominibus aguntur actiones: si enim exactius vniuersos mundanorum istorum perpendamus actus, nemo iure negabit, quin ijdem sint quidam comœdiae actus, & ij ipsi, qui eas agunt pariter sint comœdiarum actores & saepe sapius etiam ridiculi histriones. Nouimus quippe omnes aetius comœdiarum tantum exhibere spectaculi, & oblectationis, quantum eorum perdurat recitatio: ea enim expleta, nihil eorum est reliquum, praeterquam in recitantibus defatigatio & sudor: & peruulgatum id est, vt opulenti, & qui feliciores censentur huius saeculi, assimilentur comœdiarum actoribus, qui in scena quidem & personam gerunt Principum, & regio plerumque decori conspiciuntur ornatu: at expleta ficta breui scenica actione, & Regio exuuntur ornatu, & fictam deponunt personam, ita vt id iam appareant, quod vere sunt, viles, miseri atque pannoſi.

F Hocque studuisse crediderim Apostolum, vt omnibus mundanis hisce esset perspicuum, vbi dixit: a Tempus breue est. Reliquum est, vt & qui habent uxores, tamquam non habentes sint, & qui flent, tamquam non flentes, & qui gaudent, tamquam non gaudentes, & qui emunt, tamquam non possidentes, & qui utuntur hoc mundo, tamquam non utantur: praeterit enim figura huius mundi, praeterit, atque dissoluitur species scenae theatrae, quam versatilem, ac ductilem ob id antiquitus nuncupabant, quod ita fabre

Iusti in hoc saeculo propostum sunt vt repraesentantes comœdiae. 1. Cor. 9. Mundus est scena comœdiz.

a 1. Cor. 7. 29.

Theophyl.

fabrefacta eſſet, vt facile eius verteretur ſpecies, eademque & facile diſſolueretur.

Porro in verſatili iſta mudi ſcena actores ſunt mundani ipſi, mundani quoque ſunt & ſpectatores quotquot externam illius admirantur ſpeciem: nihil enim aliud is exhibet, quam externam oculis ſpeciem.

At vero quotquot iuſti ſunt, qui iuxta Domini dictum, non ſunt de hoc mundo, ita ſuum agunt drama, vt & ipſi ſint ſcena, non tamen verſatilis, ſed fixa, & ſtabilis, quale theatrum eſt, idcirco Paulus dicebat.

b 1. Cor. 7. 29.

b Theatrum facti ſumus: & bene addit: Mundo, & Angelis, & hominibus: Mundo inquit, quia tamen iuſti non ſunt de hoc mundo, in mundo tamen ſunt, quamdiu vitam agunt ſuper terram: Verum tamen tale theatrum mundo ſunt, vt Angelos potiſſimum oblectent, & homines illos, qui in ſanctitate ſunt eis ſimiles: Idque clarius caeleſtis explicat ſponſus, dum hoc loco ait: Amici auſcultant, ſeu iuxta Hebr. & Sept. Amici intendentes ſunt voci tuae.

Et proſecto peregre duo haec loca ſe inuicem exponunt, tamen diuerſiſſima videantur, cum Paulus conſentiat quidem Apoſtolo, ſanctosque omnes ſuum in hoc mundo agere drama, ſed tale, quod oculis ſpectandum exhibeatur, atque adeo appoſite ait: *c Spectaculum, ſeu Theatrum, quod & viſum ſignat, facti ſumus.*

c 1. Cor. 4. 9

Salomon vero, iuſti animam vt Dei ſponſam proponens ſuum pariter argentum dramatale, tamen illi tribuit drama, quod auribus potiſſimum percipiatur: neque enim dicit: *Amici te ſpectant, ſed, Amici auſcultant.*

Nec mirum: nam Paulus de Apoſtoliſ loquebatur, qui factis drama peragerent, ſpectaculum exhibentes fidei, charitatis, & patientiae ſuae, quibus & perſecutionibus, & cruciatibus, & morti quoque ſe exponebant pro nomine Chriſti: *Puto, dicebat, quod Deus nos Apoſtoloſ noſtriſſimos aſtrudit, tamquam morti deſtinatos: quia ſpectaculum facti ſumus mundo, & Angelis, & hominibus. & paulo poſt: Uſque in hanc horam & eſurimus, & ſitimus, & nudi ſumus, & colaphis caedimur, & inſtabiles ſumus, & laboramus, &c.*

In Cantico iſto quale exhibeatur drama.

At vero iuſti animam Dei ſponſam proponit quidem in opere iuſto drama agentem, ſed drama, quod dicitur canticum dramatis: in quo nimirum ea, quae ad mutuam inter Deum, atque animam ipſam ſpectantur charitatem, ita opere exhiberentur, vt tamen praerentiſſimo amoris Cantico in ſignibus praeronijs hinc, & inde tam a ſponſo, quam a ſponſa, tam a Deo, quam ab anima ipſa eadem extollerentur, atque denuntiarentur ijs, qui ſimili accenſi eſſent charitate: atque adeo tam eius animae, quam Dei dici mererentur amici.

Propterea, habito reſpectu ad vocem, qua Canticum ipſum agitur, dixit: *Amici auſcultant, potius quam Amici ſpectant:* Et quidem aptiſſime: quia, etſi ſpectet quoque repraeſentatioſ dramatiſ actus, cum tamen drama ipſum drama ſit charitatis, cuius internus ardor ſpectari nequit a pura creatura aliqua, non debuit dici, *Amici ſpectant:* dici tamen quoquo modo potuit, *Amici auſcultant, ſeu efficacius, iuxta lectionem aliam, Intendentes ſunt voci tuae:* quando quidem id potiſſimum in hoc Cantico ab anima ſancta ageretur, vt latentem in praecordijs flammas charitatis erga Deum dilectum ſuum, ſaltem ijs, quibus poterat exprimeret vocibus. Et quia, nedum pia anima, quae Dei ſponſa eſt, ſed & Deus ipſe, vt illius vnicus dilectus perſonam egit ſponſi eadem charitate ſuccenſi, atque vt actor in dramate, & vt cantans in Cantico, flammas quoque ſuas alternis expreſſit vocibus: Congruentiſſime iuxta noſtram Vulgatae lectionem, vt iam toti huic dramatis Cantico finis imponatur, colloquentem ita ille aſſatur ſponſam: *Quae habitas in hortis, amici auſcultant, nos ſcilicet mutuam concinentes charitatem, cum iuxta aliam lectionem dicat: Amici intendentes ſunt voci tuae: quia ipſa erat, quae immediate locuta fuerat.*

6

Tria autem in prima iſtius ſententiae parte ſunt animaduertenda. Primum, quod in coronide, & ex-

A tremo huius Cantici anima non iam amplius ſupponitur in gradu incipientium, aut proficientium, ſed in ſtatu perfectionis, & idcirco praerantiſſima ea inſignitur appellatione, *Quae habitas, aut, quae ſedes in hortis:* quo vocabulo duo in illa eſſe ſignantur, quibus perfectus quiſque decorus quam maxime eſt in hac vita. Nam vel hortorum metaphora ſignantur variarum meditationum ſtudia, prout alias a nobis explicatum eſt, & tunc recte exinde potiſſimum perfecta Dei ſponſa hiſce celebratur, quod iam culmen illud attigerit perfectionis, vt quomodocumque res mundi huius ſe habeant, & in omni tempore tranquilla ſint mente, atque multiplices oblectetur meditatione diuinorum ac ſi in hortis ſedeat: Vel eadem hortorum metaphora caeli deſignantur, quos & ob maximas voluptates paradifos ſaepe nouimus nuncupatos: & tunc id in eadem anima euehitur perfectionis, quod nedum conuerſetur in caelis, quaſi a hoſpes, & aduenat, prout plerique iſtorum, qui eo adhuc minime peruenere perfectionis: ſed vt eius Sanctorum, & domeſtica Dei habitet in illis: quinimo vt eiſdem Dei ſponſa vna cum ſupremo illo Rege vti Regina quaſi ſuper thronum ſedeat in iſdem: quando quidem ſuſum, atque ad Dominum habet cor ſuum, ſumma perfruens pace.

Perfecta anima ſemper delectatur multiplici diuinorum meditatione.

a Eph. 2. 19 Perfecta anima quomodo ſedere dicatur in caelis.

C In verbis illis, *Amici auſcultant,* id praeter ea, quae dicta ſunt, in ſuper eſt notandum, quod, tamen iſtud charitatis canticum palam habitum ſit, ita vt ab vniuerſis percipi poſſet, dicitur tamen, ab amicis duntaxat illud audiri, ab amicis, inquam, tum Dei, tum animae ſponſae eius: a iuſtis, quia iuxta Saluatoris dictum, *b Qui ex Deo eſt, verba Dei audit;* & propterea in iuſti illud non audiunt, quia ex Deo non ſunt.

Canticum iſtud a quibus audiri debeat.

b Io. 8. 47.

Ac bene iuxta aliam lectionem, iſdem iuſti dicuntur non tantum ſimpliciter auſcultare, ſed & attentiſſima mente eidem intendentes ſe exhibere, vt indicetur ſedulum Sanctorum ſtadium, quo huic tam eximio intendunt Cantico. Bene quoque dicitur: *Amici auſcultant,* potius quam, *iuſti auſcultant,* vt designetur id, quod & in praeratione, & in expoſitione tituli totius operis huius animaduertimus, eos dumtaxat aptos eſſe, qui huius Cantici indulgeant ſtudio, quae illud intelligant, qui diuino ſuccenſi ſint amore, atque adeo vt Dei amici amoris eius eruditionem percipere queunt.

Quamquam & ob id pariter dictum eſt: *Amici auſcultant,* potius quam, *iuſti auſcultant,* vt intelligeremus nedum homines iuſtos talibus oblectari ſermonibus charitatis, ſed & caeleſtes ſpiritus quam maxime, qui cum in Dei charitate perſtiterint radicati, & fundati, congruenti appellatione eiſdem Dei amici appellantur, & cum ex eadem Dei charitate pias quaſque animas ſummo proſequantur amore, recte dicuntur amici, & animae ſponſae Dei, multo ſane verius, quam amici dicantur peccatricis animae illius, quae cum inimica ſit Dei, dicit tamen audacter: *c Amici mei, & proximi mei aduerſum me appropinquauerunt, & ſteterunt,* prout id Pſal. de ipſis Angelis exponit Bern. ſerm. 1. in feſto ſancti Michaelis.

Angeli delectantur noſtris ſermonibus de charitate.

c Pſ. 37. 12. Bernard.

E Quis vero dubitet, caeleſtes amicos ipſos quam maxime hiſce oblectari ſermonibus charitatis, colloquentibus a deſſe, ſicue eoſdem auſcultare, vt cuilibet intenti ſint voci, quo eam ad caelos deferant, condantque ante thronum Dei: cum in libro Tobiae legamus, Angelum Raphaelem eidem Tobiae ſignificaffe, ſe illi adſtiſſe, quando orabat cum lacrymis, & quando charitatis, atque miſericordiae opera exercebat, ſicue iis intentum extitiſſe, vt ſedulo ea ſeruarit Dominoque obtulerit.

Tob. 12. 12.

F Tertium denique, quod circa ſponſi verba animaduertendum ſuper eſt, illud eſt, quod perfectam animam ſponſam ſuam admodum congruenter in ſine huius Cantici ad caeleſtem vocat beatitudinem; vt illa, expleto huius vitae curriculo, ſinem & ei imponat canticum, quod canticum quidem amoris eſt, ſed canticum dramatis, & repraeſentationis ante homines in hoc

Canticum quale cantandum ſit in caeleſti patria.

hoc seculo per ipsam exhibitæ, & canticum exordia-
tur nouum, quod haud tam externa voce, quam in-
terno cordis affectu perpetuo cantabitur; illiusue so-
lius attinget aures, qui solus scrutatur renes, & corda
Deus, qui & ob id modo ait: Fac me audire vocem
tuam: vocem tuam, inquit, quia vox amoris, & vox
cordis amore succensi vox propria eius est anima,
quæ Deum sponsa, & tota in Deum absorpta.

Sensus
breuiter
explica-
tus.
In mortis
articulo quid
sanctæ con-
tingat ani-
mæ.

Supponendum itaque hoc loco, & in calce huius
Cantici representari à Spiritu sancto piam animam,
quæ culmen iam attingit perfectionis, situe in extre-
mo huius vite, atq; in mortis articulo, cui, prout moris
plerumque esse solet, nedum viri adfunt spirituales, sed
& Angelorum chori, ipseque sponsus illius Christus,
filius Dei: qui, dum sermonibus ardentissimam chari-
tatem proclamantibus adstantes vniuersos oblectat,
inuitet eam, vt secum tandem cœlestem adeat patriam,
consummatique cum ipso nuptijs, ibi perpetuum sibi
concinat canticum nouum: Cui illa, quæ id vnum
iugiter habuit in optatis, vt dissolueretur, & esset cum
Christo, libentissime obsequens, promptam se eidem
exhibeat, vt celerimo eum prosequatur cursu, di-
cens: Fuge dilecte mi & assimilare caprea, hinnulo-
que ceruorum super montes aromatum.

Ac si dicat: I præ, sequar, prout explicatum est in
præcedenti expositione secunda: sicut, festinantem
dilectum suum sequens, ex hoc fugiat mundo, con-
cludensque canticum dramatis, meditandum nobis
relinquat canticum illud nouum, quo iugiter super
cœlestes illos aromatum montes, Deum, quem chari-
tate hic profecuta est, suam audire faciat vocem ab
illo etiam efflagitam, quod vt & mihi quandoque
contingat, eundem obsecro Deum, eiusque filium les-
sum Christum, ac Dei Genetricem Mariam, cui hæc
tandem aptanda supersunt, vt tota huius Cantici ex-
planatio absoluat.

*Vers. XIII. cap. VIII. Quæ habitas in
hortis, amici auscultant: fac me au-
dire vocem tuam.*

*Vers. XIV. cap. VIII. Fuge dilecte mi,
& assimilare caprea, hinnuloque
ceruorum super montes aromatum.*

EXPOSITIO IV.

De tertia Sponsa, quæ est B. V. Maria.

7
Maria se-
dulum iu-
dium pro
Iudaico po-
pulo.

Sijs connectenda hæc sint, quæ à Gloriosissima
Virgine immediate prædicta fuere in vers. 12. *Vine-
a mea coram me est, &c.* vt Christo Regi pacifico in-
gentem suam significaret sollicitudinem pro Israeli-
tico populo, quem & vineam suam appellauit, & vine-
am quæ sibi in peculiarem, scilicet in hæreditatem
obtigit, iuxta id, quod in lib. Ecclesiastici ipsamet si-
gnificauit, vbi ait: *a In omnibus requiem que sui, & in hæ-
reditate Domini morabor. Tunc præcepit, & dixit mihi crea-
tor omnium, & qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo,
& dixit mihi: In Iacob inhabitata, & in Israel hæreditare: Et in
electis meis mitte radices: fac certe congruenter, & ea,
quæ hic dicuntur, ita exponentur, vt Christus ex eo
ipso tam sedulo studio conuersionis populi illius, quæ
Deus præ cæteris populis in peculium sibi elegerat,
Virginem benedictam commendat, innuens tandem
petitioni illius satisfacturum, cum videlicet intrauerit
plenitudo gentium. Vocat autem illam habitan-
tem in hortis, eadem ratione, qua & illa de semetipsa
dixit: *b Et radicani in populo honorificato, & in plenitudine
sanctorum detentio mea: Per hortos namque metapho-**

a Eccl. 2.4.
11.

b Eccl. 2.16.

rice plenitudinem designat Sanctorum, ex quibus
multiplices in toto terrarum orbe florent, suauissi-
meq; redolent Ecclesiæ particulares, quas alibi osten-
dimus, proportionem maximam habere cum hortis,
atque cum paradiso: quamquam per eandem horto-
rum metaphorâ specialius eundem designat Israeli-
ticum populum, quem Virgo vineam suam peculiarem
appellat, vt de vno eodemque Dei genitrix di-
xerit: *Vinea meorum me est*, quatenus ea tota est in eo
excolendo, cum illius conuersioni inuigilat: Christus
vero vim respiciens desiderij, ac precum tantæ Vir-
ginis, sedulumque idem eius studium pro cultu eius
vineæ dicat: *Quæ habitas in hortis*, innuens matri suæ
benedictæ, ita se illi, & in eo satisfacturum, pro quo
ipsam adeo sollicitam intuebatur, vt laboriosam vine-
am illam redditurus sit in tot deliciarum hortos, quot
in varijs mundi Prouincijs erunt Ecclesiæ è dicto po-
pulo. Non dicit autem, *Quæ habitabis*, sed, *Quæ habitas*,
vt firmiorem illi præstitam indicet gratiam. Vnde &
subiicit: *Amici auscultant*, per amicos Sanctos designas
Angelos, qui eam pro dicto populo in tercedentem,
suamque ergo illum sollicitudinem pacifico exponen-
tem attentissimis auscultare dicuntur auribus, prom-
ptos nimirum se exhibentes, vt cœlestis & regis sim-
ul, & Reginæ iussa capebant pro eadem Iudaici po-
puli conuersione adiuuanda.

Porro in eo quo addit, *Fac me audire vocem tuam*, vo-
cem exposcit benedictionis, laudis, & gratiarum
actionis, pro ea ipsa conuersione tam certo ei pollici-
ta, vt matri suæ dilectissimæ. Ipsa autem Virgo glo-
riosa, in cuius corde excreuit flamma charitatis erga
peculiarem populum suum; sicut & charitas pariter
in Deum dilectum item suum altius semper crescit &
altius: *Charitas enim nunquam excidit*, vt ait Apostolus; c. 1. Cor. 13
id vnum iterum ab ipso dilecto suo exposcit, vt quan-
to cyus eam maturerit conuersionem, insigni id ex-
primens metaphorica hac locutione, *Fuge dilecte mi, & as-*

*similare caprea, hinnuloque ceruorum super montes aroma-
tum*; montes aromatum eos ipsos appellans, quos
Christus nuncuparat hortos: vt totius huius senten-
tiæ sensus hic sit.

O Virgo mihi dilectissima, iucundissimū certe mi-
hi est, quod Israeliticus populus vt peculiaris vinea
tua coram te sit, quodue tantum in eius vineæ cultu,
eiusque populi conuersione sollicita sis, bono animo
esto, ac si in ipso iam quiescas, & ex eodem iam ad si-
dem precibus tuis conuerso, veluti ex deliciosissimis
hortis voluptatem capias, Angeli amici nostri auscul-
tant, quod exprimis tuum in illum studium: parati-
que intendentes sunt voci tuæ, vt iussa capebant, hosce
excolendi hortos: *Fac itaque vt vnam me facias audire
vocem benedictionis, & gratiarum actionis*: Ad qua
illa lætabunda pro certissimo hoc Dei decreto, res-
pondet: *Festina dilecte mi* quanto cyus, & accelera con-
uersionem istam: ea velocitate super hos aduola horto-
rum, quæ currunt, & quasi volant caprea, hinnulusue
ceruorum: pro certo namque habeo, illos tunc tibi
futuros nedum hortos deliciarum, sed & montes
aromatum, vtpote celsissimos, in hoc ipso, quod te
& se recreabunt odore suauitatis, benedictionis, &
gratiarum actionis, perpetuo vna mecum te & lau-
daturi cantico laudis.

Sed tametsi sensus iste admodum sit antecedenti-
bus congruens: Multo tamen commodius iuxta sen-
sum à nobis allatum in prima exposcit, eadem expo-
nentur, vt dicta tempore dormitionis gloriosissimæ
Virginis, quando eius & filius, & sponsus Christus
Iesus obuiam ei processisse arbitramur, eam que ad-
stantibus Apostolis, chori que Angelicis ad cœlestia
vocasse, vt quod dicitur, breuiter tale sit.

O Virgo benedicta, quæ habitare consueuisti in hor-
tis, suauissimum vnde quaque spargentibus odorem
liliorum puritatis, omniumque aliorum florum, atque
virtutum, atque adeo suauissimam gratiarum om-
nium redoles fragrantiam. Amici isti nostri Apostoli,
atque Angeli sedulo quidem auscultant, quæ habita
inter

Paraphra-
sis.

De Maria
dormitione.

Paraphra-
sis.

inter nos fuere cantica dilectionis, & dramatis, dum in sæculi huius degeres vita : Iam tempus est, vt, emisso spiritu, me vnum tuam audire facias vocem cordis, prosequens me in cælos abeuntem.

Cui illa annuens, cum spiritum emissura esset, dicat: ellam me: *Euge iam, & festina quâtoctyus super cælos ipsos, vt ibi quasi super montibus aromatum meo te iugiter recreem odore benedictionis, laudis, & cantici illius noui.*

Vers. XIII. cap. VIII. Quæ habitas in hortis, amici auscultant: fac me audire vocem tuam.

Vers. XIV. cap. VIII. Fuge dilecte mi, & assimulare caprea, hinnuloque ceruorum super montes aromatum.

Appendix Expositionum, Ex antiquis Patribus collecta.

P Araphrasis Chaldaica. Dixit Salomon in fine prophetiæ suæ: Dicturus est Dominator sæculi cætui Israel in fine dierum: Tu congregatio Israel, quæ comparata es horto minimo inter nationes, & habitas in domo doctrinæ cum Socijs Concilij, & reliquis populis, qui auscultant vocem Principis scholæ, & discunt ab ore eius verba eius: audire fac legem, vocem sermonum tuorum in tempore, quo tu sedeas ad iustificandum, & condemnandum, & assentiar omnibus, quæ feceris.

Vers. XIV. In illo tēpore dicent senes cœtus Israel: Fuge tibi dilecte mi Dominator sæculi de terra hac immunda: & habiter maiestas tua in cælis excelsis, & in tempore tribulationis, quo nos orauerimus coram te, eris similis caprea, quæ in tempore, quo dormit, vnus oculus eius est clausus, & alter oculus eius est apertus: aut sicut hinnulus cernorum, qui in tempore, quo fugit, respicit post se: sic tu contemplaberis nos, & respicies tribulationem nostram, & afflictionem nostram de cælis excelsis vsque ad tempus, quo beneplacitum erit tibi in nobis, & redimes nos, & introduces nos in montem Ierusalem, & ibi adolebunt Sacerdotes coram te incensum aromatum.

Duæ sunt istius sententiæ partes. Prima in vers. 13. Secunda in vers. 14. Prima pars diuersimodè legitur, & exponitur à Patribus. Et quidem iuxta nostram Vulgatæ lectionem communiore sensu ita explicatur: vt Christus significet Ecclesiæ, quanto desiderio teneatur audiendi vocem prædicationis eius, qua summo opere delectantur, qui amici reuera sunt, cœlestes spiritus tam Angelici, quam & homines iusti in cælo iam regnantes. Habitantem vero in hortis, dictam eandem censent Ecclesiæ, quia virtutum indulgeat cultui. Ita fere Cassiodorus, Beda, & Greg. Papa nedū in expos. super Cant. sed & in hom. 14. super Ezech. & tertia parte regulæ pastor. admonitione 26.

A quo sensu haud longe absunt, quæ dicuntur ab Anselmo existimante, Christum monere Ecclesiæ, vt quousque in cælos non assumitur, labore, & operetur: dumque est in hortis, dignam se efficiat eius auditu, cum habeat amicos tum Angelos, tum Sanctos quosque, per quos perferantur tam orationes, quam opera ipsius.

Rupert. Abbas, habitantem in hortis dici inquit, Ecclesiæ, quia studio detineatur sacrarum scripturarum, quas hortos esse ait vberrimos, atque pulcherrimos. Moneri vero eandem Ecclesiæ, vt diuinam legem semper habeat in ore suo, prædicando, orando, atque psallendo, hoc namque esse ait: *Fac me audire vo-*

A cem tuam. Quod denique dicitur: *Amici auscultant, exponit Rupert.* per id, quod dicitur in Psal. *a In con-* **Ps. 137. 2.**
Spētu Angelorum psallam tibi.

Singulariter Iustus Orgelitanus, etiam Vulgatam exponens, hæc & legit, & explicat: ita enim legit: *Quæ habitas in hortis, Amice ausculat, fac me audire: Vt prima quidem à Christo dicantur ad Ecclesiæ, quæ in hortis habitare asseratur, quia redundet in populis sub cultu iustitiæ constitutis, vel aqua doctrinæ spiritualis semper irriguis. Cætera ab Ecclesiæ ipsa ad Christum, cui illa dicat: Amice ausculat: subdens, quid auscultari ab eo velit: Fac me audire vocem, nimirum illam tuam, qua dicitur es in remunerandis fidelibus: b Euge ser- **Mat. 25.**
*ne bone, & fidelis: quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium Domini tui.**

E x ijs, qui versionem Sept. interpretantur, Philo quidem Carpathius singulari ratione legit: *Qui sedet in hortis socij attendentes: censerque commendari in his sedulum pastorem, atque doctorem, qui cæteris est exemplum sanctitatis, & iter salutis ostendit, suisque ouibus, tamquam hortis vita bene cultis, & fructu suauiter olentibus, sancte præsidet, ac prodest. Porro cum qui talis est, multos habet non modo honestissimæ suæ voluntatis, & officij adiutores, verum etiam dignissimos sui Sacerdotij successores, adiectum inquit, *Socij attendentes.* Et quia per hos Christus notam facit Ecclesiæ vocem suam, ideo ab illa dictum: Fac me audire vocem tuam.*

Haud ambigendum tamen, Sept. non in tertia, sed in secunda persona vertisse: *Qui sedes in hortis, &c.* Triplicem autem istorum reperio intellectum: Nam Theodoritus per hortos hoc loco intelligit naturam, tum sensibilem, tum sensibilem, quæ tamquam horti voluntatibus Dei plantatæ sunt, in quibus ille & requiescit. Attentionem amicorum, & Angelorum non tam ad aures, quam ad oculos refert; ac si pia anima ita Deum alloquatur: Alij præter nos sunt, qui quoniam corporeis vinculis non distrahuntur, intentis in te oculis perpetuo contuentur, Angelici nimiram ordines à materia remotissimi. Ego vero quæ huiusmodi attrita sum vinculis, vereor, ne deficiam, ac retrocedam, & muter.

Itaque secundum aduentum tuum sedulo flagitās, atque expectans, supplex oro, vt audire me facias vocem illam tuam optatissimam, *a Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis Regnum.* **a Mat. 25.**
34.

